

KLASIKOAK, S.A. lukro-asmorik gabeko elkarateak argitaratu du obra hau, elkaratearen sustatzaile eta partaideak honako erakunde hauek izanik:

Fundación BBVA

•

Bilbao Bizkaia Kutxa — BBK

•

Gipuzkoa Donostia Kutxa — KUTXA

•

Caja VITAL Kutxa

•

Euskal Herriko Unibertsitatea — UPV/EHU

•

Deustuko Unibertsitatea



# ANALAK ETA HISTORIAK

## II



P. K. TAZITO

# Analak eta Historiak II



Jatorrizko izenburua:  
*Annales; Historiae*  
Euskaratzailea: *Xabier Amuriza*  
Berrikuslea: *Jesus Naberan*  
Hitzaurregilea: *Carmen Codoñer Merino*

Lehen argitalpena: 2005eko urrian

© Itzulpenarena: Xabier Amuriza  
© Klasikoak, 2000  
Begoñako Andra Mari, 16 • 48006 Bilbo  
Tel.: 94 • 416 14 89 / Fax: 94 • 416 63 48

Erabat debekaturik dago, Copyright-titularren idatzizko baimenik gabe, legeek ezarritako zigorraren pean, zatika edo osorik obra hau birsortzea edozein bitartekoz edo prozeduraz, erreprografia eta trataera informatikoa barne direla, baita beronen aleak alokapen edo mailegutza publikoaren bidez banatzea ere.

Hezkuntza, Unibertsitate eta Ikerketa Sailak onetsia 2005-X-27

ISBN: 84-88303-033 (Obra osoarena)  
ISBN: 84-88303-00-9 (Bigarren liburuaarena)  
Lege gordailua: BI.-2710-05

Fotokonposaketa: L&A Diseinua.  
Begoñako Andra Mari, 10 • 48006 Bilbo

Inprimaketa: Gestingraf L. B. A.  
Ibarsusi Bidea, 3 • 48004 Bilbo

Diseinua eta Maketa: A.I.C.  
Infante Don Juan Etorbidea, 26 • 20008 Donostia

P. K. TAZITO

ANALAK  
XIII-XVI

## *P. CORNELI TACITI ANNALIVM LIBER TERTIVS DECIMVS*

*[1] Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur, non quia ingenii violentia exitium inritaverat, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo ut C. Caesar pecudem auream eum appellare solitus sit: verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita ultorem metuebat, crebra vulgi fama anteponendum esse vixdum pueritiam egresso Neroni et imperium per scelus adepto virum aetate composita insontem, nobilem et, quod tunc spectaretur, e Caesarum posteris: quippe et Silanus divi Augusti abnepos erat. Haec causa necis. Ministri fuere P. Celer eques Romanus et Helius libertus, rei familiari principis in Asia impositi. Ab his proconsuli venenum inter epulas datum est, apertius quam ut fallerent. Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adversus Agrippinam rettuli, aspera custodia et necessitate extrema ad mortem agitur, invito principe, cuius abditis vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire congruebat.*

*[2] Ibaturque in caedes, nisi Afranius Burrus et Annaeus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriae iuventae et, rarum in societate potentiae, concordēs, diversa arte ex aequo pollebant, Burrus militaribus curis et severitate*



# ANALAK HAMAHIRUGARREN LIBURUA

1. Printzealdiko lehen erailketa, Asiako prokotsul Julio Silanorena, Neronen ezjakinean, Agripinaren azpijokoz prestatzen da, ez bere buruaren galmena izaera bortitzez eragin zuelako, gizon txepela baitzen, arteko tiraniek arbuiatua, Gaio Zesarrek «urrezko ardia» deitu ohi izateraino. Kontua zen haren anaia Luzio Silanoren heriotza azpilandu zuen Agripina haren mendekuaren beldur zela, bitartean herrian barra-barra esaten zelarik, haurtzarotik irten berri eta krimen bidez agintera-tua zen Neronen aurretik, adin helduko gizona jarri behar zela, erruga-bea, noblea eta –orduan asko begiratzen zena– Zesarren ondorengoa: Silano ere Augusto jaunkoakoaren herenbiloba baitzen. Hauxe izan zen haren hilketaren arrazoia. Egileak erromatar zaldun Publio Zeler eta Helio libertoa izan ziren, Asian printzearen etxe ondarearen kontura zeudenak. Hauek, otordu batean, prokotsulari pozoia eman zioten, ez igartzeko baino nabarmenkiago. Bizkortasun ez txikiagoz, Klaudioren liberto Nartziso, zeinaren Agripinarekiko liskarren berri emana dudan, espetxe zorrotzak eta koakzio amaigabeak heriotzara daramate, printzearen gogoz kontra, zeinaren bizio oraindik ezkutueta ederki mol-datzen zen hura, bai diru-gosez, bai eskuzabalez.

2. Eta bazihoazen hilketara, Afranio Burro eta Anneo Seneka bidera irten ez balira. Hauek enperadore gaztearen jagoleak ziren eta –bitxia aginpide partekatuan– biek, gogo batez, ahal berdinez eta bitarteko ezberdinez jokatzeko zuten: Burrok, esperientzia militarrez eta ohituren

*morum, Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta, iuvantes in vicem, quo facilius lubricam principis aetatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinae, quae cunctis malae dominationis cupidinibus flagrans habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa semet pervererat. Sed neque Neroni infra servos ingenium, et Pallas tristi adrogantia modum liberti egressus taedium sui moverat. Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur, signumque more militiae petenti tribuno dedit optimae matris. Decreti et a senatu duo lictores, flamonium Claudiale, simul Claudio censorium funus et mox consecratio.*

*[3] Die funeris laudationem eius princeps exorsus est, dum antiquitatem generis, consulatus ac triumphos maiorem enumerabat, intentus ipse et ceteri; liberalium quoque artium commemoratio et nihil regente eo triste rei publicae ab externis accidisse pronis animis audita: postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare, quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret, ut fuit illi viro ingenium amoenum et temporis eius auribus accommodatum. Adnotabant seniores quibus otiosum est vetera et praesentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienae facundiae eguisse. Nam dictator Caesar summis oratoribus aemulus; et Augusto prompta ac profluens quaeque deceret principem eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus aut consulto ambiguus. Etiam C. Caesaris turbata mens vim dicendi non corrumpit; nec in Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: caelare pingere, cantus aut regimen equorum exercere; et aliquando carminibus pangen-dis inesse sibi elementa doctrinae ostendebat.*

*[4] Ceterum peractis tristitiae imitamentis curiam ingressus et de auctoritate patrum et consensu militum praefatus, consilia sibi et exempla capessendi egregie imperii memoravit,*

zorroztasunez, Senekak, etorriaren itzalez eta onberatasun zintzoz, elkarri laguntzen zioten, printzearen gaztetasun labaina aisago zaintzeko, bertuteari muzin egiten bazion, atsegin zilegien bitartez. Biek dema berean ziharduten Agripinaren ohilkeriaren aurka, zeinak, menperatze bidegabeko grina guztietan beroturik, Palante alde baitzuen, zeinaren aholkuz Klaudiok bere burua hondatu baitzuen intzestu ezkontzaz eta adopzio hilgarritz. Baina Neronen jenioa ez zen esklaboen azpitik egotekoa, eta Palantek, bere laineza laiotzez libertoaren mugak gaindituak zituenak, bereganako begioa irabazia zeukan. Agerian, ostera, emakume harengan ohore guztiak pilatzen ziren, eta, ohitura militarren arabera, tribuno batek printzeari zeinua eskatu zionean, honek «amarik onena»-rena eman zion. Gainera, senatuak harentzat bi liktore eta Klaudioren flamen kargua eta, aldi berean, Klaudiorentzat hileta publikoa eta ondorengo apoteosia dekretatu zituen.

3. Hileta egunean, printzeak egin zuen gorazarrea; haren leinuaren antzinatasuna eta haren arbasoen kontsulgoak eta garaipenak gogoratu bitartean, bera eta denak serio egon ziren, eta haren ikaskuntzaren eta agintaldiko hondamenik ezaren aipua gogo onez entzun ziren. Baina, haren zuhurtzia eta jakinduriara jo zuenean, inork ezin zion barreari eutsi, nahiz eta hitzaldiari, Senekak egina bera, doretetasun handia zerion, gizon hark zeukan injenio atsegin eta garaiko belarrietara egokituaren arabera. Aisialdia antzinakoa oraingoarekin konparatuz gozatzaren duten zaharrenek oharrarazten zuten Neron zela, aginteraturik, inoren bokantzaz behartu zen lehenengoa. Izan ere, Zesar diktadorea hizlaririk onenekin berdintzen zen; eta Augustok etorri bizkorra eta erraza, eta printze baten duina ukan zuen. Tiberio ere trebea zen hitzak neurtzeko artean, eta, gainera, berdintzen zen gai edukia indartzeko, nahiz beren beregi lausoki aritzeko; Gaio Zesarren buru endredatuak ere ez zuen bizitasun oratoriorik galdu, eta Klaudiorengan ere ez zuen doretetasun faltarik somatuko, mintzaldi prestatua jaulkitzen ari zenean. Neronek, ostera, lehen-lehenetik, haurtzarotik bertatik, gogo bizitasuna beste zer batzuetarantz bideratu zuen: grabaketa, margoketa, kantua, edo zaldi maneiuko ariketak; noizbehinka, poemagintzan ere erakusten zuen kulturaren zenbait alderdi.

4. Gainerakoan, dolu-itxurak amaitu zirenean, kurian aurkeztu zen eta, gurasoen babesaz eta armadaren kontsentsuaz mintzaturik, agintea bikain eramateko aholku eta etsenplu ugari zeukala gogoratu zuen, eta

*neque iuventam armis civilibus aut domesticis discordiis imbutam; nulla odia, nullas iniurias nec cupidinem ultionis adferre. Tum formam futuri principis praescipsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia. Non enim se negotiorum omnium iudicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis paucorum potentia grassaretur; nihil in penatibus suis venale aut ambitioni pervium; discretam domum et rem publicam. Teneret antiqua munia senatus, consultum tribunalibus Italia et publicae provinciae adsisterent: illi patrum aditum praeberent, se mandatis exercitibus consulturum.*

*[5] Nec defuit fides, multaque arbitrio senatus constituta sunt: ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur, ne designatis [quidem] quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem adversante Agrippina, tamquam acta Claudii subverterentur, obtinuerunt patres, qui in Palatium ob id vocabantur, ut adstaret additis a tergo foribus velo discreta, quod visum arceret, auditus non adimeret. Quin et legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus escendere suggestum imperatoris et praesidere simul parabat, nisi ceteris pavore defixis Seneca admonuisset, venienti matri occurrere. Ita specie pietatis obviam itum dedecori.*

*[6] Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam adlatum est, pulso Radamisto, qui saepe regni eius potitus, dein profugus, tum bellum quoque deseruerat. Igitur in urbe sermonum avida, quem ad modum princeps vix septem decem annos egressus suscipere eam molem aut propulsare posset, quod subsidium in eo, qui a femina regeretur, num proelia quoque et obpugnationes urbium et cetera belli per magistratos administrari possent, anquirebant. Contra alii melius evenisse disserunt, quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiae ad labores vocaretur, servilibus iussis obtemperaturus. Burrum tamen et Senecam multa rerum experientia cognitos; et imperatori quantum ad robur deesse, cum octavo decimo aetatis anno Cn. Pompeius,*

bere gaztetasuna ez zegoela gerra zibilez ez etxe liskarrez orbandurik; ez zekarrela gorrotorik, ez erreminik, ez mendeku-gogorik. Gero bere printzealdia nolakoa izango zen marraztu zuen, batez ere, artean su bizian zeuden bekaizkeriak arbuiauz. Ez ei zen, noski, auzi guztien epaile bera izango, halako eran, non, salatzaile eta erruztatu etxe berean sarturik, bakan batzuen ahala handi zedin; bere etxean ez ei zuen salerosirik ez azpilanik onartuko; etxea eta errepublika bereiz edukiko zituen. Senatuak bere antzinako eskubideak izan behar zituela; Italiak eta senatu probintziek kontsulen epaitegietara jo behar zutela, hauek senatura bidea ireki ziezaieten; bera, berriz, bere gain zituen armadez arduratuko ei zen.

5. Ez zuen hitzik huts egin eta erabaki asko senatuaren iritziazen araber hartu ziren, hala nola, inor ez zedila auziren bat diruagatik edo opariengatik defendatzera makur, eta izendaturiko kuestoreek ez zeza-tela gladiadore-jokorik eman beharrik izan. Agripinak azken horren aurka egin zuen, Klaudioren aginduak apurtzen zirela eta, baina senatariak eurenarekin irten ziren, zeintzuei, hain zuzen, Jauregira deitu ohi zitzaizen, anderea ere bilkuran egon ahal zedin, atzealdean irekitako ate baten bitartetik, ikustea eragozten baina entzuten uzten zuen gortinak bereizirik. Areago, armeniarren ordezkariak, euren herriaren kausa baten alde, Neronen aurrean zeuden batean, bazihoan enperadorearen oholtzara igotzera eta haren ondoan presiditzera, Senekak, besteak bel-durrak josita geraturik, Neroni amaren bila irteteko aholkatu ez balio. Hala, seme-xera itxuran, itsuskeria bat ekidin zen.

6. Urtearen azken aldera, zurrumurru kezagarria zabaldu zen partoei Armenia berriro inbaditu eta arpilatu zutela, Radamisto jaurtirik, zeinak, maiz erreinu haren jabe eta gero iheslari, ordukoan borrokari ere uko egin baitzion. Horrela, maiseo gose zen hirian, galdetzen zuten nola zezakeen hamazazpi urte egin berri zen printze batek zama hura jaso eta eraman, nolako abaroa izan zitekeen emakume batek agintzen zion batengan, ea guduak, hirien setioak eta gainerako gerra ekintzak ere haren maisuek gida zitzaketen. Beste batzuek, oster, gertatu zena hobe zela zioten, Klaudio, adinez ezgai eta koldar, gerra-lanera deitua izan zedin baino, esklaboen aginduei jaramon egin behar izanez. Burro eta Seneka gauzen esperientzia handikotzat ezagun ziren, eta enperadoreak, berriz, zenbat falta zuen sendotasunerako, baldin Gneo Pompeiok hamazortzi urterekin, Zesar Oktabianok hemeretzirekin, gerra

*nono decimo Caesar Octavianus civilia bella sustinuerint? pleraque in summa fortuna auspiciis et consiliis quam telis et manibus geri. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si ducem amota invidia egregium quam si pecuniosum et gratia subnixum per ambitum deligeret.*

*[7] Haec atque talia vulgantibus, Nero et iuventutem proximas per provincias quaesitam supplendis Orientis legionibus admovere legionesque ipsas pro[p]ius Armeniam collocari iubet, duosque veteres reges Agrippam et [Ant]iochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent, simul pontes per amnem Euphraten iungi; et minorem Armeniam Aristobulo, regionem Sophenen Sohaemo cum insignibus regiis mandat. Exortusque in tempore aemulus Vologaeso filius Vardanes; et abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum.*

*[8] Sed apud senatum omnia in maius celebrata sunt sententiis eorum, qui supplicationes et diebus supplicationum vestem principi triumphalem, utque ovans urbem iniret, effigiemque eius pari magnitudine ac Martis Ultoris eodem in templo censuere, praeter suetam adulationem laeti, quod Domitium Corbulonem retinendae Armeniae praeposuerat videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud provinciam Syriam et legatum eius Quadratum Ummidium remaneret, par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque, quae [in] Cappadocia hiebamant. Socii reges, prout bello conducirer, parere iussi; sed studia eorum in Corbulonem promptiora erant. Qui ut [ins-taret] famae, quae in novis coeptis validissima est, itinere propere confecto apud Aegeas civitatem Ciliciae obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne, accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificis et super experientiam sapientiamque etiam specie inanium validus.*

*[9] Ceterum uterque ad Vologaesen regem nuntiis monebant, pacem quam bellum mallet datisque obsidibus solitam prio-*

zibilen zama eramana bazuten? Gaineratzen zuten ezen, toki gorenean, auspizioz eta aholkuz gehiago egiten dela armaz eta eskuz baino. Era-kutsiko zuen adiskide zintzoak zeuzkan ala ez, baldin, bekaitzei albo eginik, benetako ezpaleko jenerala hautatzen bazuen, eta ez diruduna eta azpijokoen ondoriozko ospean bermatua.

7. Horrelako eta antzeko autuak zebiltzan bitartean, Neronek agintzen du probintzia hurbiletan erreklutaturiko gazteak abia daitezela Ekialdeko legioak hornitzera, eta legioak eurak ere koka daitezela Armeniatik hurrago. Halaber, bi errege zaharri, Agripa eta Antiokori, tropak prestatzeko agintzen die, partoen lurrera erasoan sar daitezzen, eta Eufrates ibai gainean zubiak egiteko; eta Armenia Txikia Aristobuloren eta Sofena aldea Sohemoren esku uzten du erret insigniekin. Vologesesi lehiakide bat garai onean irten zitzaion, Vardanesen semea, eta partook Armeniatik erretiratu egin ziren, gerra atzeratu bailuten.

8. Baina senatuan hori guztia gehiegian ospatua izan zen, eskergintzak proposatzen zituztenen mintzaldietan, eta esker egun horietan printzeari garaipen soinekoa jantz zekiola zioten, eta hirian txalo artean sar zedila, eta Martitz Mendekatiaren tamainako estatua bat eraiki zekiola tenplu berean; ohiko zurikeriaz gainera, pozik zeuden Armeniaren defentsa Domizio Korbuloni agindu zitzaiolako, eta merituari bide ematen zitzaiola zirudielako. Ekialdeko tropak halako eran banatzen dira, non laguntzaileen zati bat eta bi legio Siriako probintzian gelditzen baitira euren legatu Kuadrato Ummidiorekin, eta hiritar eta aliatuen kopuru berdintsua Korbulonen agindupean baitago, Kapadozian negua ematen zuten kohorte eta zaldi eskudroiez gainera. Errege aliatuei gerrako komenentzien arabera obeditzeko agindu zitzairen, baina haiek Korbulonen alderantz gehiago jotzen zuten. Honek, lan berrietan indartu ohi den ospea bilatuz, bidea martxa betean eginik, Ziliziako hiri Egeasen Kuadratorekin topo egin zuen, zeinak harako aurrea hartua baitzuen, Korbulonek ez zitzaion, tropak bere esku hartzeko Sirian sartzen bazen, denen begiak erakar bere altuera itzelez, etorri bikainez eta, esperientziaz eta jakinduriaraz gainera, itxura edertzen zuen ospez.

9. Gainerakoan, biek, mezulari bidez, Vologesesi aholku ematen zioten bakea gerra baino hobets zezan eta, bahituak entregaturik, aurrekoen ohiko erreberentzian segi zezan erromatar herriarekiko. Eta Vologesek, agian gerra hobeto prestatzeko, edo bahitu gisan lehiakide susmatzen zituenak urruntzeko, artsaziden familiako ospetsuenak entrega-

*ribus reverentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologaeses, quo bellum ex commodo pararet, an ut aemulationis suspectos per nomen obsidum amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. Accepitque eos centurio Insteius ab Ummidio missus forte prior e[a] de causa adito rege. Quod postquam Corbuloni cognitum est, ire praefectum cohortis Arrium Varum et recipere obsides iubet. Hinc ortum inter praefectum et centurionem iurgium ne diutius externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi recentem gloria et inclinatione quadam etiam hostium Corbulonem praetulere. Unde discordia inter duces, querente Ummidio praerepta quae suis consiliis patravisset, testante contra Corbulone non prius conversum regem ad offerendos obsides, quam ipse dux bello delectus spes eius ad metum mutaret. Nero quo componeret diversos, sic evulgari iussit: ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas laurum fascibus imperatoris addi. Quae in alios consules egressa coniunxi.*

*[10] Eodem anno Caesar effigiem Cn. Domitio patri et consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, petivit a senatu; sibique statuas argento vel auro solidas adversus offerentes prohibuit. Et quamquam censuissent patres, ut principium anni mense Decembri, quo ortus erat Nero, veterem religionem kalendarum Ianuariarum inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt inter reos Carrinas Celer senator servo accusante, aut Iulius Densus equester Romanus, cui favor in Britannicum crimini dabatur.*

*[11] Claudio Nerone L. Antistio consulibus cum in acta principum iurarent magistratus, in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit, magnis patrum laudibus, ut iuvenilis animus levium quoque rerum gloria sublatus maiores continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinae ordine demotum reddidit senatui, clementiam suam obstringens crebris orationibus, quas Seneca testificando, quam honesta praeciperet, vel iactandi ingenii voce principis vulgabat.*



tzen ditu. Hauek Insteio zenturioiak hartzen ditu, Ummidiok bidalia berau eta, halabeharrez, aurreko auzi batengatik erregearengana etorria. Korbulonek, hori jakitean, Arrio kohorte prefektuari joateko eta bahituak eskuratzeko agintzen dio. Hortik prefektuaren eta zenturioaren artean sortu zen tirabira luzaroago atzerritarren ikuskizun gerta ez zedin, auziaren arbitrajea bahituen eta legatu eramaleen esku utzi zuten. Hauek, berrikitako aintzak eta, etsaiak izanik ere, harengana zeukaten halako joeragatik, Korbulon hobetsi zuten. Horrek buruzagien arteko liskarra ekarri zuen, Ummidio, batetik, kexu baitzen bere ahaleginez lortua kentzen ziotelako, eta Korbulonek, bestetik, agertzen baitzuen erregea ez zela bahituak eskaintzera makurtu, bera gerrako buruzagi hautatzeak haren itxaropena beldur bihurtu aurretik. Neronek, auzia konpontzeko, jakinarazi zuen ezen, Kuadratok eta Korbulonek erdietsitako garaipenengatik, haien erramuei enperadore intsigniak gehituko zitzaizkiela. Hau guztia jarraian kontatu dut, beste kontsulaldi batekoa bada ere.

**10.** Urte berean, Zesarrek senatuari estatua bat eskatu zion Gneo Domizio aitarentzat, eta kontsul-intsigniak bere tutore izan zuen Askonio Labeonentzat; eta berari ere zilar eta urre trinkozko estatuak eskaini zizkiotenean, ezetz esan zuen. Gainera, senatuak urtea abenduko hilarekin hastea proposatu arren, Neronek urtarrilaren batean hasteko erritu zaharrari eutsi zion. Ez zen onartu bere esklabo batek Karrinate Zelerren aurka aurkezturiko salaketa, ezta Julio Denso zaldun erromatarren aurkakoa ere, zeinari Britanikorenganako begi ona krimenezat jotzen baitzitzaion.

**11.** Klaudio Neronen eta Luzio Antistioeren kontsulaldian, magistratuak printzeen egintzengatik zin egitera zihoazenean, Neronek Antistio kolegar bereengatik zin egitea debekatu zion, senadoreen goraipe hantzez, haren gogo gazteak, zer txikien aintzak ere jasotzen zuelarik, hantziek jarrai ziezaioten egiten zuelako. Gero Plauzio Lateranorekiko biguntzea etorri zen, zeina, Mesalinarekiko adulterioagatik maila kendu zitzaiona, senatura itzularazi baitzuen, barkakorra izatera engaiatuz, Senekak, bere aginduen zintzotasuna edo bere talentua erakustearren, printzearen ahotsean zabaltzen zuen hainbat mintzalditan.

**12.** Gainerakoan, amaren agintzea apurka-apurka pitzatuz joan zen, Neronen Akte izeneko libertaren maitasuna bide, aldi berean konfidentzat hartzen zituela (Marko) Oton eta Klaudio Senezio, bi mutil eder,

[12] *Ceterum infracta paulatim potentia matris delapso Nerone in amorem libertae, cui vocabulum Acte fuit, simul adsumptis in conscientiam [M.] Othone et Claudio Senecione, adolescentulis decoris, quorum Otho familia consulari, Senecio liberto Caesaris patre genitus. Ignara matre, dein frustra obnitente, penitus inrepserat per luxum et ambigua secreta, ne senioribus quidem principis amicis adversantibus, muliercula nulla cuiusquam iniuria cupidines principis explente, quando uxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatae, fato quodam, an quia praevalent illicita, abhorrebat, metuebaturque, ne in stupra feminarum inlustrum prorumperet, si illa libidine prohiberetur.*

[13] *Sed Agrippina libertam aemulam, nurum ancillam aliaque eundem in modum muliebriter fremere, neque paenitentiam filii aut satietatem opperiri, quantoque foediora exprobrabat, acrius accendere, donec vi amoris subactus exueret obsequium in matrem seque [Se]necae permetteret, ex cuius familiaribus Annaeus Serenus simulatione amoris adversus eandem libertam primas adolescentis cupidines velaverat praebueratque nomen, ut quae princeps furtim mulierculae tribuebat, ille palam largiretur. Tum Agrippina versis artibus per blandimenta iuvenem adgredi, suum potius cubiculum ac sinum offerre contegendis quae prima aetas et summa fortuna expeterent. Quin et fatebatur intempestivam severitatem et suarum opum, quae haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat, ut nimia nuper coercendo filio, ita rursum intemperanter demissa. Quae mutatio neque Neronem fefellit, et proximi amicorum metuebant orabantque cavere insidias mulieris semper atrocis, tum et falsae. Forte illis diebus Caesar inspecto ornatu, quo principium coniuges ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas misitque donum matri, nulla parsimonia, cum praecipua et cupita aliis prior deferret. Sed Agrippina non his instrui cultus suos, sed ceteris arceri proclamat et dividere filium, quae cuncta ex ipsa haberet.*

[14] *Nec defuere qui in deterius referrent. Et Nero infensus iis, quibus superbia muliebris innitebatur, demovet Pallan-*

bata, Oton, kontsul familiakoa, eta bestea Senezio, Zesarren liberto baten semea. Amaren ezjakinean, gero haren alferreko oposizioz, Akte Neronen gogoan sakon sartu zen, haren plazer gogoaz eta inkontru anbigueoz baliaturik, printzeen lagunik zaharrenek ere kontrarik egiten ez zutela, pentsatuz emexko hark printzearen irritsak inor iraintzeke asetzen zituela, emazte Oktabia, ondo noblea eta zintzotasun jakinekoa, higuin baitzuen, bai paturen bategatik, bai ez-zilegia nagusitu ohi delako, eta beldur baitziren emakume gurenekin ez ote zen nahasiko, irrits hura mozten bazitzaion.

**13.** Baina Agripina, eme era petoan, sutan zebilen lehiakidetzat liberta bat eta erraintzat mirabea zuelako eta halako kontuengatik, eta ez zuen itxaroten semearen damurik edo asemenik, baina, zenbat eta laidozkia-go agiraka egin, hainbatago pizten zuen haren irritsa, halako neurriraino non, maitasunaren indarrak menperaturik, amarekiko begiramen guztia galdu eta Senekaren esku jarri baitzen, zeinaren etxekoetariko batek, Anneo Serenok, liberta berarenganako maitasuna simulatuz, mutilaren lehen irritsak ezkutatu eta bere izena prestatu baitzuen, printzeak emexkoari isilpean egiten zizkion opariak publikoan bere esku zabaltasuntzat ager zitezen. Orduan Agripinak taktika aldatu eta mutilari losintxaz eraso zion, bere logela eta intimitatea bera eskainiz, haren gaztetasunak eta goren mailak eskatzen zutena ezkutatzeko. Bere zorrozkeria intespestiboa ere aitortzen zion eta enperadorearenak baino txikiagoak ez ziren ondasunak eskuratzen zizkion, halako eran non, lehentxoago semea inolako begiramen gabe hertsatzen saiatzen zenez, orain hain neurrigabeki apaltzen baitzen. Aldakuntza honek ere ez zuen, ostera, Neron engainatu; lagun minak ere beldur ziren eta erre-gutzen zioten emakume beti gupidagabe eta orduan, gainera, faltsu haren azpikerietatik libra zedila. Hain zuzen, egun haietan Zesarrek, printzeen emazte eta amak distiratu zituzten janzkerak aztertu ondoren, soineko bat eta harribitxiak hautatu eta amari oparitzat bidali zizkion, inolako urritasun gabe eta zerik onena eta beste emakumeek irrikatzen zutena eskaintzen aurea harturik. Baina Agripinak hots egiten du horrekin ez dela beraren ondarea aberasten, gainerakoaz gabetzen baizik, eta semeak, oso-osorik, beragatik daukana banatzen duela.

**14.** Eta ez zen falta izan hitz txarragoekin kontatzera joan zitzaionik. Orduan Neronek, halako emakume hantustearen berme zirenen aurka sumindurik, Palante apartatu egiten du Klaudiok utzi zion eta horri

*tem cura rerum, quis a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat; ferebaturque, degrediente eo magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse ire Pallantem, ut eiuraret. Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in praeteritum interrogaretur paresque rationes cum re publica haberet. Praeceptis posthac Agrippina ruere ad terrorem et minas, neque principis auribus abstinere, quo minus testaretur adultum iam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus et adoptivus per iniurias matris exerceret. Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus mala patefierent, suae in primis nuptiae, suum veneficium: id solum diis et sibi provisum, quod viveret privignus. Ituram cum illo in castra; audiretur hinc Germanici filia, in[de] debilis Burrus et exul Seneca, trunca scilicet manu et professoria lingua generis humani regimen exposculantes. Simul intendere manus, adgerere probra, consecratum Claudium, inferno[s] Silanorum manes invocare et tot inrita facinora.*

*[15] Turbatus his Nero et propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem, [le]vi quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset. Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa nec ruborem adlatura: ubi Britannico iussit exurgeret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, inrisum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis, ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. Unde orta miseratio, manifestior quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero intellecta invidia odium intendit; urgentibusque Agrippinae minis, quia nullum crimen neque iubere caedem fratris palam audebat, occulta molitur pararique venenum iubet, ministro Pollione Iulio praetoriae cohortis tribuno, cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama. Nam ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet,*

esker erreinuko arbitrotzat jokatzan zuen gauzen arduratik. Segizio handiarekin irteten zenean, Neronek esan ei zuen, ez arrazoi gabe, Palantek dimisioa aurkeztuko zuela. Egia da, bai, Palantek itundu zuela bere iraganeko ezein egintzaz galde ez ziezaioten, eta errepublikarekiko kontuak kitatutzat jo zitezen. Horren ondoren, Agripinak, onetik irtenda, izura eta mehatxuetara jo zuen, printzearen belarrietan esateraino Britaniko jada hazia zela, benetako jatorrikoa eta duina zela, sar-kin adoptatu batek, amarenganako iraineekin gainera, zeraman aitaren inperioa hartzeko; berak ez ziola uko egingo etxe dohakabe hartako hondamen guztiak agertzeari, bai bere ezkontza, bai berak eginiko pozoiketa; bera bakarrik eta jainkoak arduratu zirela, semeordeak bizi-raun zezan. Prest ageri zen harekin kuarleteletara joateko; entzuteko eskatzen zuen, bai Germanikoren alaba, bai Burro elbarria eta Seneka desterratua, bata esku-motzarekin eta besteak maisu hizkuntzaz giza-terriaren gobernu eskatzen zutenak. Aldi berean, besoak zabaltzen zituen, irainak pilatzen, eta Klaudio jainkotua, infernuko manak eta hainbat krimen alferreko inbokatzen.

15. Horregatik eta Britanikok hamalau urte egiteko eguna gainean zelako aztoraturik, Neronek burutapenak zerabiltzan bai amaren biolentziaz, bai mutikoaren izaeraz, zeina ezustean ezagutu berri zuen, oso begi ona hartu ziolarik. Saturnoren jaiegunetan, haren adineko beste zenbait jolasen artean, erreinua zotz egiteko jokoa egin ohi zen, eta, hain zuzen, Neroni egokitu zitzaion. Hala, besteei zenbait agindu ez-lotsagarri eman zien, baina Britanikori zutitzeko eta, erdian jarri-rik, kantaren bati ekiteko agindu zionean, horrela mutikoaz barre egingo zuelakoan, zeinak ohiko oturuntzarik ere, are gutxiago bakanalik, eza-gutzen ez baitzuen, hark, tinko, kanta bat hasi zuen, non adierazten zuen aitaren tronutik eta goren agintetik eraitsia izan zela. Horrek errukia sortu zuen, hainbat ageriago, zenbat eta gauak eta gehiegike-riak disimulua alboratzen zuten. Neronek, erreminak jota, gorrotoa handitzen du; eta Agripinaren mehatxuek presatzen zuten, eta ez hura salatzen, ez anaiaren erailketa agerian agintzen ausartzen ez zenez gero, isilean atontzen du eta edena prestatzeko agintzen. Egilea Polion Julio izan zen, pretoriar kohorte bateko tribunoa, zeinaren zaintzapean edena emateagatik kondenaturiko emakume bat baitzegoen, Lokusta izene-koa, krimen handiengatik ezaguna. Britanikoren inguruan zebiltzanei buruz, berriz, aspalditik saiatu ziren zuzentasunaren eta leialtasunaren

*olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, tramisitque exsoluta alvo parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim saeviret. Sed Nero lenti sceleris impatiens minitari tribuno, iubere supplicium veneficae, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. Promittentibus dein tam praecipitem necem, quam si ferro urgeretur, cubiculum Caesaris iuxta decoquitur virus cognitis antea venenis rapidum.*

*[16] Mos habebatur principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in adspectu propinquorum propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida et libata gustu potio traditur Britannico; dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum, quod ita cunctos eius artus pervasit, ut vox pariter et spiritus [eius] raperentur. Trepidatur a circumsedentibus, diffugiunt imprudentes: at quibus altior intellectus, resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille ut erat reclinis et nescio similis, solitum ita ait per comitalem morbum, quo prima ab infantia adflicteretur Britannicus, et redituos paulatim visus sensusque. At Agrippina[e] is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut perinde ignaram fuisse [quam] Octaviam sororem Britannici constituerit: quippe sibi supremum auxilium ereptum et parricidii exemplum intellegebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis, dolorem caritatem omnes adfectus abscondere didicerat. Ita post breve silentium repetita convivii laetitia.*

*[17] Nox eadem necem Britannici et rogam coniunxit, proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In campo tamen Martis sepultus est, adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias et insociabile regnum aestimantes. Tradunt plerique eorum temporum scriptores crebris ante exitium diebus inlusum isse*

ardurarik gabeak izan zitezen. Edena, lehenik, zaintzaileengandik hartu zuen, baina zirinerian eliminatu zuen, bai indar txikikoa zelako, bai bigungarriren bat zeukalako, berehala eragin ez zezan. Neronek, krimenaren geldotasunaz artega, tribunoari mehatxu egiten zion, eta emakume edentzailearen heriotza zigorra agintzen zuen, bai zurrumurruen aintzat hartzeak, bai haren defentsen prestakuntzak bere segurantzaren arriskuan jartzen zutela eta. Azkenean, burdinaz zauriturik bezain heriotza berehalakoa promesten diote, eta Zesarren logelaren alboan eragin azkarreko eta aurretik ondo probaturiko edena egosten dute.

**16.** Printzeen semeek adin bereko beste nobleekin eserita jan ohi zuten, etxekoan bistan eta mahai propio eta arinagoan. Britanikok hantxe jaten zuen, eta haren jan-edanak zerbitzari hautatu batek dastatzen zituenenez, ohitura hura ez omititzearren eta krimena bien heriotzaz bistara zedin ez uztearren, honako amarrua asmatu zuten: Britanikori edari oraindik edengabea zerbitzatzen zaio, bero-beroa eta besteak dastatua; gero, erretzen zegoelako uko egin zionean, edena ur hotzarekin botatzen zaio, eta halako eran harrapatu zion gorputz guztia, ezen ez ahots ez bizi gelditu baitzen batera. Mahaikideak izuak hartzen ditu, oharkabeak alde egiten dute; zerbaitek gehiago ulertzen dutenak taket gelditzen dira, Neroni begira-begira. Hark, albokera eta ezjakin-plantan, hura normala zela dela dio, Britanikok txiki-txikitatit epilepsia zeukalako, eta ikusmena eta beste sentimenak itzuliko zitzaizkiola apurka-apurka. Agripinak, osterak, kanporantz disimulatzen ahalegindu arren, hain izu eta gogo larritasun handia erakutsi zuen, ezen argi geratu baitzen Britanikoren arreba Oktavia bezain aparte zegoela; oharitzen zen, izan ere, bere euskarri nagusia erauzten ziotela eta hura parrizidioaren aurrekaria zela. Oktavia ere ikasia zen, bere gaztean, samina, maitasuna eta afektu guztiak gordetzen. Eta hala, isiltasun labur baten ondoren, oturuntzako alaitasunak jarraitu zuen.

**17.** Gau berak bildu zituen Britanikoren heriotza eta hil-sua, aurretik prestatuak baitziren hiletak, xumeak eurak. Hala ere, Martitzen Zelaian hilobiratu zuten, halako euri-ekaitzez, ezen herriak sinesten baitzuen jainkoen haserrearen ageri zela krimenaren aurka, zeina, hala ere, askok desenkusatzeko baitzuen, pentsatuz anaia arteko liskarrak zaharrak direla eta erreinua ez daitekeela erdibanakoa izan. Garaiko historialaririk gehienek diote Neronek, hilketa aurretik, Britanikoren haurtzarora hainbat aldiz desohoratu zuela; ez zitekeen, beraz, haren heriotza ez goiz-

*pueritia[e] Britannici Neronem, ut iam non praematura neque saeva mors videri queat, quamvis inter sacra mensae, ne tempore quidem ad complexum sororum dato, ante oculos inimici properata sit in illum supremum Claudiorum sanguinem stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Caesar defendit, id a maioribus institutum referens, subtrahere oculis acerba funera neque laudationibus aut pompa detinere. Ceterum et sibi amisso fratris auxilio reliquas spes in re publica sitas, et tanto magis fovendum patribus populoque principem, qui unus superesset e familia summum ad fastigium genita.*

*[18] Exim largitione potissimos amicorum auxit. Nec defuere qui arguerent viros gravitatem adseverantes, quod domos villas id temporis quasi praedam divisissent. Alii necessitatem adhibitam credebant a principe, sceleris sibi conscio et veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octaviam, crebra cum amicis secreta habere, super ingentem avaritiam undique pecunias quasi in subsidium corripens, tribunos et centuriones comiter excipere, nomina et virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere, quasi quaereret ducem et partes. Cognitum id Neroni, excubiasque militares, quae ut coniugi imperatoris olim, tum ut matri servabantur, et Germanos nuper eundem [in] honorem custodes additos digredi iubet. Ac ne coetu salutantium frequentaretur, separat domum matremque transfert in eam, quae Antoniae fuerat, quotiens ipse illuc ventitaret, saeptus turba centurionum et post breve osculum digrediens.*

*[19] Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quam fama potentiae non sua vi nixa[e]. Statim relictum Agrippinae limen: nemo solari, nemo adire praeter paucas feminas, amore an odio incertas. Ex quibus erat Iunia Silana, quam matrimonio C. Sili a Messalina depulsam supra rettuli, insignis genere forma lascivia, et Agrippinae diu percara, mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanae deterruerat Agrippina,*



tiar ez ankertzat jo, nahiz eta mahai santuan bertan, arrebak besarkatzeko astirik ere eman gabe, bere etsaiaren begietan, bat-batean akabatu zen klaudiotar odolaren azken hondar hura, estuproak edenak baino lehenago orbandua. Zesarrek ediktu batean defendatu zuen hiletan bizkortasuna, esanez aurrekoek erabakia zutela hileta goiztiarrak begiei ezkutatzeke eta goraipuz eta segizioz ez luzatzeko. Gainerakoan, berak, anaiaren euskarria galdurik, itxaropen guztia errepublikan jartzen zuela, eta senatariek eta herriak hainbat gehiago babestu behar zutela goren gailurrerako sortutako familia bateko biziraule bakarra zen printzea.

**18.** Ondoren, bere lagunik behinenak opariz bete zituen. Eta ez zen falta izan austeritatea aldarrikatzen zuten gizon haiek, okasio hura zela eta, etxeak eta villak harrapakitzat banatu zituztela salatzen zuenik. Beste batzuek uste zuten printzeak behartu zituela, krimenaren ohartun eta haien barkamena itxaronez, ahaltsuenak opariz lotzen bazituen. Baina amaren sumina ez zen inolako eskuzabaltasunez baretzen, aitzitik Oktabia besarkatzen zuen, isilpean lagunekin maiz biltzen zen; berezko diru-goseaz gainera, dirua denetik batzen zuen, defentsa bat aurkitzeko bezala; tribunoak eta zenturioiak adeikor hartzen zituen eta ohore egiten zien oraindik gelditzen ziren nobleen izen eta bertuteei, buruzagi eta aldeko bila bezala. Neronek jakin zuen, eta lehenago enperadorearen emazte eta orain amatzat ematen zitzaion eskolta militarra kentzeko agindu zuen, baita berriki, ohore arrazoi berengatik, eranste-ko agindua zuen guardia germaniarra ere. Zuritzaile aldratz ingururaturik aurki ez zedin, etxeak bereizi eta ama Antoniarena izan zenera pasarazten du. Bera hara zihoan bakoitzean, zenturioi talde batek lagundurik joan eta musu bizkor batekin itzultzen zen.

**19.** Ez dago giza zer hain ezegonkor eta lokarik, norbere indarrean bermatzen ez den aginte ospea bezalakorik. Agripinaren ataria berehala gelditu zen hutsik: inork ez zuen kontsolatzen, ez inork bisitatzen, emakume bakan batzuek izan ezik, ez jakin maitez ala gorrotoz. Euren artean, Julia Silana zegoen, Mesalinak Gaio Siliorekin ezkontzetik urrundu zuena, gorago kontatua dudanez. Emakume gurena zen leinuz, ederrez eta lizunez, eta Agripinaren kutun izana zen luzaro; gero euren artean ezinikusi ezkutuak sortu ziren, Agripinak Sestio Afrikano gazte nobleari Silanarekin ezkontzea burutik kendu ziolako, behin eta berriz esanez emakume likitsa eta urtetsua zela; eta ez, Afrikano beretzat gorde-

*impudicam et vergentem annis dictitans, non ut Africanum sibi seponeret, sed ne opibus et orbitate Silanae maritus poteretur. Illa spe ultionis oblata parat accusatores ex clientibus suis Iturium et Calvisium, non vetera et saepius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret aut Octaviae iniurias evulgaret, sed destinavisse eam Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a divo Augusto, ad res novas extollere coniugioque eius et imperio rem publicam rursus invadere. Haec Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt. Qui laetus oblati (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa aemulatio exercebatur) Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiae, impulit ire propere crimenque atrociter deferre.*

*[20] Profecta nox erat et Neroni per vinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus principis intendere, sed tunc compositus ad maestitiam, expositoque indicii ordine ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere praefectura destinaret, tamquam Agrippinae gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus auctor est scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam. Plinius et Cluvius nihil dubitatum de fide praefecti referunt. Sane Fabius inclinatus ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit. Nos consensum auctorum secuturi, quae diversa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus et interficiendae matris avidus non prius differri potuit, quam Burrus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur; sed cuicumque, nedum parenti defensionem tribuendam; nec accusatores adesse, sed vocem unius [et] ex inimica domo adferri: reputare[t] tenebras et vigilatam convivio noctem omniaque temeritati et inscitiae propiora.*

*[21] Sic lenito principis metu et luce orta itur ad Agrippinam, ut nosceret obiecta dissolveretque vel poenas lueret. Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur; aderant et ex libertis arbitri sermonis. Deinde a Burro, postquam crimina et aucto-*

tzeagatik, senar bat Silanaren ondasunez eta umerik ezaz balia ez zedin baizik. Honek, mendeku-aukera eskaintzen zitzaiolarik, bere kliente biren, Iturio eta Kalbisioren bitartez, salaketa prestatzen du; ez zuen alegatzen antzinako eta jada maiz entzundako konturik, hala nola Agripinak Britanikoren heriotzari negar egiten ziola, edo Oktabiak jasaniko irainak zabaltzen zituela, baizik Rubelio Plauto, amaren jatorritik eta Neronen maila berean, Augusto jainkozkoaren ondorengo zena, iraultzaburu egitea eta, harekin ezkondu eta inperioa partekaturik, estatuaz berriro jabetzea pentsatu zuela. Salaketa hori Ituriok eta Kalbisiok Atimotori aurkezten diote, Neronen izeba Domiziaren libertoari. Atimeto poztu zen zetorkion abaguneaz, Agripinaren eta Domiziaren artean etsaigo zorrotza baitzegoen, eta Paris histrioiari, Domiziaren libertoa berau ere, bultz egin zion, berehala joan eta salapen izugarria jar zezan.

**20.** Gaua aurrera zihoala eta Neron bere mozkorrean luzatzen ari zela, Paris sartzen da, bestela ere ordu haietan printzearen parrandak bizitu ohi zituen, oraingoan tristura-plantan bada ere; salapena zehatz-mehatz azaldurik, entzulea hain izularri uzten du, ezen, ama eta Plauto hiltzea ez ezik, Burro ere prefekturatik kentzea pentsatzen baitu, Agripinaren graziak faboraturik eta ordain guran zebilelakoan. Fabio Rustikok kontatzen du gutuna idatzia zuela Zezina Tuskorentzat, pretoriar kohorteen aginpidea emanez, baina, Senekaren esku-hartzez, Burro bere karguan utzi zituela. Pliniok eta Kluviok diote prefektuaren leialtasunaz ez zela dudarik izan. Egia esan, Fabiok Seneka goraltzera jotzen du, zeinaren adiskidantzaz handitu baitzen. Guk, autoreen kontsentsuari jarraitzen saiatzen garenok, bertsio ezberdinak ematen dituztenean, bakoitzarena bere izenez jasoko dugu. Neronek, dardaraz eta ama hiltzeko irrikaz, ezin itxaron izan zuen, Burrok hura akabatzea agindu zion arte, krimenaren errudun aurkitzen bazuen; hala ere, ikusarazi zion defentsa edonori, areago amari, eskuratu behar zitzaiola; eta ez zela salatzailek ageri, etxe etsai bateko lagun baten ahots soila besterik; eta pentsa zezala ilunpean eta itzarrik eginiko oturuntza-gauean, eta temeritate eta errakuntzara daramaten zer guztietan.

**21.** Halaxe baretu zen printzearen beldurra, eta egunsentian Agripinarenera joan eta salaketa jakinarazi zioten, ezeztatu zezan, edo zigorra jasan zezan. Egitekoaz Burro arduratu zen, Senekak lagundurik; liberto batzuk ere aurrean ziren, solasa jagoteko. Burrok, salaketak eta egileak agerturik, mehatxuti hitz egin zuen. Agripinak, bere izaera burgoiari hel-

*res exposuit, minaciter actum. Et Agrippina ferociae memor «non miror» inquit, «Silanam numquam edito partu matrum adfectus ignotos habere; neque enim proinde a parentibus liberi quam ab impudica adulteri mutantur. Nec si Iturius et Calvisius ades omnibus fortunis novissimam suscipiendae accusationis operam anui rependunt, ideo aut mihi infamia parricidii aut Caesari conscientia subeunda est. Nam Domitiae inimicitiiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret: nunc per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit. Baia- rum suarum piscinas extollebat, cum meis consiliis adoptio et proconsulare ius et designatio consulatus et cetera apiscendo imperio praepararentur. Aut existat qui cohortes in urbe temptatas, qui provinciarum fidem labefactatam, denique ser- vos vel libertos ad scelus corruptos arguat. Vivere ego Bri- tannico potiente rerum poteram? ac si Plautus aut quis alius rem publicam iudicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obiciant, quibus nisi a filio absolvi non possim.» Commotis qui aderant ultroque spiritus eius mitigantibus, colloquium filii exposcit, ubi nihil pro innocentia, quasi diffideret, nec [de] beneficiis, quasi exprobraret, disseruit, sed ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit.*

*[22] Praefectura annonae Faenio Rufo, cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae, Aegyptus C[laudio] Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio destinata; sed variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est. At Silana in exilium acta; Calvisius quoque et Iturius relegan- tur; de Atimeto supplicium sumptum, validiore apud libidines principis Paride, quam ut poena adficeretur. Plautus ad praesens silentio transmissus est.*

*[23] Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis et adfinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat, ad imperium vocaretur. Eius accusationis auctor extitit Paetus quidam, exercendis apud aerarium sectionibus famosus et tum vanitatis manifestus.*

durik, «ez naiz harritzen –esan zuen– inoiz umerik izan ez duen Silanak ama baten afektuen berri ez jakitea; ama ez baita umez aldatzen, lizuna maitalez bezala. Gainera, baldin Ituriok eta Kalbisiok, ondasun guztiak jan eta gero, azken baliabidetzat salaketa jartzeko lana atso bati hain merke saltzen badiote, ez dago horregatik niregana parrizidioaren infamiarik eta Zesarrengana haren kontzientziarik jausi beharrik. Izan ere, Domiziaren etsaigoa eskertuko nuke, neure Neronenganako laztanean lehiakide balitz; horra, ostera, bere maitale Atimetoren eta Paris histrioaren bitartez, komedia antzekoak muntatzen ari dela. Bere Baiak maiteetako igerilekuak apaintzen ziharduen, nire bitartez, adopzioa, aginte prokonsularra, konsulgorako izendapena eta inperiorako gainerako tramiteak prestatzen ari ziren bitartean. Betor, bestela, Hiriko kohorteak xaxatzeaz, probintzietako leialtasuna pitzatzeaz, azken batez, otseinak eta libertoak krimenerako usteltzeaz salatuko nauena. Bizi ote nintekeen, Britanikok agintea balu? Eta Plauto edo beste edonor agintaratuko balitz, ez nituzke salatzaile gutxi izango, egotziko lizkidaketenak, ez laztanaren egonezinetik harako hitz inkautoak bakarrik, baizik baita krimenak ere, neure semeak ez bestek barkatuko ez lizkidakeenak». Aurrekoak, hain durditurik, haren aztoramendua lasaitzen saiatzen zirenez, semearekin elkarriketa bat eskatzen du, non ez zuen bere errugabetasunaren alde ezer esan, hartaz segur ez bailegoen, ez egin zion mesederik aipatu, aurpegira botako bailion, baina salatzaileen aurkako mendekua eta bere lagunentzako sariak lortu zituen.

**22.** Gariaren prefektura Fenio Rufori ematen zaio, Zesar prestatzen ari zen jokoen kudeaketa Arruntzio Estelari, eta Egiptoko probintzia Klaudio Balbilor. Siria Publio Anteiori eman zitzaion, baina gero zenbait amarruz engainaturik, azkenean Hirian atxiki zuten. Silana, berriz, atzerriratu egin zuten; Kalbisio eta Iturio ere baztertuak dira; Atimetori heriotza zigorra ezarri zioten, baina Parisek printzearen biziera usteleanean garrantzi handiegia zeukan, hala zigor zezaten; Plauto, ordukoz, isilean utzi zuten.

**23.** Gero Palante eta Burro salatzen dituzte, Kornelio Silari inperiora deitzea onartzeagatik, ospetsua berau jatorriaren prestutasunagatik eta Klaudiorekiko ahaidegoagatik, zeinaren suhia zen Antoniarekiko ezkontzaz. Salaketaren egile Peto delakoa altxatu zen, erarioaren enkanteetan hartutako entzute txarra zeukana eta ordukoan gezurraren konbiktu amaitu zuena. Palanteren errugabetasuna ez zen hain atsegina

*Nec tam grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit: quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit nihil umquam se domi nisi nutu aut manu significasse, vel, si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret. Burrus quamvis reus inter iudices sententiam dixit. Exiliumque accusatori inrogatum et tabulae exustae sunt, quibus oblitterata aerarii nomina retrahebat.*

[24] *Fine anni statio cohortis adsidere ludis solita demovetur, quo maior species libertatis esset, utque miles theatri licentiae non permixtus incorruptior ageret et plebes daret experimentum, an amotis custodibus modestiam retineret. Urbem princeps lustravit ex responso haruspicum, quod Iovis ac Minervae aedes de caelo tactae erant.*

[25] *Q. Volusio P. Scipione consulibus otium foris, foeda domi lascivia, qua Nero itinera urbis et lupanaria et devetricula veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitantibus qui raperent venditioni exposita et obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet ictus et ore praeferret. Deinde ubi Caesarem esse, qui grassaretur, pernotuit augebanturque iniuriae adversus viros feminasque insignes, et quidam permissa semel licentia sub nomine Neronis inulti propriis cum globis eadem exercebant, in modum captivitatis nox agebatur; Iuliusque Montanus senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum principe, quia vim temptantem acriter reppulerat, deinde adgnitum oraverat, quasi exprobrasset mori adactus est. Nero autem metuentior in posterum milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent; si a laesis validius ageretur, arma inferebant. Ludicram quoque licentiam et fautores histrionum velut in proelia convertit impunitate et praemiis atque ipse occultus et plerumque coram prospectans, donec discordi populo et gravioris motus terrore non aliud remedium repertum est quam ut histriones Italia pellerentur milisque theatro rursum adsideret.*

gertatu nola jasangaitza haren harrokeria; izan ere, konplizetzat jotako haren libertoak aipatzean, erantzun zuen bere etxean inoiz ez zuela agindurik eman buru- edo esku-keinuz baizik, eta azalpen handiagorik behar bazen, idatziz egiten zuela, bere solaskide izan ez zitezen. Burrok, nahiz eta salatua izan, epaileen tokitik egin zuen aitorpena. Salatzaileraren aurkako erbestea dekretatu zen, eta erarioko zor preskribituak berriro aipatzen ziren taulak erre egin zituzten.

**24.** Urte amaieran, jokoetan guardian egoten zen kohortea kendu egiten dute, askatasun itxura handiagoa izan zedin, soldaduek, antzerki lizentziatik aparte, zintzoago joka zezaten, eta ea herriak, zaintza kendurik, ordena gordetzen zuen jakiteko. Printzeak hiriaren garbikuntza lustrala egin zuen haruspizeen arabera, Jupiter eta Minervaren tenpluak oinaztuak jo baitzituen.

**25.** Kinto Volusio eta Publio Eszipionen kontsulaldian, kanpoan bakea izan zen, baina barruan gehiegikeria lotsagarriak gertatu ziren. Hala, Neronek, ezagutu ez zezaten esklabo jantzirik, hiriko kaleak, burdelak eta ostatuak korritzen zituen, salgai zeuden jeneroak osten eta bidera irteten zitzaizkien jotzaileek lagundurik, eta hori nortzuk ziren hain ez jakinean, ezen Neronek berak ere zartakoa hartu eta marka aurpegiari baitzeraman. Gero, halako asaltoen egilea Zesar zela jakin zenean, eta jaun eta andere ospetsuen aurkako irainak gehitzen ari zirenean, eta batzuek, lizentzia hori zilegi zenetik, Neronen izenean inpuneki, halako azioetara aldra propioekin jo zutenean, Erromako gaua hiri konkistatuetan bezala igarotzen zen. Senatari mailako baina artean kargurik garatzeke zegoen Julio Montanok ilunetan printzearekin topo egin zuen eta, erasoari gogor jarki zitzaionez gero, nahiz eta ezagututakoan barkamena eskatu, hiltzera behartu zuten, agiraka egin izan balio bezala. Hala ere, Neron, aurrerantzean beldurtiago, soldaduz eta gladiadore ugariz inguratu zen, zeintzuek hasierako liskar txikiei aurrera joaten uzten baitzieten, lagun arteko haserreak bailiran; baina eraso izandakoek gogorrago erantzuten bazuten, armak ateratzen zituzten. Antzerkiko laxokeria eta histrioien alderdikeriak ere inpunitate eta saridun borroken antzeko bihurtu zituen; berak ere ikusten zituen, bai ezkutuan, bai maizago agerian, harik eta, herritarren arteko erreboltak bide zirela, eta nahaspila handiagoen beldurrez, histrioiak Italiatik bidaltzea eta soldaduei berriro antzerkian guardia eginarazteaz beste erremediorik aurkitu ez zen arte.

[26] *Per idem tempus actum in senatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque ut adversus male meritos revocandae libertatis patronis daretur. Nec deerant qui censerent, sed consules, relationem incipere non ausi ignaro principe, perscripsere tamen consensum senatus. Ille an auctor constitutionis fieret, . . . Ut inter paucos et sententiae diversos, quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, [ut] vine an aequo cum patronis iure agerent [sententiam eorum] consultarent ac verberibus manus ultro intenderent, impudenter vel poenam suam ipsi suadentes. Quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut c[ent]esimum ultra lapidem in oram Campaniae libertum releget? ceteras actiones promiscas et pares esse: tribuendum aliquod telum, quod sperni nequeat. Nec grave manu missis per idem obsequium retinendi libertatem, per quod adsecuti sint: at criminum manifestos merito ad servitutem retrahi, ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent.*

[27] *Disserebatur contra: paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere, nihil universorum iuri derogandum; quippe late fusum id corpus. Hinc plerumque tribus decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas; et plurimis equitum, plerisque senatoribus non aliunde originem trahi: si separarentur libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum. Non frustra maiores, cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse. Quin et manu mittendi duas species institutas, ut relinqueretur paenitentiae aut novo beneficio locus. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinclo servitutis attineri. Dispiceret quisque merita tardeque concederet, quod datum non adimeretur. Haec sententia valuit, scripsitque Caesar senatui, privatim expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur; in commune nihil derog[ar]ent. Nec multo post ereptus amitae libertus Paris quasi iure civili, non sine infamia principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.*

[28] *Manebat nihilo minus quaedam imago rei publicae. Nam inter Vibullium praetorem et plebei tribunum Antistium ortum*



26. Garai berean, senatuan libertoen desleialkeriez mintzatu ziren, eta ugazabek esker txarreko agertzen zirenei askatasuna kentzeko eskubidea izan zezaten eskatu zen. Ez zen horren aldekorik falta, baina kontsulek, printzeak jakin gabe eztabaida abiarazten ausartu ez arren, hala ere, idatziz eman zioten senatuaren adostasunaren berri. Berak bultzatuko ote zuen halako erabaki...? (\*\*\*), lagun gutxiren eta aurkako iritzien artean bezala, bitartean batzuek suminki aldarrikatzen zutelarik askatasunak xaxaturiko errespeturik eza hainbestean gainezkatu zela, ezen jada ugazabekin eskubide berdintasunez jokatzeko baitzuten, haien iritzia zapaltzen baitzuten, eskua jotzeko altxatzeraino, lotsarik gabe edo zer zigor behar zuten eurek aholkatuz. Zeren zer besterik uzten zitzaion ugazaba irainduari, libertoa ehun milia harago baztertzea baino, Kanpaniako kostarantz? Gainerako ekintza legalak komunak eta berdinar zituzten; armaren bat eskuratu behar zitzairen, ez arbuizatzeko modukoa. Bestalde, manumitituentzat ez zen neketsu izango askatasunari eustea, hura lortzeko izan zuten begirune beraren bitartez; gaizkile nabariei, oster, berriro esklabotza merezia ezarriko zitzairen, meseak aldatu ez zituenak beldurak atzera zitzan.

27. Aurkakoei argudiatzen zuten bakan batzuen erruak euren hondagarri izan behar zuela, baina denen eskubideari ez zitzaiola ezer kendu behar, oso multzo handia zelako; bertatik erreklutatu ohi ziren, gehienbat, tribuak, dekuriak, magistratuen eta abadeen zerbitzariak, eta baita hirian zerrendaturiko kohorteak ere. Gainera, zaldunik gehienek eta senatari askok ez zeukaten beste jatorririk: libertoen seme-alabak aparte uzten baziren, jatorri libreko gizakumeen urritasuna nabarmen geldituko zen. Arbasoek ez zuten alferrik jarri, mailen dignitatea bereiztean, askatasuna denen ondareztat. Areago oraindik: bi manumisio mota ezarrita zeuden, damurako edo beste mesede baterako tokia geldidun; ugazabak bindiktaz askatu ez zituenak morrontzazko lokarriean bezala gelditzen ziren. Bakoitzak, beraz, merituak ondo aztertzeko eta behin emandakoan kentzerik ez zegoena eskuratzen ez presatzeko gomendatzen zen. Jarrera horixe nagusitu zen, eta Zesarrek senatuari idatziz agindu zion libertoen auziak banan-banan epai zitzala, ugazabek sala zitzatenean, baina lege orokorretik ez zezala ezer indargetu. Handik laster, bere izebari kendu zioten Paris libertoa, zuzenbide zibileko kasu bezala, ez printzearen desohore gabe, zeinaren aginduz hari jatorri libreko epaia emana baitzitzaion.

*certamen, quod immodestos fautores histrionum et a praetore in vincla ductos tribunus omitti iussisset. Comprobavere patres, incusata Antistii licentia. Simul prohibiti tribuni ius praetorum et consulum praeripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate adverterent, neve multum ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quattuor mense referrent; medio temporis contra dicere liceret, deque eo consules statuerent. Cohibita artius et aedilium potestas statutumque, quantum curules, quantum plebei pignoris caperent vel poenae inrogarent. Et Helvidius Priscus tr[ibunus] pl[ebis] adversus Obultronium Sabinum aerarii quaestorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastae adversus inopes inclementer ageret. Dein princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit.*

*[29] Varie habita ac saepe mutata eius rei forma. Nam Augustus senatui permisit deligere praefectos; deinde ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero praetorum qui praessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tum Claudius quaestores rursus imposuit, iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores promisit: sed deerat robur aetatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit.*

*[30] Damnatus isdem consulibus Vipsanius Laenas ob Sardiniam provinciam avare habitam; absolutus Cestius Proculus repetundarum Cretensibus accusantibus. Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum, qui Ravennae haberentur, velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque adflctavisset, veneno damnationem anteit. Caninius Rebi[l]us, ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine, cruciatus aegrae senectae misso per venas sanguine effugit, haud creditus sufficere ad constantiam sumendae mortis, ob libidines muliebriter infamis. At L. Volusius egregia fama concessit, cui tres et nonaginta anni spatium vivendi praecipuaeque opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum [a]micitia fuit.*

**28.** Hala ere, errepublikaren irudi kaxkar samarra gelditu zen. Izan ere, Vibulio pretorearen eta Antistio plebe tribunoaren artean auzia sortu zen, tribunoak histrioizale neurritz gorakoak, pretoreak kartzelarazi zituenak, askatzeko agindu zuelako. Senatariak baitetsi egin zuten, Antistioaren gehiegikeria gaitzetsiz. Aldi beren, tribunoei debekatu zitzaizen pretoreei eta kontsulei zegokien eskubideaz jabetzea, edo egin-tza legalen baten gai izan zitezkeen Italiakoak auzitara deitzea. Luzio Pison kontsul izendatuak mozioa erantsi zuen ezen ezingo zituztela etxe-an zigortu, ahalmenaren arabera, eta ezarritako isunak ez zitzatela era-rioko kuestoreek erregistro publikoan lau hilabete baino lehenago idatz; epe horretan, kontsulek erabaki beharreko helegitea baimendu behar zen. Edilen boterea ere mugatu egin zen, eta jarri beharreko fiantzen eta kurulek eta plebeioek ezartzeko isunen zenbatekoak finkatu ziren. Hel-vidio Prisko plebe-tribunoak ere erarioko kuestore Obultronio Sabino-ren kontrako herra partikularra asetu ahal izan zuen, enkante eskubide-ak pobreekiko begirune gabe handitzeaz salatutik. Azkenean, printzeak kontu publikoen ardura kuestoreengandik prefektuengana aldatu zuen.

**29.** Erakunde horrek eite ezberdinak eta aldakuntzak maiz izan zituen. Izan ere, Augustok senatuari prefektuak hautatzen utzi zion; gero, boto-en kaptazioa susmatutik, pretoreen kopurutik zortez ateratzen ziren kargudunak. Baina sistema horrek ere ez zuen luze iraun, zorteak gutxien egokienengana jotzen baitzuen. Orduan Klaudiok berriro ere kuestoreak ezarri zituen, eta haien ahalegina erreminen beldurrez txi-kiagoa izan ez zedin, ordenaz kanpoko ohoreak agindu zizkien; baina magistratura horretako lehen jarduleek adinaren heldutasuna falta zuten. Horregatik, Neronek pretoretzan jardunak eta esperientzia jaki-nekoak hautatu zituen.

**30.** Kontsulaldi berean, Vipsanio Lenate kondenatu zuten, Sardiniako probintzia diru-gosez gobernatu zuelako. Zestio Prokulo absoltutua izan zen Kretakoek aurkeztu zioten konkusio kargutik. Klodio Kirina-lek, Ravennako arraunlarien prefektua zela, Italia nazioetan azken bezala amorru neurrigabez laidotu zuenak, kondenari aurea hartu zion, bere burua edenduz. Kaninio Rebilok, lege jakintzan eta onda-sunetan lehenengo artekoak, zahartzaro penagarriari ihes egin zion, zainak ebaki eta odolari joaten utzirik; berre burua hiltzeko kemenik izango zuenik ez zen sinesten, bere eme grinen lotsaizuna zela bide. Luzio Volusio, oster, zintzoki lortutako aberastasun dezentean lauro-

[31] *Nerone iterum L. Pisone consulibus pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis Caesar extruxerat, volumina implere, cum ex dignitate populi Romani repertum sit res inlustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare. Ceterum coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt, plebeiue congiarium quadrigeni nummi viritim dati, et sestertium quadringenties aerario inlatum est ad retinendam populi fidem. Vectigal quoque quintae et vicesimae venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi, quia, cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus ad crescebat. Et [e]dixit Caesar, ne quis magistratus aut procurator in provincia, [quam] obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet. Nam ante non minus tali largitione quam corripendis pecuniis subiectos adfligebant, dum, quae libidine deliquerant, ambitu propugnant.*

[32] *Factum et senatus consultum ultioni iuxta et securitati, ut si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manu missi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. Redditur ordini Lurius Varus consularis, avaritiae criminibus olim percussus. Et Pomponia Graecina insignis femina, [A.] Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. Isque prisco instituto propinquis coram de capite famaue coniugis cognovit et insontem nuntiavit. Longa huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi maesto egit; idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.*

[33] *Idem annus plures reos habuit. Quorum P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Caesar, traxit, senecta donec mortem obiret; nam Celer interfecto, ut memoravi, Silano pro consule magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant, maculosum foedumque et idem ius audaciae in provincia*

geita hamahiru urtez bizi izan zena, eta hainbeste enperadoreren adis-kidantzak kalterik ekarri ez ziona, ospe bikainez inguraturik hil zen.

**31.** Neronen, bigarrenenez, eta Luzio Pisonen kontsulaldian, gertaera gogoangarri gutxi izan zen, baldin norbaiti liburukiak betetzea atsegin ez bazaio, eta Zesarrek Martitzen Zelaian jasoriko anfiteatro puskaren zimenduak eta zutabeak goraldtu nahi ez baditu, zeren erromatar herriari dagokion tradizioa baita analetan zer ospetsuak biltzea, eta horrelako xehetasunak hiriko egunkarietarako uztea. Gainerakoan, Kapua eta Nuozerako koloniak indartu ziren, beteranoak gehituz; plebeari buruko laurehun sestertzio eman zitzaizkion, eta erariora berrogei milioi sestertzio transferitu ziren, kreditu publikoari eusteko. Esklabo-salmentaren hogeita bosten zerga ere kendua izan zen, benetakoa baino itxurazkoa gehiago zena bera, saltzaileari ordainaraztean, erostunei prezioa beste hainbestean gehitzen baitzitzaien. Zesarrek ediktu batean magistratuei edo prokuradoreei, zegokien probintzian, gladiadoreen edo basapiztien ikuskizunak edo beste edonolakoak antolatzea debekatu zien. Izan ere, artean menpekoak akitzen baitzituzten, ez gutxiago eskuzabalez nola harrapatzeko grinaz, nahikeriaz burutzen zituzten larkeriak zurikeriaz berdindu nahirik.

**32.** Senatuaren dekretu bat ere promulgatu zen, aldi berean errepreziozkoa eta neurri-hartzailea, halako eran, non, inor bere esklaboek hiltzen bazuten, testamentuz etxe berean egonak ziren manumisoak ere tormentura kondenaturiko esklaboen artean sar zitezen. Lurio Varo kontsul ohiari, behinola konkusio-krimenengatik egotziari, kontsul maila bihurtzen zaio. Ponponia Grezina andere gurena, Plauziorekin ezkondua, zeinaz kontatua dudan britaniarren aurkako kanpainagatik txalo zarta irabazi zuela, kanpo sorginkeriaz salatua, senarraren epaira emana izan zen. Honek, antzinakoen ohiturari jarraituz, emaztearen bizitza eta entzutea epaitzeko ikerketa egin zuen ahaideen aurrean, eta errugabe aitortu zuen. Ponponia bizitza luzea eta beti tristea izan zuen, zeren, Mesalinaren azpikeriaz, Drusoren alaba Juliaren heriotza ondoren, berrogei urtez bizi izan baitzen, lutuaz beste soineko gabe, nahigabeaz beste aldarte gabe; Klaudioren agintealdian hargatik zigortua ez izanik, gero aintza bilakatu zitzaion.

**33.** Urte berak beste hainbat salaketa ikusi zuen. Artean, Publio Zele-rrena, Asiako probintziak salatua, eta Zesarrek absolbitu ezin zuenez gero, auzia zaharrez hil arte luzatu zen; izan ere, kontatua dudanez,

*ratum, quod in urbe exercuerat; sed pervicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit ac lege repetundarum damnatus est. Pro Eprio Marcello, a quo Lyci[i] res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent.*

*[34] Nerone tertium consule simul ini[i]t consulatum Valerius Messala, cuius proavum, oratorem Corvinum, divo Augusto, abavo Neronis, collegam in eo[dem] magistratu fuisse pauci iam senum meminerant. Sed nobili familiae honor auctus est oblati in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottae et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent. Eius anni principio mollibus adhuc initiis prolaturum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur, quia nec Vologaeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse aut alienae id potentiae donum habere, et Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. Ad hoc Armenii ambigua fide utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores conubiisque permixti ac libertate ignota illuc magis [ad servitium] inclinantes.*

*[35] Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum quam contra perfidiam hostium erat: quippe Syria transmontae legiones, pace longa segnes, munia castrorum aegerrime tolerabant. Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationem, non vigiliis inissent, vallum fossamque quasi nova et mira viserent, sine galeis, sine loriceis, nitidi et quae estuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis, quibus senectus aut validudo adversa erat, supplementum petivit. Et habiti per Galatiam Cappadociamque dilectus, adiectaque ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium. Retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme saeva adeo, ut obducta glacie nisi effossa humus tentoriis locum non praeberet. Ambusti multorum artus vi frigo-*

Zelerrek Silano prokuntsula hilarazi zuelarik, bere krimenaren handiz estaltzen zituen gainerako txarkeriak. Ziliziakoek Kosuziano Kapitonen salatua zuten, gizon zikina eta ohoregabea, probintzian Hirian bezalako lotsagabekeria eskubidea gara zezakeela pentsatu zuena; baina, salaketa setatiak abaildurik, azkenean defendatzeari utzi zion, eta konkusio legez kondenatu zuten. Liziarrek zenbait ondasun erreklamatzeko zioten Eprion Martzeloren alde, intriga gailendu zen, salatzaileetarikoz batzuk erbeste-  
ra kondenatuak izateraino, errugabe bat arriskuan ipini balute bezala.

**34.** Neronen hirugarrenarekin batera, Valerio Mesalaren kontsulaldia hasi zen, zeinaren birraitita, Korvino oradorea, Augusto jainkoaren magistratukide izan zenik jada zahar gutxi gogoratzen baitzen senatua. Familia noble honen ospea handitu egin zen, urtean bostehun mila sestertzioko errenta eman ziotenean, horrekin Mesalak bere pobretasun prestua bigun zezakeela. Printzeak Aurelio Kotari eta Haterio Antoninori ere urteroko pentsio bana esleitu zien, euren ondare ondasunak luxuan xahutu bazituzten ere. Urte haren hasieran, Armeniako nagusitarako partoen eta erromatarren arteko gerra, artean bigun samar irau-na, gogortu egiten da, Vologesesen ez baitzuen jasaten anaia Tiridates berak emandako erreinu bat gabe gera zedin, edo potentzia arrotz baten oparitzat eduki zezan, eta, aldi berean, Korbulonek pentsatzen baitzuen erromatar herriaren handitasunari zegokiona zela Luziok eta Ponpeiok behinola eginiko konkistak berreskuratzea. Armeniarrek, gainera, dudazko leialtasunez, bi armadaei deitzen zieten aldezka, zeren koka-pen geografikoz eta ohituren antzez, partoengandik hurrago zeuden, ezkontzekin haiekin kideago ziren eta, askatasuna zer zen ez zekitela, haien morrontzara gehiago makurtzen ziren.

**35.** Korbulonek, osteratzen, bere soldaduen koldarkerian oztopo handiagoa zeukan etsaiaren gaiztakerian baino. Izan ere, Siriatic ekarritako legioek, bake luzez motelduek, ozta pairatzen zuten gerrako nekerik. Laster nabarmendu zen armada hartan bazirela inoiz guardiarik edo gau-zaintzarik egin gabeko beteranoak, oholesiak eta zangak zer berri eta arrarotzat ikusten zituztenak, kaskorik ez korazarik gabeak, apainduak eta negozioei emanak, zerbitzu guztia hirietan egin baitzuten. Beraz, adintsuak eta osasun urrikoak lizentziaturik, gehigarriak eskatu zituen. Galazian eta Kapadozian erreklutak batu ziren, eta Germaniako legio bat erantsi zen, zaldieria laguntzailez eta infanteria aliatuko kohorteekin. Armada osoa dendetan kanpaturik eduki zuten, nahiz eta hain negu

ris, et quidam inter excubias exanimati sunt. Adnotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita praeriguisse manus, ut oneri adhaerentes truncis brachiis deciderent. Ipse cultu [l]evi, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adesse, laudem strenuis, solacium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc, quia duritia caeli militiaeque multi abnuebant deserebantque, remedium severitate quaesitum est. Nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequeretur, se qui signa reliquerat, statim capite poenas luebat. Idque usu salubre et misericordia melius apparuit: quippe pauciores illa castra deseruere quam ea, in quibus ignoscebatur.

[36] Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adoleret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent praedicat. Curam praesidiorum Paccio Orfito primi pili honore perfuncto mandat. Is quamquam incautos barbaros et bene gerendae rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis et maiores copias opperiri iubetur. Sed rupto imperio, postquam paucae e proximis castellis turmae advenerant pugnamque imperitia poscebant, congressus cum hoste funditur. Et damno eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga redire. Quod graviter Corbulo accepit increpitumque Pac[c]ium et praefectos militesque tendere extra vallum iussit; inque ea contumelia detenti nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.

[37] At Tiridates super proprias clientelas ope Vologaesi fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur, depopulari, et si copiae contra ducerentur, eludere hucque et illuc volitans plura fama quam pugna exterrere. Igitur Corbulo, quaesito diu proelio frustra habitus et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispertit vires, ut legati praefectique diversos locos pariter invaderent. Simul regem Antiochum monet proximas sibi praefecturas petere. Nam Pharasmanes interfecto filio Radamisto quasi proditore, quo fidem in nos tes-



zorrotzean, izotzak gogorturiko lurak ez zuen zulatzen uzten, aitzurtu ezik. Askori, hotzaren hotzez, lohadarrak gogortu egin zitzaizkien, eta batzuk euren guardia postuetan hil ziren. Egur sorta bat zeraman soldadu baten kasua deigarria izan zen: eskuak hain izozturik gelditu zitzaizkion, ezen, sortari itsatsirik, besoak zatika jausi baitzitzaizkion. Korbulon, arropa arinez eta buruhas, martxa eta lan guztietan zebilen, saiatuak goratuz, makalak kontsolatuz eta denei etsenplu emanez. Geroago, askok klimaren eta bizitza militarren gogorrari desertatuz erantzuten baitzion, zorroztasunean bilatu zen erremedioa. Izan ere, armadetan ohi denaz bestera, lehen-bigarren hutsegiteak ez ziren barkatzen, aitzitik entseinak abandonatzen zituenak berbertan ordaintzen zuen buruarekin. Ohitura hori osagungarri eta errukia baino hobeago gertatu zen, kanpamendu hartatik barkatzen zen besteetatik baino gutxiagok desertatu baitzuen.

**36.** Bitartean, Korbulonek legioak kuartelean eduki zituen, udaberriak aurrera egin arte, kohorte laguntzaileak leku egokietan kokatu ondoren, euren kabuz borrokan ez hasteko agindurik. Zaintza goarnizioen ardurara Pakzio Orfito antzinako primipiloari ematen dio. Honek barbaroak arretea gabe zeudela eta garaipenerako aukera zegoela idatzia bazuen ere, gotorlekuetan irauteko eta tropa handiagoen zain egoteko agindua hartzen du; baina agindua hautsi zuen eta, inguruko gotorlekuetatik eskudroi bakan batzuk heldu zirenean, borrokan sartzeko zuhurgabeki eskatuz, etsaiari jarki eta suntsiturik gelditzen da. Gainera, lagundu behar ziotenak, hondamenak ikaraturik, bakoitza bere kuartelera itzultzen dira, izuki ihesi. Korbulonek oso gaizki hartu zuen eta, Pakziori agiraka egin ondoren, prefektuak eta soldaduak oholesitik at kanparazi zituen; zigor apalgarri hartantxe eduki zituzten, eta armada osoaren erreguz bakarrik barkatu zieten.

**37.** Tiridates, bere aldetik, bere klienteriaz gainera, Vologeses anaiaren indarrak ere baliaturik, eta ez ezkutuki, egun argiz baizik, Armeniaren aurka oldartzen zen gerra-gogoz; gurekiko leialak zirenak arpilatzen zituen eta, troparik aurka bazetorkion, hara-hona hegatzat saihesten zituen, eta entzutez izu handiagoa sortuz borroka baino. Korbulonek, beraz, inkontrua luzaz bilatu ondoren, zapuzturik gelditu eta etsaiaren etsenpluak dispersio gerrara behartu zuenak, tropak banatzen ditu, legatuak eta prefektuak toki ezberdinak batera inbaditzeko moduan. Aldi berean, Antioko erregeari abisatzen dio doala bere eremuetatik hurreko prefekturretara. Izan ere, Farasmanesek, gurekiko leialtasun erakutsian,

*taretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum inlecti Moschi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniae incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebant, mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, cur datis nuper obsidibus redintegrataque amicitia quae novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniae possessione depelleretur. Ideo nondum ipsum Volgaesen commotum, quia causa quam vi agere mallent; sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam. Ad ea Corbulo, satis comperto Volgaesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati precibus Caesarem adgredi: posse illi regnum stabile et res incruentas contingere, si omissa spe longinqua et sera praesentem potioemque sequeretur.*

*[38] Placitum dehinc, qui commeantibus in vicem nuntiis nihil in summa[m] pacis proficiebatur, colloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum praesidium Tiridates adfore sibi dicebat; quantum Corbuloni cuiusque generis militum adsisteret, non statuere, dum positis loricis et galeis in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortaliū, nedum veteri et provido duci, barbarae astutiae patuissent: ideo artum inde numerum finiri et hinc maiorem offerri, ut dolus pararetur; nam equiti sagittarum usu exercito si detecta corpora obicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos respondit. Locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer adsurgentes accipiendis peditum ordinibus, pars in planitiem porrigebatur ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit, cui accita per noctem aliis ex castris tria milia tertianorum permiscuerat, una cum aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul adstitit, unde videri magis quam audiri posset. Ita sine congressu dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet.*

Radimisto semea traidoretzat hil ondoren, ekinkorrigo garatzen zuen armeniarren aurkako gorroto zaharra. Orduantxe lortu zen lehenengoz moskoak erakartzea, besteak baino erromatarren aldekoago jendea bera, Armeniako ingururik ibilgaitzenetan erasoan ibilia. Horrekin, Tiridatesen planak kontrako gertatzen ziren, eta mezulariak bidaltzen zituen, bere eta partoen izenean galdezka ea, berriki bahituak entregatu eta adiskidantza, on berrietarako bidea irekitzen zuena, berretsirik, zergatik jaurtitzen zuten Armeniako bere antzinako jabetzatik. Gaineratzen zuen ezen, Vologeses bera oraindik ezertara mugitu ez bazen, indarrez baino negoziazioz jokatzeari nahiago zutelako zela; baina gerrari ekiten bazioten, ez zitizaiela artsazidei hainbeste aldi probatutako kemena eta zoria faltako, erromatarren hondamenekin. Korbulonek, Vologeses Hirkania-  
ren defekzio bategatik entreteniturik zebilela jakinik, Tiridatesi aholkatzen dio Zesarrengana erreguz jotzeko; erreinu egonkorra eta bizimodu baketsua egokitu zekiokela, baldin, itxaropen urrun eta berankorrei jareginik, berehalako eta segurragei jarraitzen bazien.

**38.** Bidezko iruditzen zen, mezularien joan-etorriekin bakegintzan ezer aurreratzen ez zenez gero, euren arteko elkarriketarako eguna eta lekua ipintzea. Tiridatesek mila zaldizkoren eskolta izango ei zuen; Korbuloni lagundu beharreko nolanahiko tropei buruz, ez zuela baldintzarik jartzzen, kaskorik eta korazarik gabe bakez bazetozen. Edozein hilkorrek, areago jeneral zahar eta zuhur batek, barbaroaren amarruari igarriko ziokeen: alde batetik, kopuru txikia finkatzen zen eta, bestetik, handiagoa zilegitzen zen, segada jartzeko asmoz; zeren, arkuaren maneian trebatu-  
turiko zaldizkoei gorputz babesgabeak aurrean jartzen bazitzaizkien, kopuruak ez baitzuen ezertarako balioko. Hala ere, hartaz ohartu zela disimulatuz, erantzun zion armada osoen aurrean hobeto hitz egingo zutela denen oneko kontuez. Leku bat hautatu zuen, zeinaren alde batean muino suabeak zeuden, oinezkoen formazioak hartzeko egokiak; beste bat zaldizko eskadroiak hedatzeko moduko lautadan luzatzen zen. Eguna izendaturik, lehenen Korbulon iritsi zen, zeinak kohorte laguntzaileak eta errege aliatuen tropak hegaletan ezarri zituen, eta erdian VI. legioa, zeinari III. enetik ekarritako hiru mila gizon nahasi zizkion, eta arrano bakarrarekin, legio bera eman zezan. Eguna beherantz zihoala, Tiridates urrunean agertu zen, entzuna baino areago ikusia izan zitekeen lekuan. Hala, elkarriketarik gabe, erromatar buruzagiak bakoitza bere kanpamendura erretiratzeko agintzen dio tropari.

[39] *Rex sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur, sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido adventantes interciperet, propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur praesidiis nostris insessos, et Corbulo, ne inritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, exscindere parat castella, sibique quod validissimum in ea praefectura, cognomento Volandum, sumit; minora Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat. Tum, circumspectis munimentis et quae expugnationi idonea provisus, hortatur milites, ut hostem vagum neque paci aut proelio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem exuerent sedibus gloriaeque pariter et praedae consulerent. Tum quadripertito exercitu hos in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit, alios scalas moenibus admove, multos tormentis faces et hastas incutere iubet. Libritoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars subsidium laborantibus ferret pari undique metu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. Et imbelles vulgus sub corona venundatum, reliqua praeda victoribus cessit. Pari fortuna legatus ac praefectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis cetera terrore et alia sponte incolarum in deditionem veniebant. Unde orta fiducia caput gentis Artaxata adgrediendi. Nec tamen proximo itinere ductae legiones, qua si amnem Araxen, qui moenia adluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul et latioribus vadis transiere.*

[40] *At Tiridates pudore et metu, ne, si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur, si prohiberet, impeditis locis seque et equestres copias inligaret, statuit postremo ostendere aciem et dato die proelium incipere vel simulatione fugae locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viae pariter et pugnae composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro*

**39.** Erregea, dela amarrua susmatu zuelako, norabide ezberdinetan zihozela ikustean, dela Ponto Euxinotik eta Trebisondako gotorlekutik zetozen gure hornigaiak moztearren, bizkor erretiratzan da. Baina konboiei ezin izan zien eraso, gure destakamenduek okupaturiko mendietan zehar zihozazelako, eta Korbulonek, gerra alferrik ez luzatzearren eta armeniarrek euren defendatzera behartzearren, haien gotorlekuak kiskaltzera jotzen du, prefektura hartako sendoena, Volando izenekoa, beretzat gorderik; txikiagoak Kornelio Flako legatuaren eta Insteio Kapiton kanpamendu prefektuaren esku uzten ditu. Orduan, gotorlekuak ikuskatu eta erasorako behar zena prestatu ondoren, soldaduak exhortatzen ditu jaurti dezatela gordelekuetatik etsai deslai hura, ez gerrarako ez bakerako prest, ihesean bere desleialtasuna eta koldarkeria aitortzen zituen, eta pentsa dezatela berdin aintzan eta ospilean. Orduan, lau saileko armadaz, batzuk, dortokan bildurik, oholesia minatzera jaurtitzen ditu, beste batzuei harresietan eskalak itsasteko agintzen die, eta beste kopuru handi bati, makinekin zuzi piztuak eta pikak tiratzeko. Berunezko balen jaurtitzaleei eta habailariei jaurtigaia urrundik tiratzeko moduko lekua esleitu zitzaion, etsaiaren ezein adarrek ez zezan larriago zeudenak sorosterik izan, eraso alde guztietatik berdina izatean. Horren guztiaren ondorioz, armadaren gerra gogoa hianbestekoa izan zen, ezen egun heren batez harresiak defendatzaile gabe geratu baitziren, ateak bortxatu ziren, bastioiak asaltoan hartu ziren, eta heldu guztiak ezpatari emanak izan ziren, soldadurik bat ere galdu gabe eta oso zauritu gutxiarekin. Bulgo ez gudu-laria enkantean saldua izan zen, eta gainerakoa garaileentzako ospiltzat geratu. Zori berdina izan zuten legatuak eta prefektuak, eta egun bakarrean hiru gaztelu konkistaturik, gainerakoak entregatzera etortzen ziren, izuikarak edo bizilagunen borondateak eraginik. Hortik Artaxatari, nazio hartako hiriburuari, erasotzeko segurantzaz sortu zen. Hala ere, legioak ez zituzten biderik laburrenetik eramanez, harresien oinean doan Araxes ibaia zubiz igarotzean, etsaiaren tiroen arriskupean geratzen baitziren; ibaia ibi urrun eta irekiagoetatik gurutzatu zuten.

**40.** Baina Tiridatesek, lotsaz eta baita beldurrez ere, setioaren aurrean erretiratzan bazen, inolako indarririk ez zeukala emango ez ote zuen eta, eragozten saiatzen bazen, ez ote zituzten bera eta zaldizko tropak leku ibilgaitzetan inguratuko, azkenean armada borrokarako moduan erakustea erabaki zuen eta, unea heldurik, erasoari ekitea edo, ihesa simulatuz, enboskada leku egokia bilatzea. Horrela, bada, erromatar zutabea

*sexta incedebat, mediis decimanorum delectis; recepta inter ordines impedimenta, et tergum mille equites tuebantur, quibus iusserat, ut instantibus comminus resisterent, refugos non sequerentur. In cornibus pedes sagittarius et cetera manus equitum ibat, productior cornu sinistro per ima collium, ut, si hostis intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. Adsultare ex diverso Tiridates, non usque ad ictum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset. Ubi nihil temeritate solutum, nec amplius quam decurio equitum audentius progressus et sagittis confixus ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis tam tenebris abscessit.*

[41] *Et Corbulo castra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret agitavit, concessisse illuc Tiridaten ratus. Dein postquam exploratores attulere longinquum regis iter et Medi an Albani peterentur incertum, lucem opperitur, praemissaque levi[s] armatura, quae muros interim ambiret oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani portis sponte patefactis se suaque Romanis permisere. Quod salutem ipsis tulit; Artaxatis ignis immissus deletaque et solo aequata sunt, qui nec teneri [poterant] sine valido praesidio ob magnitudinem moenium, nec id nobis virium erat, quod firmando praesidio et capessendo bello divideretur, vel, si integra et incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas aut gloria, quod capta essent. Adicitur miraculum velut numine oblatum: nam cuncta [extra tectis] hactenus sole inlustrata fuere; repente quod moenibus cingebatur ita atra nube coopertum fulgoribusque discretum est, ut quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. Ob haec consal[ut]atus imperator Nero, et senatus consulto supplicationes habitae, statuaeque et arcus et continui consultius principi, utque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, aliaque in eandem formam decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus adsensus, si pro benignitate fortunae dis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit, eoque oportere dividi sacros et*

tanpez inguratzen du, baina gure buruzagia ezustean atzeman gabe, zeinak armada martxarako zein erasorako berdin atondua zuen. Eskuin aldetik III. legioa zihoan eta ezkerretik, VI.a, erdian X.etik hautatuak zeramatzala. Fardeleria formazioen artean babesturik zihoan, eta atzealdea mila zaldizkok estaltzen zuten, zeintzuei agindu zitzaien hurretik zelatan zeudenei aurre egiteko, baina iheslariak ez jazartzeko. Hegaletan oinezko arkulariak eta gainerako zaldizko tropa zihoazen, ezker hegala muinoen ertzetik aurreratuago, etsaia oldartzen bazen, aldi berean aurrez eta alboz hartua izan zedin. Tiridatesek toki ezberdinetatik xaxatzen zuen, tiropean jarri gabe, baina behin mehatxu, behin beldur-itxura eginez, ea formazioak desegin eta banaka erasotzerik lortzen zuen. Baina temeritateak ez baitzuen ordenarik hautsi, eta zaldieriako dekurioi bat bakarrik, ausarkeriak eramanik, formaziotik atera eta geziek zulatua izan baitzen, hori besteen diziplina gogortzeko etsenplu izan zelarik, Tiridatesek atzera egin zuen gauaren hurbilean.

**41.** Korbulonek kanpamendua hantxe bertan kokatu zuen eta pentsatu zuen ea gauez, fardeleria gabeko legioekin, Artaxataren aurka jo eta setiatuko ote zuen, Tiridates harantz erretiratu zela usterik. Gero, esploratzaileek jakinarazi zutenean erregeak ibilaldi luzea hartu zuela, medoen ala albanoen lurrerantz zihoan ezin jakinik, egunsentiarri itxaroten dio eta aurretik tropa arinak bidaltzen ditu, harresien inguratzea eta setioa urrundik has dezaten. Hirikoek, ostera, ateak berez ireki zituzten, euren burua eta ondasunak erromatarrei entregatuz. Horrexek salbatu zien bizia. Artaxata sutan suntsitu eta kiskali zuten, ez baitzegoen barruti esker ga hura goarnizio indartsu bat gabe mantentzerik, eta geuk ere ez baikenuen behar adina indar, horretan eta gerragintzan banatzeko; eta osorik eta babesgabe uzten bazen, hura konkistatu izanetik ez zegoen inolako etekinik ez aintzarik. Horri jainkoek eskainia bezalako miraria gehitu behar zaio: hiritik kanpoko lurralde guztia eguzkiak argiturik zegoen; harresien barrutia hartzen zuena, ostera, batbatean hodei beltzak estali zuen, eta oinaztuen distira hainbestean nabarmendu zen, ezen bazirudien, jainkoen sumina laketuz bezala, suntsipenari ematen zitzaiola. Gertaera hauengatik, Neron inperator gisan agurtua izan zen eta, senatuaren aginduz, eskergintzak egin ziren; printzearentzat estatuak eta arkuak eta kontsulaldi jarraituak dekretatzen dira, eta garaipena lortu, iragarri eta ofizialki hartaz jardun zen eguna jaiegunetan sar zedila, eta beste halako ohore batzuk, hain neurrigabe-

*negotiosos dies, quis divina colerent et humana non impedi-*  
*rent.*

*[42] Variis deinde casibus iactatus et multorum odia meritis reus, haud tamen sine invidia Senecae damnatur. Is fuit Publius Suillius, imperitante Claudio terribilis ac venalis et mutatione temporum non quantum inimici cuperent demissus quique se nocentem videri quam supplicem mallet. Eius opprimendi gratia repetitum credebatur senatus consultum poenaeque Cinciae legis adversum eos, qui pretio causas oravissent. Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat, praeter ferociam animi extrema senecta liber et Senecam increpans infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exilium pertulisset. Simul studiis inertibus et iuvenum imperitiae suetum vivere iis, qui vividam et incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent. Se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse. An gravius aestimandum sponte litigatoris praemium honestae operae adsequi quam corrumpere cubicula principum feminarum? qua sapientia, quibus philosophorum praeceptis intra quadriennium regiae amicitiae ter milies sestertium paravisset? Romae testamenta et orbos velut indagine eius capi, Italiam et provincias immenso faenore hauriri: at sibi labore quaesitam et modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac domi partam dignationem subitae felicitati submittere[t].*

*[43] Nec deerant qui haec isdem verbis aut versa in deterius Senecae deferrent. Repertique accusatores direptos socios, cum Suillius provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulerunt. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant, brevius visum [sub] urbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii acerbitate accusationis Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum, Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos, iam equitum Romanorum agmina damnata omnemque Claudii saevitiam Suillio obiectabant. Ille nihil ex his*



ak, ezen Gaio Kasiok, besteei baietza eman ondoren, eskergintzari buruz azaldu baitzuen, jainkoei zoriaren onaren arabera eskerrak ematea baldin bazen, urte osoa ere ez zela halako egintzetarako nahikoa izango, eta horregatik egunak sakratuetan eta lanegunetan banatzea komeni zela, horrela jainkoak gur zitezen, giza jardunak eragotzi gabe.

**42.** Geroago, zenbait oker izan eta askoren gorrotoa irabazia zuen errudun bat kondenatua da, baina ez horrek Senekarenganako herrarik ekarri gabe. Publio Suilio zen, Klaudioren agintealdian beldurgarria eta saldukoa, garaian aldakuntzaz etsaiek nahi beste jausi ez zena, eta erregutzaile baino errudun agertzea nahiago zuena. Hura hondatzeko gogoia, auziak diruagatik defendatu zituztenen aurkako senatu lege baten eta Zintzia Legeko zigorren eguneratzeak ekarri zuela uste zen. Suilio ez zen, ez, protestarik eta errietarik gabe ibiliko, berezko erasokortasunaz gainera, adinak askeago egin baitzuen, eta Senekari aurpegiatzen zion Klaudioren lagunak jazartzen zituela, zeinaren agintean hark erbestea jasan baitzuen. Baita esaten zuen Seneka, alferreko ikasleetara eta gazteen inesperientziara ohiturik, bekaitzean zurbiltzen zela hiritarrak babesteko etorri bizia eta ustelgabea garatzen zutenen aurka. Bera Germanikoren kuestorea izan ei zen, eta Seneka haren etxean sartutako adultero bat. Larriagotzat jo behar al zen, bada, –zioen– auzilari baten gogo asketik lan zintzoaren saria hartzea, printzesen oheak lizuntzen jardutea baino? Zer jakinduriaz, filosofoen zer aginduz irabazi zituen, printzearen adiskidantzaeko lau urtetan, hirurehun milioi sestertzio? Erroman testamentuak eta ondorengo gabeko zaharrak berak ezarritako sarean bezala ehizatzen ei zituzten, Italia eta probintziak kapuzturik ei zeuden haren lukurreria asegaitzagatik. Berak, oster, dirutza doia eta lanean irabazia ei zeukan; salaketa, arrisku, zernahiri lehenago aurre egingo ei zion, bat-bateko onaldiagatik, aspaldiko eta luzaz irabazitako izena galdu baino.

**43.** Ez zen falta Senekari honelakoak hitz berdinez edo okerragora aldatuz kontatzen zizkionik. Behintzat, salatzaileak agertu ziren, Suiliori leporatzen ziotenak gure aliatuak esplotatu zituela, Asiako probintzia gobernatzen zuenean, eta ondasun publikoak beregandu zituela. Gero, ikerketarako urtebeteko epea lortu zutenez gero, laburrago iruditzen zitzairen hirian eginiko krimenetatik hastea, haien lekukoak bertan baitziren. Bere salaketa ankerrez, Kinto Ponponio ia gerra zibilera bulatzatu zuela leporatzen zioten Suiliori; Julia, Drusoren alaba, eta Sabina

*sponte susceptum, sed principi paruisse defendebat, donec eam orationem Caesar cohibuit, compertum sibi referens ex commentariis patris sui nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messalinae praetendi et labare defensio: cur enim neminem alium delectum, qui saevienti impudicae vocem praeberet? puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti scelera ipsa aliis delegent. Igitur adempta bonorum parte (nam filio et nepti pars concedebatur eximebanturque etiam quae testamento matris aut aviae acceperant) in insulas Baleares pellitur, non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo; ferebaturque copiosa et molli vita secretum illud toleravisse. Filium eius Nerullinum adgressis accusatoribus per invidiam patris et crimina repetundarum, intercessit princeps tamquam satis expleta ultione.*

*[44] Per idem tempus Octavius Sagitta plebei tribunus, Pontiae mulieris nuptae amore vaecors, ingentibus donis adulterium et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adversam patris voluntatem causari repertaque spe ditioris coniugis promissa exuere. Octavius contra modo conqueri, modo minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans, denique salutem, quae sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebatur, noctem unam ad solacium poscit, qua delentus modum in posterum adhiberet. Statuitur nox, et Pontia consciae ancillae custodiam cubiculi mandat. Ille uno cum liberto ferrum veste occultum infert. Tum, ut adsolet in amore et ira, iurgia preces, exprobratio satisfactio, et pars tenebrarum libidini seposita; ea quasi incensus nihil metuentem ferro transverberat et adcurrentem ancillam vulnerare absterret cubiculoque prorumpit. Postera die manifesta caedes, haud ambiguus percussor; quippe mansitasse una convincebatur. Sed libertus suum illud facinus profiteri, se patroni iniurias ultum esse. Commoveratque quosdam magnitudine exempli, donec ancilla ex vulnere resecta verum aperuit. Postulatusque apud consules a patre inter-*

Popea heriotzara eramán zituela; Valerio Asiatiko, Lusio Saturnino eta Kornelio Lupo bere azpikerietan harrapatu zituela; baita erromatar zaldunen kondena masiboa eta Klaudioen ankerkeria guztia ere. Hura defendatu zen esanez berak ez zuela bere kabuz ezer egin, printzeari men eginez baizik, harik eta Zesarrek mintzaldia eten zion arte, agertuz nola berak aitaren memorietatik egiaztatua zuen Klaudiok ez zuela inolako salaketarik jartzera behartu. Orduan Mesalinaren aginduak aitzakia jarri zituen, eta haren defentsa gainbehera hasi zen: izan ere, zergatik ez zen emakume lizun anker hari ahotsa prestatzeko beste inor hautatu? Ekintza lazgarrien egileak zigortu egin behar ziren, euren krimenen saria irabazitakoan, krimenak eurak inori bizkarreratzen saiatzen zirenean. Beraz, haren ondasunen parte bat bereizi ondoren (semeari eta alabasoari zati bat uzten eta ama eta amamaren aldetik hartu zutena ere eximitzen baitzitzairen), Balear Iretara baztertzeko dute; haren gogoa ez zen ez epaiketari, ez kondena ondoren hautsi. Bazterkuntza, gainera, bizimodu oparo eta bigunean eroan egin zuen. Salatzailak haren seme Nerulinoren aurka oldartu ziren, aitarenganako gorrotoagatik, baina printzea tartean sartu zen, bazela aski mendeku eta.

**44.** Garai berean, Oktavio Sagitta plebe-tribunoak, Pontzia emakume ezkonduaganako amodioak eroturik, adulterioa opari eskergekin erosi ondoren, senarra utz dezan lortzen du bide beretik, berarekin ezkonduko zela agindurik eta ezkontzeko konpromisoa harengandik harturik. Libre aurkitu zenean, osterat, emakumea luzapenetan hasi zen, aitaren kontrako gogoa alegatuz, eta, senar aberatsagoaren itxaropena izan zutenetik, promesatik atzera egin zuen. Oktaviok, aldiz, behin kexu, behin mehatxu egiten zion, ikusaraziz izena galdua zuela, ondarea ahitua, bizia bera ere, azken batez gelditzen zitzaion bakarria, bere pentzudan zegoela. Hark ezetzean baitzirauen, gau bakarreko atsegina eskatzen dio, zeinaren gozoak aurrerantzean barearaziko zuen. Gaua jartzen dute, eta Pontziak konfiantzazko neskame bati logela zaintzeko agintzen dio. Badator hura, liberto bakarrik lagundurik eta soinekopean sastagaia dakarrela. Orduan, maitasuna eta gorrotoa batera direnean ohi denez, agirakak eta erreguak, gaitzespenak eta aitzakiak hasten dira, gau zati bat atseginerako utzirik; honek beroturik bezala, ezere beldur ez zen Pontzia burdinaz zeharkatzen du, lasterka iritsi zen neskamea zauriturik baztertzeko du eta logelatik ziztuan irteten da. Biharamunean bertan argitu zen hilketa, egilearen zalantzarik ez zegoela, jakina bai-

*fectae, postquam tribunatu abierat, sententia patrum et lege de sicariis condemnatur.*

*[45] Non minus insignis eo anno impudicitia magnorum rei publicae malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat, inlustri memoria Poppaei Sabini consularis et triumphali decore praefulgentis; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere praeter honestum animum. Quippe mater eius, aetatis suae feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter et formam dederat; opes claritudine generis sufficiebant. Sermo comis nec absurdum ingenium. Modestiam praeferre et lascivia uti; rarus in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret adspectum, vel quia sic decebat. Famae numquam pepercit, maritos et adulteros non distinguens; neque adfectui suo aut alieno obnoxia, unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufri Crispi[ni] equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuventa ac luxu et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur.*

*[46] Otho sive amore incautus laudare formam elegantiamque uxoris apud principem, sive ut accenderet ac, si eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret. Saepe auditus est consurgens e convivio Caesaris seque ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium. His atque talibus inritamentis non longa cunctatio interponitur, sed accepto aditu Poppaea primum per blandimenta et artes valescere, imparem cupidini et forma Neronis captam simulans; mox acri iam principis amore ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem attineretur, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium omittere, devinctam Othoni per genus vitae, quod nemo adaequaret: illum animo et cultu magnificum; ibi se summa fortuna digna visere. At Neronem, paelice ancilla et adsuetudine Actes devinctum,*

tzen gaua harekin igaro zuena. Baina libertoak zioen berak egin zuela, bere ugazabari eginiko laidoak mendeatzeko. Eta bere etsenpluaren edertasunez zenbaitzuk zirraratuak zituenean, neskameak, zauritik oneraturik, egia agertu zuen. Hilaren aitak kontsulen aurrean salaturik, tribunotza utzi zuenean, Oktavio senatuaren epaiz eta sikarioen legez kondenatzen dute.

**45.** Lizunkeriazko beste kasu ez gutxiago ospetsu batek errepublikari oker handiak ekarri zizkion urte hartan. Sabina Popea delako bat bizi zen hirian, Tito Olioren alaba, baina ama parteko aititaren izena zera-bilena, antzinako Popeo Sabino kontsula berau, oroitzapen gailenekoa eta garaipen ohorez distiratu zena. Olio, artean karguetara iritsi gabea, Seianoren adiskidantzak galdu zuen. Emakume horrek arima zintzoaz beste on guztiak zituen. Izan ere, haren amak, garaiko emakumeen artean ederrez nabarmentzen zenak, aintza eta edertasuna batera eman zizkion; haren aberastasunak leinuaren gailenarekin bat egiten zuen; solas atsegina zuen, eta adimen ez nolanahikoa. Otzan-itxura egiten zuen, baina likiskerian zebilen; publikoan mehatz eta aurpegi erdi estaliz agertuko zen, begiratzen ziotenak ez asetzearren, edo hala ederrago zegoelako. Inoiz ez zion izenari begiratu, senarrak eta maitaleak ez bereiziz; ez bere ez inoren afektuetara lotu gabe, probetxua non ikus, grina hara zeraman. Behintzat, harengandik seme bat izan zuen Rufrio Krispino erromatar zaldunarekin ezkonduarik zegoela, Otonek bereganatu zuen gartzetasunez eta luxuz, eta Neronen lagunik gurenentzat zeukatelako. Ezkontza laster lerratu zen adulteriora.

**46.** Otonek emaztearen ederra eta elegantzia goratzen zituen printzearen aurrean, dela maitasunean ezjakina zelako, dela hura berotzeko eta, biek emakume bera izanik, horrek bere boterearen lotura ere sendotuko zuelako. Zesarren mahaitik zutitzean, maiz entzun zioten maitatearengana zihoala, berari emaniko gurentasun eta edertasun, denen irriks eta dohatsuen gozamen harengana. Honelako eta antzeko probokazioen ondorioa laster igarriko da: Popeak gortera sarbidea izan zuen eta, lehenengotan, adeiz eta trikimainaz baliatu zen, harenganako irriksari ezin eutsia eta Neronen edertasunak xoraturik zegoela agertuz; gero, printzea erabat maitemindurik zeukanean, harrotasunera jotzen zuen eta, gau bat edo bi baino gehiagotan atxiki nahi bazuen, ezkontuta zegoela ekiten zion, ezin zuela bere ezkontzaz gabetu, Otoni loturik zegoela inork berdindu ezineko bizikeraz: hark gogo eta portaera

*nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse. Deicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur; ubi usque ad civilia arma non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior.*

*[47] Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quaesivit. Suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Caesaris, usu et senecta Tiberio abusque domum principium edoctus, tali mendacio intendit. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis inlecebris erat; ven[ti]tabatque illuc Nero, quo solutius urbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremque eius doli Sullam ementitur, quia forte redeuntibus ministris principis quidam per iuvenilem licentiam, quae tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque servorum quisquam neque clientium Sullae adgnitus, maximeque despecta et nullius ausi capax natura eius a crimine abhorrebat: proinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria et Massiliensium moenibus coerceri iubetur.*

*[48] Isdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas diversas ordo plebs ad senatum miserant, illi vim multitudinis, hi magistratuum et primi cuiusque avaritiam increpantes. Eaque seditio ad saxa et minas ignium progressa nec[aed]em et arma proliceret, C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte praetoria, cuius terrore et paucorum supplicio rediit oppidanis concordia.*

*[49] Non referrem vulgarissimum senatus consultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, nisi Paetus Thrasea contra dixisset*

bikainak zituela; harexen ondoan aurkitzen zuela goren zoria. Neroni, berriz, jaukitzen zion maitale mirabe batekin loturik eta Akterekin bizitzeagatik zegoela, eta ohaidetza mirabezko hartatik ez zuela ezer doilor eta zantarra besterik ateratzen. Oton ohiko intimitatetik alden-du egiten dute, eta gero baita printzearen gorte eta segiziotik ere, harik eta, hirian lehiakide jardun ez zezan, Lusitaniako probintziako buru jartzen duten arte; hantxe bizi izan zen gerra zibilera arte, ez arteko nabarmenkerian, zintzoki eta prestuki baizik, aisian lotsagabe eta aginpidean neurtuago.

**47.** Neronek ordura arte bakarrik bilatu zuen eskandalu eta krimenen-tzako estaldura. Batez ere, Kornelio Sila zuen susmopeko, haren berez-ko moteltasuna alderantzitu eta maltzurkeria eta simulaziotzat interpre-tatuz. Beldur hori Graptok handitu zuen, Zesarren libertoetarikoa bera, esperientziaz eta adinez, Tiberioren garaitik, printzeen etxea ondo eza-gutzen zuena, eta honako faltsukeriaz baliatu zena. Garai hartan, Mil-vio zubia oso ezaguna zen gaueko atseginak zirela eta; Neron haraxe joaten zen, bere gehiegikeriei lasaiago ekiteko hiritik kanpora. Hala, Graptok gezurrez esaten dio, Via Flaminiatik zetorrenean, segada jarri ziotela, eta patuari esker saihestu zuela, Salustioreen baratzeetara beste bide batetik itzuliz; eta segada haren egilea Sila zela. Izan ere, halabe-harrez, printzearen zerbitzariak bueltan zetozela, ezezagun batzuek susto txoro bat eman zieten, orduan nonahi ohi zen gazteen zernahike-rian. Silaren ezein morroi ez kliente ez zuten ezagutu, eta haren izaera, arbuiorik handienen jabe eta inolako ausarkeriatarako gauza ez zena, ez zetorren salaketarekin bat. Hala ere, errudun aurkitu izan bailuten, abe-rritik alde egiteko eta Masiliako harresietan gordetzeko agintzen diote.

**48.** Kotsulaldi berean, puteolanoen ordezkariizei entzuten zaie, kon-teiluak eta herriak senatura bereiz bidaliak eurak; batzuk jendetzaren indarkeriaz kexatzen ziren, besteak magistratuen eta goikoen diru-goseaz. Harrikada eta su mehatxuetara iritsia zen sedizio hark hilketa-rik eta borroka armaturik eragin ez zezan, Gaio Kasio hautatu zuten erremedio jartzaile. Haren zorroztasunik jasan ezin zutenez, bere eska-riz, ardura hura Eskribonio anaiei trasferitzen zaie, pretoriar kohorte bat emanez, zeinak, ezarri zuen beldurrez eta bakan batzuen heriotzaz, hiri-ra konkordiara itzuli baitzuen.

**49.** Sirakusako hiriari gladiadore-jokoetarako finkaturiko kopurua gainditzea baimentzen zuen senatu dekretu hutsal baten berri ez nuke

*praeuissetque materiem obtrectatoribus arguendae sententiae. Cur enim, si rem publicam egere libertate senatoria crederet, tam levia consecraretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus et legibus, quibusque aliis [res] Romana continetur, suaderet dissuaderetve? licere patribus, quotiens ius dicendae sententiae accepissent, quae vellent expromere relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur: cetera per omnes imperii partes perinde egregia quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? quod si summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum! Thrasea contra, rationem poscentibus amicis, non praesentium ignarum respondebat eius modi consulta corrigere, sed patrum honori dare, ut manifestum fieret magnarum rerum curam non dissimulatuos, qui animum etiam levissimis adverterent.*

*[50] Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti iuberet idque pulcherrimum donum generi mortaliū daret. Sed impetum eius, multum prius laudata magnitudine animi, attingere seniores, dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus res publica sustineretur, deminuerentur: quippe sublatis portoriis sequens, ut tributorum abolitio expostularetur. Plerasque vectigalium societates a consilibus et tribunis plebis constitutas acri etiam tum populi Romani libertate; reliqua mox ita provisā, ut ratio quaestuum et necessitas erogationum inter se congruere[nt]. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata novis acerbitatibus ad invidiam verterent.*

*[51] Ergo edixit princeps, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur; omissas petitiones non ultra annum resumerent; Romae praetor, per provincias qui pro praetore aut consule essent iura adversus publicanos extra ordinem redderent; militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quae veno exercerent; aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio qua-*



emango, Peto Traseak aurka hitz egin ez balu, maiseatzaileei haren interbentzioa inkulpatzeko bidea emanaz. Zeren, errepublikak senatuaren askatasuna behar zuela uste bazuen, zergatik ekin behar zien halako huskeriei? Zergatik ematen zituen aldeko edo aurkako iritzia gerraz eta bakeaz, zergez eta legeez, eta Erromaren onari zegokion beste hainbat kontuz? Senatariei, euren iritzia adierazteko eskubidea hartzen zuten guztietan, zilegi zitzaion nahi zutena esatea eta hartan jardun zedila eskatzea. Ala sirakusarrek ikuskizun gehiegi ematea ote zen zuzengai bakarra, beste arazo guztiak, inperioko herrialde guztietan, hain bikain balihoaz bezala, agintea, Neronek barik, Traseak baileukan? Arazo handiak disimulan pasatzen uzten bazituen, zenbat gehiago ez ote zion garrantzi gabekoetan eskua sartzeari utzi behar? Traseak, berriz, lagunek bere jarrera arrazoitzeko eskatu ziotenean, erantzun zuen bera ez zebilela halako akordioen zuzentze bila orduko egoeraren ezjakinean, baizik senatuari ohore ematen ziola, argi gera zedin tamaina txikiagoko kontuez ere arduratzen zirenek ez zutela garrantzitsua goen ardurarik disimulatu behar.

**50.** Urte berean, publikanoen gehiegikeriez kexatzen zen herriaren erreklamazioen aurrean, Neron errenta zerga guztiak kentzeko zalan-tzan egon zen, gizadiari oparirik ederrena eginez. Baina haren lehen bulkada, ez aurretik haren gogo handitasuna oparo laudatu gabe, adin handiagoko kontseilariak atzeratu zuten, abertituz inperioa deuseztu egingo zela, errepublikari eusten zioten errentak gutxitzen baziren; zeren, bidesari-eskubideak kentzen baziren, zerga ororen abolizioa eskatuko baitzuten. Bestalde, zerga-biltzeko sozietaterik gehienak kontsulek eta plebe-tribunoek eratuak izan ziren, erromatar herriaren askatasuna artean kamusteko zegoela; gainerakoa gero ezarri zen, sarreren eta beharrezko gastuen kontua partzeko. Publikanoen diru-gosea txikitu egin behar zen, noski, hainbeste urtetan kexa gabe toleratu zena erreminbide bilaka ez zedin, nabarmenkeria berrien erruz.

**51.** Printzeak, beraz, ediktu bidez agindu zuen zerga-lege guztiak, artean ezkutuan edukiak, agerian finka zitezela; burutu gabeko ordainarazpenik ez zedila urtebetez harago erreklama; Erroman pretoreak, eta probintzietan propretores edo prokontsul egiten zutenek, publikanoen aurkako auzietan epaia eman zezatela, txandarik gordearazi gabe; militarren immunitatea jagon zedila, negoziatzen zituzten gauzetan izan ezik. Ondoren beste agindu batzuk zetozen, aldi laburrean obeditu zire-

*dragesimae quinquagesimaeque et quae alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant. Temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio, et, ne censibus negotiatorum naves adscriberentur tributumque pro illis penderent, constitutum.*

*[52] Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinum et Pompeium Silvanum absolvit Caesar; Camerinum adversus privatos et paucos, saevitiae magis quam captarum pecuniarum crimina obicientes. Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat poscebatque tempus evocandorum testium; reus ilico defendi postulabat. Valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat.*

*[53] Quietae ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui pervulgatis triumphis insignibus maius ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent. Paulinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui praeerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit, Vetus Mosellam atque [Ararim] facta inter utrumque fossa conectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent, sublatisque itineris difficultatibus navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. Invidit operi Aelius Gracilis Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum adfectaret, formidolosum id imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.*

*[54] Ceterum continuo exercituum otio fama incessit ereptum ius legatis ducendi in hostem. Eoque Frisii iuventutem saltibus aut paludibus, imbellem aetatem per lacus admove-re ripae agrosque vacuos et militum usui sepositos inse-dere, auctore Verrito et Malori[g]e, qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur. Iamque fixerant*

nak, gero indar gage gelditzeko. Indarrean iraun du, oster, berrogeirenen, berrogeita hamarrenen eta publikanoek ordainarazpen ez-zilegiatarako asmaturiko beste tituluen abolizioak. Itsasoz handiko probintzietan, gari-lorrenen zerga bigundu egin zen, eta trafikatzailen zentsoetan itsasuntzirik ez sartzeko eta haien zergarik ez ordaintzeko ezarri zen.

**52.** Afrikako probintziako bi salatu, Sulpizio Kamerino eta Ponpeio Silvano, han aginte prokonsularra garatu zutenak, Zesarrek absolbitu egin zituen; Kamerino, ondasun harrapaketatik baino gehiago kudelkeriengatik auziratzen zuten salatzaile pribatu bakan batzuen aurrean. Silvanoren gainean, salatzaile piloa zebilen, lekukoei deitzeko denbora eskatzen zuena; erruztatuak berehalako defentsa eskatzen zuen. Aberatsa, seme-alaba gabea eta zaharra izateagatik irabazi zuen, nahiz eta euren intrigeekin salbatu zutenak baino luzaroago bizi gero.

**53.** Germaniako egoera ordura arte lasai egon zen, garaipenaren ikurrak edonori ematen zitzaizkionez gero, bakeari eutsita aintza handiago erdietsiko zutela itxaroten zuten buruzagien portaerari eskerrak. Garai hartan, Paulino Ponpeio eta Luzio Vetere ziren armadaburu. Baina soldaduak ezer egin gabe ez edukitzearren, lehenengoak Rheno ibaiaren eus-dikea amaitu zuen, hirurogeita hiru urte lehenago Drusok hasi zuena. Luzio Veterek Mosela eta Saona batu nahi zituen, bien artean ubidea eginez, halako eran non itsasoz eramandako merkantziak, gero Rodano eta Saona eta ubidean zehar, Mosela ibaitik Rhenora eta handik ozeanora irten zitezen eta, lehor-bideetako eragozpenak kendurik, Mendebaldeko eta Iparreko kostara arteko nabigazioa posible izan zedin. Obra hark Elio Grazilen, Belgikako legatuaren, bekaitza eragin zuen, zeinak Vetere disuaditu baitzuen legioak inoren probintzian sartzetik eta Galien begi ona erakartzetik; errepikatzen zion horrek enpedorearen errezeloa piztuko zuela, non ekimen zintzo gehienak ito ohi ziren.

**54.** Hala, behintzat, armaden egon luzea zela bide, zurrumurrua zabaldu zen legatuei horiek etsaiaren aurka gidatzeko eskubidea kendu zitzaientza. Horregatik, frisiarrek baso eta zingiretatik hurreratu zituzten gazteak ibai ertzera, eta gerrarako adinik ez zeukatenak lakuetatik, soldaduentzat gorderiko zelai hutsetan kokaturik. Germaniarrek erregeak onartzen dituzten neurrian, herri hartan agintzen zuten Verrito eta Malorigeren gidaritzan zihoazen. Jada aberri zoru gisan etxeak jasoak

*domos, semina arvis intulerant utque patrium solum exercebant, cum Dubius Avitus, accepta a Paulino provincia, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quae barbaris ostentantur, intravere Pompei theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caveae, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus, percunctantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum: et quinam forent rogitantes, postquam audiverant earum gentium legatis id honoris datum, quae virtute et amicitia Romana praecellerent, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant degrediunturque et inter patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus antiqui et bona aemulatione. Nero civitate Romana ambos donavit, Frisios decedere agris iussit. Atque illis aspernantibus auxiliaris eques repente immisus necessitatem attulit, captis caesisve qui pervicacius restiterant.*

*[55] Eosdem agros Ampsivarii occupavere, validior gens non modo sua copia, sed adiacentium populorum miseratione, qui pulsi a Chaucis et sedis inopes tutum exilium orabant. Aderatque iis clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii referens, mox Tiberio et Germanico ducibus stipendia meruisse, et quinquaginta annorum obsequio id quoque adiungere, quod gentem suam dicioni nostrae subiceret. Quotam partem campi iacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmitterentur! servarent sane receptus gregibus inter hominum famem, modo ne vastitatem et solitudinem mallent quam amicos populos. Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Usiporum fuisse. Sicuti caelum deis, ita terras generi mortalium datas; quaeque vacuae, eas publicas esse. Solum inde suspiciens et cetera sidera vocans quasi coram interrogabat, vellentne contueri*

eta lurak ereinak zituztela, Dubio Avitok, Paulinorengandik probintziaren agintea hartu ondoren, erromatar indarrez mehatxu egin zien, baldin frisiarrak lehengo lurretara erretiratzen ez baziren, edo Zesarrengandik beste kokapen bat lortzen ez bazuten, Verrito eta Malorigeri hartarako eskaera aurkeztaraziz. Erromarantz abiatu ziren eta, Nero nek beste gorabehera batzuk garbitu bitartean, barbaroei erakutsi ohi zaizkien ikusgarrien artean, Ponpeioren antzokian sartu ziren, herriko jendetza ikusteko. Hantxe denborapasan (euren ezjakinean ez baitzuten ikuskizunaz gozatzen), galdezka hasten dira harmailetan eseritako jendeaz, ordenen bereizketaz, zaldunak nortzuk ziren eta senatua non zegoen; orduan, senatarien aulkietan zeuden janzkera arrotzeko lagun batzuetaz ohartu ziren. Nortzuk ziren galdetu eta ohore hura Erromarekiko kemen eta adiskidantzan nabarmenduriko herrien ordezkariak zirela entzun zutenean, gerra-kemen eta leialtasunean ez zegoela germaniarren aurreko herririk hots egiten dute, eta handik jaitsirik, senatari artean esertzen dira. Hura ikusi zutenek onez hartu zuten, bulkada primitibo eta emulazio zintzo bezala. Neronek biak erromatar hiritar goz saritu zituen, baina frisiarrek lur haietatik alde egiteko aginduz. Uko egin baitzuten, bat-batean zaldieria laguntzailea gaineratu zitzaien, hartara behartuz, setatien jarki zirenak atxilotuz edo hilez.

**55.** Lur horiek anpsivarioek okupatu zituzten, jende indartsuagoa eurak, ez kopuruz bakarrik, baizik baita albo herrietan eragiten zuen errukiz ere, zeren, kaukoek kanporaturik eta aberri gabe, erbeste segur bat erregutzen baitzuten. Jende harentzat ospetsua eta guretzat ere leiala zen Boiokalo izeneko bat zuten lagun; honek gogoratzen zuen ezen, keruskoen matxinada garaian, Arminioren aginduz kateatua izan zela; gero Tiberio eta Germanikoren agindura zerbitzatu zuela; eta berrogeita hamar urteko leialtasunari bere herria gure agintepera makurtu izana ere eransteke zeukala. Ikusarazten zuen zer lursail handia uzten zen mortu, behin edo behin armadaren artalde eta behitaldeak bertatik pasaraztearren. Gorde zitzatela onez aziendentzako gordelekuak, gizakumeak gosez hil bitartean, baina ez zitzatela mortua eta bakardadea herri adiskideak baino maiteago izan. Haiek antzina kamavoen soroak, gero tubanteen eta geroago usipoenak izan zirela; ortzia jainkoei bezala, lurak gizakiei emanak izan zirela, eta bertan behera zeudenak publikoak zirela. Gero, eguzkira begira eta gainera-ko izarrak inbokatuz, aurrez aurre bezala galdetzen zien ea lurra

*inane solum: potius mare superfundere[nt] adversus terrarum ereptores.*

*[56] Et commotus his Avitus: patienda meliorum imperia; id dis, quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent quid adimerent, neque alios iudices quam se ipsos paterentur. Haec an in publicum Ampsivariis respondit, ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae daturum agros. Quod ille ut prodicionis pretium aspernatus addidit «desse nobis terra ubi vivamus, in qua moriamur, non potest.» atque ita infensis utrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, ultiores etiam nationes socias bello vocabant: Avitus scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitum legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Ten[ct]erum induxit, excidium minitans, ni causam suam dissociarent. Igitur absistentibus his pari metu exterriti Bructeri; et ceteris quoque aliena pericula deserentibus sola Ampsivariorum gens retro ad Usipos et Tubantes concessit. Quorum terris exacti cum Chattos, dein Cheruscos petissent, errore longo hospites, egeni, hostes in ali[en]o quod iuventutis erat caeduntur, imbellis aetas in praedam divisa est.*

*[57] Eadem aestate inter Hermunduros Chattosque certatum magno proelio, dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi trahunt, super libidinem cuncta armis agendi religione insita, eos maxime locos propinquare caelo precesque mortalium a deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia numinum illo in amne illisque silvis [s]alem provenire, non ut alias apud gentes eluvie maris arescente, sed unda super ardentem arborum struem fusa ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis, concretum. Sed bellum hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi viri, cuncta viva occidioni dantur. Et minae quidem hostiles in ipsos vertebant. Sed civitas Ubiorum socia nobis malo improvise adflicta est. Nam ignes terra editi villas arva vicos passim corripiebant ferebanturque in ipsa conditae nuper*

mortu ikusi nahi zuten: hobe zela lur-kentzaileen aurka itsasoa gainezkaraz zezaten.

**56.** Eta horrek Avito haserretu egin zuen, zioela onenen agintea jasan behar zela; erregutuak ziren jainkoen nahia zela erromatarrek aukera izan zezaten emateko eta kentzeko, eta eurak ez beste epailerik ez onartzeko. Horixe erantzun zien publikoki anpsivarioei; Boiokalori, berriz, adiskidantzaren gomutan, lurak emango zizkiola. Honek proposame-na traizioaren prezio gisan arbuiatu zuen, eta gaineratu: «Falta dakikegu lurra non bizi, baina inola ere ez non hil». Eta halaxe banatu ziren, bi aldeetako gogoak bero. Gerrara bil zitezen deitu zien brukteroei, tenkteroei, baita urrunagoko herriei ere. Avitok, Kurtilio Mantziari, goiko armadako legatuari, Rheno bestalderatu eta etsaiari armak bizkarretik erakusteko agindu ondoren, legioak tenkteroen lurrrerantz zehar eramane zituen, sarraski mehatxua eginez, kausa hartatik aldentzen ez baziren. Hauek gelditu geratu zirenean, brukteroak mehatxu berdinez ikaratu zituzten; eta gainerakoek ere inoren arriskuei albo egin ziotenean, anpsivarioen herria, bakarrik, usipoen eta tubanteen alderantz erretiratu zen; hortik ere jaurtiak izanik, katoen eta keruskoen lurretarantz jo baizuten, erromesaldi luzean eskale arrotz, inoren lurrean etsai, gazteak hilak izan ziren eta gerrarako ezgaiak harrapakitzat banatuak.

**57.** Uda berean, hermunduroen eta katoen artean gatazka gogorra sortu zen, gatzean oparoa zen eta euren arteko muga ezartzen zuen ibaia baitzuten teman. Dena armaz erabakitzeko grinaz gainera, bazuten sineskera erlijioso bat ezen leku haiek zerutik hur-hur zeudela eta hilkorren otoitzak inondik ez zirela jainkoek handik bezain hur entzunak. Hortik zetorren ustea, ibai eta oihan haietan, gatazka jainkoen onberatasunaren emaitza zela, ez, beste herrietan bezala, paduren ebaporazioz, kristalduzik baizik, ura zuhaitzekin eginiko sutera isurita, elkarren aurkako elementu diren su-uren bitartez. Gerra hermunduroentzat emankor, katoentzat galgarri izan zen, garaileek armada etsaia Martitzi eta Merkuriori eskaini baitzieten, boto horrekin zaldun, gizon eta dena sarraskira eramaten dela. Etsaien mehatxuak euren gainera zihoazen, bai. Baina ubioen hiria, gure aliatua, bat-bateko zorigaitzak jo zuen. Lurpetik harako suek herri, zelai eta auzo irensten zuten, eta bazihoazen sutan han eraiki berri zen harresiaren gainera. Ez zegoen haiek itzaltzerik, ez eurijasak jausita, ez ibaietako ura edo beste edozein likido gainera jaurtita, harik eta, besterik ezinean eta hondamenean desesperaturik, base-

*coloniae moenia. Neque exstingui poterant, non si imbres caderent, non [si] fluvialibus aquis aut quo alio humore, donec inopia remedii et ira cladis agrestes quidam eminus saxa iacere, dein residentibus flammis propius suggesti ictu fustium aliisque verberibus ut feras absterrebant. Postremo tegmina corpori derepta iniciunt, quanto [magis] profana et usu polluta, tanto magis oppressura ignes.*

*[58] Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quae octingentos et triginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est, donec in novos fetus revivisceret.*



rritarrek urrundik harrika egin arte; gero, garrak baretzean, hurrago inguratuz eta makilaz eta beste jogailuz emanez, piztiak bezala uxatzen zituzten. Azkenik, soinekoak erantzi eta sutara bota zituzten, eta zenbat eta zakarrago eta erabiltzez zikinago egon, hainbatago itotzen zuten sua.

**58.** Urte hartan bertan, Komizioko zuhaitz Ruminala, zortziehun eta hogeita hamar urte lehenago Remo eta Remulo haurrak babestu zituen, kaxkartu egin zen, adarrak hil eta enborra ihartzean; hori parte txarreko miraritzat hartu zuten, baina azkenean berpiztu egin zen kimu berriekin.

# *P. CORNELI TACITI ANNALIVM LIBER QVARTVS DECIMVS*

[1] Gaio Vips[t]ano [C.] Fonteio consulibus diu meditatam scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare principem et pupillum vocare, qui iussis alienis obnoxius non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere et triumphales avos, an fecunditatem et verum animum? timeri ne uxor saltem iniurias patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat. Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redde[re]tur ipsa Othonis coniugio: ituram quoque terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris quam viseret periculis eius immixta. Haec atque talia lacrimis et arte adulterae penetrantia nemo prohibebat, cupientibus cunctis infringi potentiam matris et credente nullo usque ad caedem eius duratura filii odia.

[2] Tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam in incesto paratam; iamque lasciva oscula et prae-

# ANALAK HAMALAU GARREN LIBURUA

1. Gaio Vipstano eta (Gaio) Fonteioaren kontsulaldian, Neronek luza-ro hausnarturiko krimen bat ez atzeratzea erabaki zuen, agintearen esperientziak ausardia handitu baitzion, eta egunez egun beroago baitzuen Popeaganako amodioa, zeinak, berarekin ezkon zedin eta Oktabia arbuia zezan irrikaz zain, printzeari agiraka ugari egiten baitzion, batzuetan, isekaz, mutikotzat jotzen zuela, inoren aginduen mende, ez aginpiderik, ez askatasunik ere ez zeukala eta. Izan ere, zergatik luzatzen zuen berarekin ezkontzea? Ez al zitzaizkion asegarri, bada, bere edertasuna eta aititen garaipenak, edo, beharbada, bere ugalkortasuna eta benetako laztana? Beldurra zegoela emazte batek bederen ager zitzan senatuari eginiko laidoak eta amaren burgoikeriak eta dena-nahiak eraginiko herriaren gorrotoa. Agripinak semearen etsai ez zen errainik jasan ezin bazuen, itzularaz zezala bera Otonekiko ezkontzara; nahiago zuela lurreko edonora alde egin, enperadorearen aurkako irai-nak gusturago entzungo zituen lekura, haren bistan eta haren arriskue-tan sartuta baino. Honelako eta antzeko pentsakizunek, malkoz eta sedukziozko amarruz apainduak, euren lana egiten zuten, inork erago-tzi gabe, denak baitzeuden amaren boterea hauts zedin desiratzen, eta inork ez baitzuen uste semearen gorrotoa hilketaraino iritsiko zenik.
2. Kluviok dio Agripina, botereari eusteko beroan, hartaraino heldu zela, ezen egun argiz, Neron ardoak eta oturuntzak aztoratua zen ordue-tan, behin baino gehiagotan eskaini zitzaiola seme hordiarri, oso apain

*nuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebris inlecebras subsidium a femina petivisse, immissamque Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret pervulgatum esse incestum gloriantem matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinae sed Neroni cupitum id memorat eiusdemque libertae astu disiectum. Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat, seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est, quae puellaribus annis stuprum cum [M.] Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta et exercita ad omne flagitium patrum nuptiis.*

*[3] Igitur Nero vitare secretos eius congressus, abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare, quod otium capesseret. Postremo, ubicumque haberetur, prae gravem ratus interficere constituit, hactenus consultans, veneno an ferro vel qua alia vi. Placuitque primo venenum. Sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum non poterat tali iam Britannici exitio; et ministros temptare arduum videbatur mulieris usu scelerum adversus insidias intentae; atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. Ferrum et caedes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; et ne quis illi tanto facinori delectus iussa sperneret metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Ergo navem posse componi docet, cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram: nihil tam capax fortuitorum quam mare; et si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet, quod venti et fluctus deliquerint? additurum principem defunctae templum et aras et cetera ostentandae pietati.*

*[4] Placuit sollertia, tempore etiam iuta, quando Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias et placandum animum*

eta intzesturako gertu; ingurukoak haren musu lizunez eta lotsaizunaren iragarle ziren xerez ohartzen zirenean, Senekak, emakume haren azpikerien aurka, beste emakume batengan bilatzen zuela laguntza, Akte liberta sarraraziz; honek, hala bera zegoen arriskuagatik nola printzearen lotsaizunagatik larri, jakinaraziko ziola ama loriatzen zen intzestuaren zurrumurrua zabaldu zela eta armadak ez zuela printze sakrilego baten aginterik jasango. Fabio Rustikok dio hori ez zela Agripinaren nahia izan, Neronena baizik, eta libertaren beraren antzeak bota zuela dena hankaz gora. Kluvioren bertsioa, oster, beste autoreena ere bada, eta entzute guztia horretarantz da, dela Agripinak bere gogoan halako izugarrikeria asmatu zuelako, dela hain grina berriaren askakuntza sinesgarriago zelako, gazte-urteetan, botere gosez, Lepidorekin estuproa burutu zuenarengan; antzeko lizunkeriaz, Palanteren irrisak asetzerak makurtu zuenarengan, eta, osabarekiko ezkontzagatik, era guztietako lotsaizunetan trebatu zuenarengan.

**3.** Behintzat, Neronek amarekin bakarrik egotea saihesten zuen, eta hau bere baratzeetara edo Tuskulora edo Antzio aldera erretiratzen zenean, laudatu egiten zuen atsedean hartzeagatik. Azkenik, nonahi zegoela ere jasanezin gertatzen zitzaiola pentsaturik, hura hiltzea erabaki zuen, zalanza bakarria zela pozoiz ala burdinaz ala beste indarkeria batez egingo ote zuen. Lehenengotan, pozoia pentsatu zuen. Baina printzeak eskainitako oturuntzan ematen bazitzaion, ezingo zen hala-behartzat jo, Britanikok azken berdina izan ondoren; gainera, krimengintza ugarian, segada ororen aurka arretaz zegoen emakume haren zerbitzariak tentatzeak zaila zirudien; izan ere, gorputza antidotoz horniturik zeukan. Arma bidezko hilketa, berriz, isilean gordetzeko modurik inork ezin zuen aurkitu. Beldur zen, gainera, hainbesteko krimenerako izendatuak ez ote zion agindua betetzeari uko egingo. Argitasuna Anizeto libertoak eman zion, Misenoko flotaren prefektua berau eta Neronen haurtzaina umetan, eta Agripinari honek berari bezalako gorrotoa ziona. Untzi bat presta zitekeela ikusarazten dio, zeinaren alde batak, trikimaina batez itsasoan bertan askaturik, hartara ohartu gabe jaurtiko zuen; ez zegoen ezusterako itsasoa bezalakorik, zeren, hondoratzeak akabatzen bazuen, nor izango zen haize-olatuaren errua krimenari esleitzeko bezain bidegabea? Printzeak gero zenduarentzat tenplua, aldareak eta gainerako pietate erakutsiak dekretatuko zituen.

**4.** Amarru hura ondo begitandu zitzaion, garaia ere hartarako baitzen, Baietan Kinkuatroen jaiak ospatzen zirenez gero. Ama hara era-

*dictitans, quo rumore reconciliationis efficeret acciperet-  
que Agrippina, facili feminarum credulitate ad gaudia.  
Venientem dehinc obuius in litora (nam Antio adventabat)  
excepit manu et complexu ducitque Baulos. Id villae nomen  
est, quae promunturium Misenum inter et Baianum lacum  
flexo mari adluitur. Stabat inter alias navis ornatio, tam-  
quam id quoque honori matris daretur: quippe sueverat tri-  
remi et classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epu-  
las erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis cons-  
titit extitisse proditorem, et Agrippinam auditis insidiis, an  
crederet ambiguam, gestamine sellae Baias pervectam. Ibi  
blandimentum sublevavit metum: comiter excepta superque  
ipsum collocata. Iam pluribus sermonibus, modo familiari-  
tate iuvenili Nero et rursus adductus, quasi seria consocia-  
ret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem, artius  
oculis et pectori haerens, sive explenda simulatione, seu  
pe[ri]turae matris supremus adspectus quamvis ferum ani-  
mum retinebat.*

*[5] Noctem sideribus inlustrem et placido mari quietam quasi  
convincendum ad scelus dii praebuere. Nec multum erat pro-  
gressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam  
comitantibus, ex quis Crepereius Gallus haud procul guber-  
naculis adstabat, Acerronia super pedes cubitantis reclinis  
paenitentiam filii et recuperatam matris gratiam per gau-  
dium memorabat, cum dato signo ruere tectum loci multo  
plumbo grave, pressusque Crepereius et statim exanimatus  
est: Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus ac  
forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectae sunt.  
Nec dissolutio navigii sequebatur; turbatis omnibus et quod  
plerique ignari etiam conscios impediabant. Visum dehinc  
remigibus unum in latus inclinare atque ita navem submer-  
gere; sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et  
alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus.  
Verum Acerronia, imprudentia dum se Agrippinam esse  
utque subveniretur matri principis clamat, contis et remis et  
quae fors obtulerat navalibus telis conficitur. Agrippina  
silens eoque minus agnita (unum tamen vulnus umero exce-*

kartzen du, esan eta esan gurasoen haserrea jasan eta bulkadak baretu egin behar direla, berradiskidetzearen zurrumurrua zabaltzearen eta Agripinak berri atseginei buruzko emakumeen sineskortasun errazez har zezan. Gero, ama iritsi zenean, bidera irten zitzaion itsas bazterrean, Antziotik baitzetorren; eskua eskaini, besarkatu eta Baulosera laguntzen dio. Miseno muturraren eta Baietako lakuaren artean kokaturiko villa baten izena da hori, itsas beso baten kontran. Untzien artean bazen bat bereziki apaindua, hori ere amarentzako ohore bat gehiago bezala, gehienez trirremean eta flotako arraunlariek eramanez bidaiatu ohi baitzen. Hartan, oturuntza batera gonbidatu zuten, krimena ezkutatzeko gauaz balia zitezen. Nahikoa egiaztaturik dago salatari bat bazela, eta Agripinak, sinetsi ala ez dudan, literan egin zuela Baie-tarako bidaia. Han samur-erakutsiek beldurra uxatu zioten: xeratsuki hartu eta Neron bera baino gorago ezarri zuten. Kontua da, berriketa ugariz, behin gazteen etxekotasunez, behin seriozki, konfidentzia handien plantan, Neronek oturuntza luzatu egin zuela; alde egitean, lagundu eta begietan musuka eta paparraren kontra estutuz besarkatu zuen, bai simulazioa biribiltzeko, bai hiltzera zihoan ama azkenekoz ikusteak gogoia, ankerrenean ere, zirraratzen ziolako.

5. Jainkoek gau izarratu eta itsaso barearen gainean lasaia ekarri zuten, krimena agerrarazteko bezala. Untziak aurrera handirik egite-rako, Agripinari bi etxekok, lematik ez urrun zutik zirauen Krepereio Galok eta, haren ohe barrenean etzanik, semearen damua eta amak grazia berreskuratu izana pozez gogoratzen zuen Azerroniak, lagun-tzen ziotela, hara non, seinale jakin batez, ganbara-sapaia jausi zen, berun ugariz astundurik. Krepereio, harrapatua, bertan hil zen; Agri-pina eta Azerronia pisuari men egiteko baino sendago gertatu ziren ohe-hegal irtenez babestu zituzten. Untzi-zatitzeak ere ez zuen jarrai-tu, nahas-mahasak denak jo baitzituen eta gehienek, ezjakinean zeu-denek, jakinekoei traba egiten baitzieten. Arraunlariek, orduan, alde berera okertzea pentsatu zuten, hala untzia hondoratzeko; baina hala-ko bat-batekoan denak ez zeuden batera jokatzeko prestaturik, eta bes-teek, kontrapisu eginez, itsasora jauste suabeagoa eragin zuten. Aze-rronia, berriz, bere ez-zuhurtzian, bera Agripina dela eta Printzearen amari laguntzeko oihuka hastearren, pertika, arraun eta halabeharrak eskuraturiko itsas tresnekin kolpeka hiltzen dute. Agripina, isilik eta hargatik oharkabeago (sorbalan zauri bat jaso bazuen ere), igerian,

pit) nando, deinde occurso lenunciorum Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur.

[6] Illic reputans ideo se fallacibus litteris accitam et honore praecipuo habitam, quodque litus iuxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis summa sui parte veluti terrestre machinamentum concidisset, observans etiam Acerroniae necem, simul suum vulnus adspiciens, solum insidiarum remedium esse [sensit], si non intellegerentur; misitque libertum Agermum, qui nuntiaret filio benignitate deum et fortuna eius evasisse gravem casum; orare ut quamvis periculo matris exterritus visendi curam differret; sibi ad praesens quiete opus. Atque interim securitate simulata medicamina vulneri et fomenta corpori adhibet; testamentum Acerroniae requiri bonaque obsignari iubet, id tantum non per simulationem.

[7] At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti adfertur evasisse ictu levi sauciam et hactenus adito discrimine, [ne] auctor dubitaret[ur]. Tum pavore exanimis et iam iamque adfore obtestans vindictae properam, sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos obiciendo: quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrus et Seneca? [expurgens] quos statim acciverat, incertum an et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne inriti dissuaderent, an eo descensum credebant, [ut], nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptius, [ut] respiceret Burrum ac s[c]iscitaretur, an militi imperanda caedes esset. Ille praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil cunctatus poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero illo sibi die dari imperium auctoremque tanti muneris libertum proficitur: iret propere duceretque promptissimos ad iussa. Ipse audito venisse missu Agrippinae nuntium Agermum, scaenam ultro criminis parat, gladiumque, dum mandata perfert, abicit inter pedes eius, tum quasi deprehenso vincla inici iubet, ut exit[i]um principis molitam matrem et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.



gero bidean aurkituriko bateletan, Lukrino lakura heldu eta bere villan sartzen da.

6. Han, kontu eginik gutun gezurtiz hartarakoxe etorrazazi eta aparte-ko ohorez hartu zutela, itsas bazterrean bertan, haizeak sakatu gabe, haitzik jo gabe, untziaren goialdea lehorreko asmakari bat bezala gain-beheratu zela, eta Azerroniaren hilketaz eta bere zauriaz ere karguturik, azpikeriaren aurkako erremedio bakarra ezjakin-buru egitea zela atera zuen; eta Agermo libertoa bidali zuen semeari iragartzera ezen, jainkoen onberatasunez eta bere zortez, arrisku izugarritik libratu zela. Bitartean, segurtasun-plantan, zauria sendatzen eta gorputza oneratzeko dihardu; Azerroniaren testamentua bilatzeko eta haren ondasunak zigilatze-ko agintzen du, hori inolako simulazio gabe.

7. Krimen burutuaren berriaren zain zegoen Neroni, oster, arinki zauriturik ihes egin zuela iristen zaio, eta hartutako arriskuak egilearekiko dudarik ez gelditzeko bakarrik balio izan zuela. Orduan, izuak hiltze-az, oihu egiten zuen ama usterik gutxienean etorriko zitzaio- la mendekura, esklabo-tropa armatuko zuela, edo armada matxinatuko, edo senatura eta herrira joko zuela, hondoratzea, zauria eta lagunen herio- tza berari egotziz. Zer babes zeukan amaren aurka, Burrok eta Senekak zer edo zer asmatu ezik? Berehala deiarazi zituen, aurretik jakinean zeuden ez dakigula. Behintzat, biak isilik egon ziren luzaro, bai alferrik disuaditzen ez ibiltze-arren, bai uste zutelako hainbestean beheratu zela, ezen, Agripinari aurea hartu ezik, Neronek hil egin beharko zuela. Gero Senekak, ausartago jokatu- z, Burrori begiratu eta galdetu zion ea soldaduei hura hiltzeko agindu behar zitzaie- n. Hark erantzun zuen pre- toriarrek Zesarren etxe osoari ziotela leialtasuna eta, Germanikoz gogo- raturik, honen leinuaren aurkako basakeriara ez zirela ausartuko: Ani- zetok buka zezala agindu zuena. Hau, inolako zalantza gabe, krimena burutze-az arduratzen da. Neronek, hori entzutean, hots egiten du inpe- rioa egun hartantxe eman zitzaio- la eta libertoa zela hainbesteko oparia- ren egile; azkar ibiltzeko eta aginduak betetzeko gertuen zeudenak era- mateko agindu zion. Hark, Agripinak mezuarekin bidalitako Agermo iritsia zela jakinik, salaketaren eszena beren beregi prestatzen du eta, honek mezua ematen diola, ezpata oinen artera jaurtitzen dio; orduan, delitu gor- ian harrapatu bailuen, katea dezaten agintzen du, amak prin- tzearen hilketa antolatu zuela eta, krimen bistaratuaren lotsaz, bere burua hil zuela pentsa zedin.

[8] *Interim vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium obiectus, hi proximas scaphas scandere; alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere. Questibus votis clamore diversa rogitantium aut incerta respondentium omnis ora compleri; adfluere ingens multitudo cum luminibus, atque ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec adspectu armati et minitantis agminis deieci sunt. Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi veniret; cui pauci adstabant, ceteris terrore inrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio ac ne Agermus quidem: aliam fore laetae rei faciem; nunc solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, «tu quoque me deseris?» prolocuta respicit Anicetum, trierarcho Herculeio et Obarito centurione classario comitatum: ac si ad visendum venisset, refotam nuntiaret, sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum percussores et prior trierarchus fusti caput eius adflixit. Iam [in] morte[m] centurioni ferrum destringenti protendens uterum «ventrem feri» exclamavit multisque vulneribus confecta est.*

[9] *Haec consensu produntur. Aspexeritne matrem exanimem Nero et formam corporis eius laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem convivali lecto et exequiis vilibus; neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta est aut clausa humus. Mox domesticorum cura levem tumultum accepit, viam Miseni propter et villam Caesaris dictatoris, quae subiectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus eius cognomento Mnester [se] ipse ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. Nam consulenti super Nerone responderunt Chaldaei fore ut imperaret matremque occideret; atque illa «occidat» inquit, «dum imperet.».*

8. Bitartean, Agripinak jasaniko arriskua zabaltzean, halabeharra izan balitz bezala eta bakoitzak jakin ahala, jendea itsasertzera zihoan. Batzuk kai-muturrera igotzen ziren, beste batzuk inguruko txalupetara, beste batzuk itsasoan barruratzen ziren, oinez joan ahala; baziren eskuak luzatzen zituztenak ere. Urertz guztia betetzen zen auhenez eta erreguz, eta halako galderen eta erantzun dudazkoen egileen oihuz. Jendetza izugarria zetorren zuziekin eta, salbatu zela argi gelditu zenean, bazihoazkeen zorionak ematera, zutabe armatu eta mehatxutiak atzera bota ez balitu. Anizetok destakamendu batekin villa inguratzen du eta, atea bortxaturik, bidera datozkion esklaboak akabatzen ditu, harik eta logelako atera iritsi arte, non banaka batzuk bakarrik zeuden, besteek saraldi haren izuan hanka-jokoari eman baitzioten. Logelan argi mote-la eta mirabe bat bakarrik zeuden, eta Agripina geroago eta larriago, semearen partez inor ez zetorrelako, ezta Agermo ere: zori alaiak beste itxura bat behar zukeen; artean, bakardadea eta bat-bateko burrunbak eta azken okerraren zantzuak besterik ez zegoen. Gero, bazihoan mirabeari «hik ere utzi behar al naun?» bekoz beko esanik, atzean Anizetori erreparatzen dio, Herkuleio trierarkoa eta Obarito flota-zenturioia lagun dituela; bisitan badatorkio, sendatua zela iragar zezakeela diotsa, baina krimena burutzeko bazegoen han, semeari buruzkorik ez zuela ezer sinesten; ez ziotela parrizidiorik agindu. Hiltzaileek ohea inguratzten dute eta trierarkoak, lehenen, makilaz buruan jo zuen; zenturioa hura hiltzeko ezpata ateratzen ari zenean, erraiak erakutsiz, «zulaidak sabela» hots egiten du, eta bertan hiltzen dute labankadaka.

9. Horixe diote gehienek. Neronek ama hilari begiratu eta haren gorputzaren ederra laudatu ote zuen, batzuek baietz, besteek ezetz diote. Gau hartan bertan errautsi zuten jantokiko dibanean eta hileta kaxkarrez, eta Neronek agindu zueno, hobiari ez zioten ez tumulurik, ez hesirik egin. Geroago, zerbitzariak arduraturik, tumulu apal bat izan zuen, Miseno bidearen eta Zesar diktadorearen villaren ondoan, zeinak, leku goran kokaturik, bista handia daukan oinetako badietara. Sua eginik, Mnester izeneko haren libertoetariko batek bere burua ezpataz zulatu zuen, ugazabandorearen maitasunez ala bera hil zezaten beldurrez egin zuen ez dakigula. Agripinak halako azkena urte asko lehenagotik sine-tsi zuen, baina ez zion jaramonik egin; kaldear batzuek, Neronez kontsultatuak izanik, aginduko zuela eta ama hilko zuela erantzun zutelarik, berak esan zuen: «hil dezala, agintzeko bada».

[10] *Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est. Reliquo noctis modo per silentium defixus, saepius pavore exsurgens et mentis inops lucem opperiebatur tamquam exitium adlaturam. Atque eum auctore Burro prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prestantium manum gratantiumque, quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa, et coepto exemplo proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari: ipse diversa simulatione maestus et quasi incolumitati suae infensus ac morti parentis inlascrimans. Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, observabaturque maris illius et litorum gravis adspectus (et erant qui crederent sonitum tubae collibus circum editis planctusque tumultu matris audiri), Neapolim concessit litterasque ad senatum misit, quarum summa erat repertum cum ferro percussorem Agermum, ex intimis Agrippinae libertis, et luisse eam poenam conscientia, qua[si] scelus paravisset.*

[11] *Adiciebat crimina longius repetita, quod consortium imperii iuraturasque in feminae verba praetorias cohortes idemque dedecus senatus et populi speravisset, ac postquam frustra [h]abita sit, infensa militi patribusque et plebi dissuasisset donativum et congiarium periculaque viris inlustribus struxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne inrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret! temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, publica fortuna exstinctam referens. Namque et naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse, quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes et classes imperatoris perfringeret? ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca adverso rumore erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.*

[12] *Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur,*

**10.** Krimena burututakoan jabetu zen Zesar haren tamainaz. Gainerako gauean, behin isiltasunean hondoratua, behin, maizago, izuturik eta senetik kanpora jaikiz, egunsentiaren zain zegoen, hondamena ekarriko bailion. Baina, Burrok sakaturik, baietsi egin zuen, zenturioien eta tribunoen zurikeria-itxaropenez, lehenik, zeintzuek bostekoa eta zorionak ematen baitzizkioten, ustegabeko arriskutik eta amaren krimenetik ihes egin zuelako. Gero, lagunek tenpluetara jo zuten eta, etsenpluari jarraituz, Kanpania inguruko Udalek euren poza sakrifizio eta ordezkaritze-kin erakusten zuten. Neron, alderantzizko simulazioan, triste eta bere salbamena arbuiatuz bezala ageri zen, eta amaren heriotzagatik malkotzen zen. Baina lekuen itxura gizakien aurpegiak bezala aldatzen ez denez, itsaso haren eta bazter haien irudi larria ikusten ari zenez (baziren inguruko goietan tronpa-hotsa eta Agripinaren hilobian negarra entzuten zutenak), Napolira baztertu zen eta senatura gutun bat bidali zuen, zeinaren zer nagusia baitzen Agermo, Agripinaren liberto minetarikoa, ezpata eskuan zuela atzeman zutela, atentaturako gertu, eta berak zigortu zuela bere burua, krimena prestatu izanaren kontzientziagatik.

**11.** Atzerago zihoazen salaketak eransten zituen: agintekide izatea itxaron zuela, eta pretoriar kohortek emakumeari zin egingo ziotela eta senatuari eta herriari desohore berdina ezarriko zitzaiola; ahalegi-nean porrot eginik, armadaren, senatarien eta herriarenganako gorrotoz, soldaduei ordain publikoak banatzetik disuaditu nahi izan zuela, eta gizon gurenen aurkako azpikeriak bilbatu zituela. Zenbat lan kostatu zitzaion senatuan sar zedin eta atzerrien kexei erantzun ziezaien ekiditea! Gainera, Klaudioren garaia ere zeharkara gaitzetsiz, tirania hartako lotsagarrikeriak amari transferitu zizkion, haren heriotza zorte publikoari esleituz. Naufragioa ere kontatzen zuen: baina nor izan zitekeen hura kasuala izan zela sinesteko bezain kamutsa, edo naufragioa jasaniko emakume batek gizon armatu bakarra bidali zuela, kohorteak eta enperadorearen flotak desegitera? Beraz, izugarrikerietan denekak gaingituak zituen Neron ez ezik, Seneka bera ere esamesa gaiztoen jomuga zen, halako diskurtsoarekin aitorpena idatzi zuelako.

**12.** Hala ere, goi-jaunak lehiatu ziren pulvinaria guztien aurrean eskeremateak egin zitezen eta konspirazioa bistaratu zen kinkuattroen jaia urteroko jokoz ospa zedin; baita kurian Minervaren urrezko irudia eta ondoan printzearen estatua bat jar zitezen ere, eta Agripiniaren jaiote-

*aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur, dies natalis Agrippinae inter nefastos esset. Thrasea Paetus silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus exi[i] tum senatu, ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non prae-buit. Prodigia quoque crebra et inrita intercessere: anguem enixa mulier, et alia in concubitu mariti fulmine exanima-ta; iam sol repente obscuratus et tactae de caelo quattuor-decim urbis regiones. Quae adeo sine cura deum evenie-bant, ut multos post[ea] annos Nero imperium et scelera continuaverit. Ceterum quo gravaret invidiam matris eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas inlustres Iuniam et Calpurniam, praetura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolliae Paulinae cineres reportari sepulcrumque exstrui permisit; quosque ipse nuper relegaverat Iturium et Calvisium poena exsolvit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa labante iam Agrippina, cuius inimicitiis concide-rat, vel [tamen] mitigata.*

*[13] Cunctari tamen in oppidis Campaniae, quonam modo urbem ingrederetur, an obsequium senatus, an studia ple-bis reperiret anxius. Contra deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior extitit, invisum Agrippinae nomen et morte eius accensum populi favorem disserunt: iret intrepidus et venerationem sui coram experiretur; simul praegredi exposcunt. Et promptiora quam promiserant inveniunt, obvias tribus, festo cultu senatum, coniugum ac liberorum agmina per sexum et aetatem disposita, exstruc-tos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publici servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit, seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscumque matris reveren-tia tardaverat.*

*[14] Vetus illi cupido erat curriculo quadrigarum insistere, nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum cane-*

guna egun negargarrien artean jo zedin. Zurikeriak artean isilean edo onespen doiz pasatzen utziak zituen Trasea Peto senatutik irten egin zen orduan, horrek berari arriskua ekarri ziolarik, besteentzat aske-biderik eman gabe. Mirariak ere ugari bezain alferrik gertatu ziren: emakume bat sugeaz erditu zen eta beste bat oinaztuak jo zuen, senarrarekin zetzala; gainera, eguzkia bat-batean ilundu zen eta Erromako hamalau aldeetan oinaztuak jausi ziren. Baina hura guztia hain jainkoen esku-sartze gabe gertatu zen, ezen oraindik urte askoan luzatu baitzituen agintea eta krimenak. Bestalde, amaren aurkako gorrotoa areagotzeko eta, hura bistatik kenduta, bere onberatasuna handitu egin zela ikusarazteko, atzeritiko itzulera eskaini zien Junia eta Kalpurnia andere gurenei, Valerio Kapiton eta Lizinio Gabalo pretore ohiei, behinola Agripinak erbesteratuei. Lolia Paulinaren errautsen itzulera eta haren-tzako hilobia egitea ere baimendu zuen, eta berriki berak zokoraturiko Iturio eta Kalvisiori ere zigorra barkatu zien. Silanak, berriz, erbeste urrunetik Tarentora itzulitakoan aurkitu zuen azkena, Agripina, zeinaren etsaigoz eroria baitzen, zalantzan edo biguntzen hasia zenean.

**13.** Hala eta guzti ere, Kanpaniako hirietan galdez zebilen larri nola sartuko zen hiriburuan, eta aurkituko ote zituenetz senatuaren mena eta herriaren gogo ona. Jenderik zantarrenak, ostera, zeinaz ez baitzen gor-terik inoiz beteago egon, ziotsan Agripinaren izena gorrotatua zela eta haren heriotzarekin herriaren beroa piztu egin zela; joan zedila beldur gabe eta ikus zezala berak nolako gurtza zioten, eta, aldi berean, utz ziezaiaela eurei aurretik joaten. Eta agindu zutena baino onezago aurkitu zuten dena; tribuak bidera irteten ziren, senatua galako jantzirik, emazteen eta seme-alaben formazioak sexuka eta adinka lerroturik, eta pasaeran tribunak eraikita zeuden, garaitzak ikusteko egiten diren bezalakoak. Beraz, harro eta garaile morrontza publikoaren gainetik, Kapitoliorea jo zuen, esker-ematea egin zuen eta larkeria guztietara lerratu zen, zeintzuk, guztiz erreprimitzerik lortzeke, zena zelako amaren errespetuak atzeratu baitzituen.

**14.** Kuadrigan ibiltzeko irrika zeukan aspalditik, eta antzokian bezala zitaraz kantatzeko ilusio ez gutxiago lotsagarria. Zalgurdi lehiaketak erregeen eta antzinako buruzagien zeregina ei ziren; poetek euren kan-tekin ospetsu egin zituztela eta jainkoak ohoratzero destinaturik zeude-la; kankak, berriz, Apolori eskainiak zirela eta jainko goren eta buru-argi hura halakoxe apainduriaz ageri zela, ez hiri grekoetan bakarrik,

re. Concertare [e]quis regium et antiquis ducibus factitatum memora[ba]t, idque vatum laudibus celebre et deorum honori datum. Enimvero cantus Apollini sacros, talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium. Nec iam sisti poterat, cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. Clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret, haud promisco spectaculo. Mox ultro vocari populus Romanus laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum et, se eodem princeps trahat, laetum. Ceterum evulgatus pudor non satietatum, ut rebantur, sed incitamentum attulit. Ratusque dedecus moliri, si plures foedasset, nobilium familiarum posteros egestate venales in scaenam deduxit; quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. [nam et eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent.] notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit donis ingentibus, nisi quod merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis adfert.

[15] Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. Quin et feminae inlustres deformia meditari; exstructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula et cauponae et posita veno inritamenta luxui. Dabantur stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia et infamia, nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa conluvies. Vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum pudicitia aut modestia aut quicquam probi moris reservaretur. Postremus ipse scaenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus ph[on]ascis. Accesserat cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. Tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum, aetate ac robore conspicui, et pars ingenio



erromatar tenpluetan ere baizik. Hura gelditzerik ez zegoen, eta orduan Burrok eta Senekak bietariko bata ematea pentsatu zuten, bietan berea egin ez zezan. Aran Vatikanoko inguru bat itxi zuten, beraz, bertan zaldien gidari jardun zezan, ikuskizun publikorik eman gabe. Gero laudiorioz betetzen zuen Erromako herria gonbidatu zuten, bulgoa dibertsio-gosez egon ohi baita, eta areago printzeak berak hartaratzen badi-tu. Gainerakoan, haren lotsagarrikeriaren publikantza ez zen, uste zenez, gogaikarri izan, kinagarri baizik. Jende gehiago desohoratuz, lotsaizuna bigunduko zela pentsaturik, sendi nobleetakako ondorengoak eszenaratu zituen, txirotasunak euren burua saltzera beharturik; hilak direla, hemen haien izenik ez ematea euren arbasoei zor zaiena dela uste dut. Gainera, lotsaizuna haien azio txarragatik dirua eman zienare-na ere bada, ez egitearren eman beharrean. Era berean, erromatar zal-dun ezagunak opari mardulez akuilatu zituen, zirkuko ikuskizunetan babesa eman diezaioten, agindu ahal duenak ordainduriko soldata nahi-taezko obligazio bihurtzen da baina.

**15.** Hala ere, antzoki publikoa oraindik desohoratua izan ez zedin, Juvenalak izeneko jokoak sortu zituen, zeintzuetara denek izena eman zuten. Ez noblezasuna, ez adina, ez izaniko karguak ez ziren inorentzat histrioi greko edo latinoen artea garatzeko eragozpen izan, gizonezko-ei ez dagozkien keinu edo kantetara iritsi arte. Dama gurenak ere itsus-kerietarako prestatzen ziren. Augustok bere urmael inguruan egin zuen itsas borroketarako oihanean, biltokiak eta tabernak eraiki ziren, eta orgiarako kitzikagarri ziren jeneroak salgai ipini zituzten. Diru kopuru bat banatzen zen, onek beharrez, libertinoek harrokeriaz gasta zezaten. Eskandaluak eta lotsaizunak handitzen jarraitu zuten, beraz, eta jada aspalditik andeaturiko ohiturak inoiz ez ziren ustelkeria hark eraginda-ko baino gehiegikeria ugariagoz inguraturik aurkitu. Portaera zintzoe-tan ere lotsak nekez badirau, zenbat zailago ez ote zen, bizioen lehia-keta hartan, duintasunari edo neurritasunari edo onestasun hondar bati eustea! Azkenean, bera eszenaratzen da, zitara kontu handiz joz, sarre-ra gisan eta kantu-maisuek lagundurik. Berarekin batera agertzen dira soldaduen kohorte bat, tribunoak eta zenturioiak, baita Burro ere, min-bera eta laudatzaile. Orduantxe erreklutatzen dira, lehenengoz, Augus-toarrak izeneko zaldun erromatarrak, adinez eta indarrez gailenak, batzuk asmamen lotsagabeak, beste batzuk aginte-goseak tiratuak. Horiek gau eta egun txalo egiten zuten, printzearen edertasuna eta aho-

*procaces, alii in spe[m] potentiae. Ii dies ac noctes plausibus personare, formam principis vocemque deum vocabulis appellantes; quasi per virtutem clari honoratique agere.*

*[16] Ne tamen ludicrae tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium adfectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas necdum insignis aestimatio. Hi considerare simul, et adlatos vel ibidem repertos versus conectere atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere. Quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu nec ore uno fluens. Etiam sapientiae doctoribus tempus impertiebat post epulas, utque contraria adseverantium discordia fruere-tur. Nec deerant qui ore vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.*

*[17] Sub idem tempus levi initio atrox caedes orta inter colo-nos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus, quem motum senatu rettuli, edebat. Quip-pe oppidana lascivia in vicem incessente[s] probra, dein saxa, postremo ferrum sumpsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo deportati sunt in urbem multi e Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum aut parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium princeps senatui, senatus consulibus permisit. Et rursus re ad patres relata, prohibiti publice in decem annos eius modi coetu Pompeiani collegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta; Livineius et qui alii seditionem conci-verant exilio multati sunt.*

*[18] Motus senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyre-nensibus violatum ab eo thesaurum Aesculapii dilectum-que militarem pretio et ambitione corruptum. Idem Cyre-nenses reum agebant Acilium Strabonem, praetoria potes-tate usum et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regis Apionis quondam avitos et populo Romano cum regno relictos proximus quisque possessor invaserat, diuti-naque licentia et iniuria quasi iure et aequo nitebantur. Igi-tur abiudicatis agris orta adversus iudicem invidia; et*

tsa jainkoei dagozkien aipuekin goratuz; hala, bertuteagatik bailitzan iristen ziren ospe eta ohorera.

**16.** Hala ere, bere eszena-dohainak bakarrik ospa ez zitezen, enperadoreak poemagintzari ere ekin zion, bertsogintzarako gaitasun zerbait bazuten, baina artean entzuterik lortu ez zuten batzuekin inguraturik. Afalostean bildu eta berak hara eramaniko edo bertan inprobisaturiko bertsoak sortatzen zituzten, eta etorri ahala jaulkitzen zituen hitzak osatzen; hori poemen estiloak berak erakusten du, ez baita indar, inspirazio eta tonu berdintsuan garatzen. Mahai-ondoetan, filosofiako maisuei ere tarte ematen zien, kontrako doktrinak baieztatzetik sortzen ziren eztabaidetan gozatzearren; eta ez zen falta erregezko denborapasa haietan aurpegikera serioz ikus zezaten irrikan zegoenik.

**17.** Aldi berean eta garrantzi gabeko liskar batetik, Nuozero eta Pompeiako kolonoen artean sarraski lazgarria gertatu zen, Livineio Regulok eskainitako gladiadore-joko batzuetan; gizon horren senatutik kanporatzearen berri emana dut. Izan ere, hiri txikietan ohi den laxokeriarekin, elkarri gaizki esaka, gero harrika eta, azkenean, armetara jo zuten, ikus-kizuna ospatzen zen Pompeiako plebea indartsuen gertatu zelarik. Behintzat, nuozerar asko mozketaz jositako gorputzekin altxatu zituzten Hirira, gehienek semeen edo aiten heriotzari negar egiten zioten bitartean. Printzeak auziaren epaia senatuaren esku utzi zuen, eta pompeiarrei bilera mota hura hamar urterako debekatu zitzaienten, eta legez kanpo eraturiko kolegioak deseginak izan ziren; Livineio eta sedizioaren beste eragileak erbestearekin zigortu zituzten.

**18.** Pedio Bleso ere senatutik egotzia izan zen, Zirenekoek salaturik Eskulapioren altxorra bortxatu zuela eta, soldaduen erreklutamenduan, ustelkeriaz eta azpikeriaz jokatu zuela. Zirenetarrok eurok Azilio Estrabonen aurkako auzia jarri zuten, antzinako pretorea bera, Klaudiok bidalia lur batzuk mugatzera, behinola Apion erregearen ondare izanak eta honek, erreinuarekin batera, erromatar herriari utziak, eta inguruko ugazabek inbaditu zituztenak; usurpazio eta lege-hauste haren luzeagatik, zuzenbide eta zuzentasunaren jabe bezala egiten zuten. Behintzat, lurra berreskuratzean, epailearen aurkako gorrotoa sortu zen, eta senatuak erantzun zuen Klaudiok zer agindu zuen ez zekiela eta printzeari galdetu behar zitzaiola. Neronek, Estrabonen epaia onartu ondoren, idatzi zuen horregatik ez ziola aliatuei laguntzeari utziko, eta lur usurpatuak ematen zizkietela.

*senatus ignota sibi esse mandata Claudii et consulendum principem respondit. Ne[ro], probata Strabonis sententia, se nihilo minus subvenire sociis et usurpata concedere [re]scripsit.*

*[19] Sequuntur virorum inlustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant, ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quod clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.*

*[20] Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morum Graeci certaminis, varia fama, ut cuncta ferme nova. Quippe erant qui Cn. Quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus et scaena in tempus structa ludos edi solitos, vel si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, [ne], si consideret theatro, dies totos ignavia continuaret. [ne] spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens praetor sederet, nulla cuiquam civium necessitate certandi. Ceterum abolitos paulatim patrios mores funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis iuventus, gymnasia et otia et turpes amores exercendo, principe et senatu auctoribus, qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant, [ut] procures Romani specie orationum et carminum scaena polluantur. Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et caestus adsumant easque pugnas pro militia et armis meditentur? an iustitiam auctum iri et decurias equitum egregium iudicandi munus [melius] expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? noctes quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed coetu promisco, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat.*

*[21] Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina praetendebant. Maiores quoque non abhorruisse spectacu-*

**19.** Ondoren, bi gizon guren hiltzen dira, Domizio Afro eta Marko Servilio, kargurik gorenengatik eta etorri handiagatik nabarmendu zirenak; lehenengoa abokatu gisan ospetsu egin zen; Servilio, berriz, foroko ibilbide luzeagatik eta, gero, bere Erromatarren Historiagatik eta bizitzaren elegantziagatik, zeina distiratsuago egin zuen, hala argitasunean bestearen berdina, nola ohituretan kontrakoa.

**20.** Neron laugarrenez eta Kornelio Koso kontsulak zirela, Erroman Joko Kinkenalak eratu ziren, grekoen lehiaketan antzera, iritzi ezberdinez, zer berri guztien aurrean bezala. Hala, batzuek zioten Gneo Pompeio ere zaharrek maiseatua izan zela, antzokirako egoitza egonkorra eraiki zuelako; zeren, artean, jokoak bat-bateko tribunetan eta hartarako jasoriko eszenan egiten baitziren, eta garai zaharragoetara jorik, herriak ikuskizunak zutik ikusi behar izan zituen, egunak antzokian eserita igaro ez zitzaizkion, ezer egin gabe. Ikuskizunen lehengo izaerari eutsi behar ei zitzaion, pretorea haietara zihoanean, ezein hiritarrek lehiatu beharrik izan gabe. Gainerakoan, aberriko ohiturak, apurka-apurka higatuak, erabat irauliko ei zituen laxokeria arrotz hark, nonbait ustel zitekeen edo ustel zezakeen dena Hirian ikus zedin; gazteria zale-tasun arrotzetan endakatuko ei zen, gimnasiari, aisiari eta maitakeria zakarrei ekinez, printzearen eta senatuaren babesean, zeintzuek bizioei baimena eman ez ezik, indar egiten baitzuten, erromatar gurenak, mintzaldi eta poemen aitzakian, eszenan desohora zitezen. Zer besterik behar zen, gorputzak biluztu, eskuzorroak hartu eta borroka haiei ekitea baino, milizian eta armetan jardun beharrean? Zuzentasuna hobetuko eta zaldunen dekuriek epaitzeko lanbide gorena hobeto egingo ote zuten, etenkako musikak eta ahots gozo haiek adituki entzunez gero? Gauak ere eskandaluari emanak izan ei ziren, lotsari tarterik ez uztearren, baizik, nahasketan, jenderik galduenak egunez bururaturiko irritsei ilunetan eraso ziezaien.

**21.** Gehienek laxokeria hori bera gogoko zuten, izen jatorrekin disimulatzen bazuten ere. Antzinakoek ere ez ei zioten muzin egin garai haietako baliabideekin izan zitezkeen ikuskizunen gozamenari, eta Etruriatik histrioak eta Turiostik zaldi-lehiak ekarri ei zituzten; Akaia eta Asia menderatu ondoren, jokoak kontuzago egin ei ziren, eta ezein erromatar ondo jaio ez ei zen endakatu antzezlanei ekiteagatik, jada berrehun urte igaroak zirelarik, Luzio Mummioren garaitzatik, Hirian ikuskizun mota hori eman zuen lehenengoa berau. Gainera, aurrezkia-

lorum oblectamentis pro fortuna, quae tu[m] erat, eoque a Tuscis accitos histriones, a Thuriis equorum certamina; et possessa Achaia Asiaque ludos curatius editos, nec quemquam Romae honesto loco ortum ad theatrales artes degeneravisse, ducentis iam annis a L. Mummi triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe praebuerit. Sed et consultum parsimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit potius, quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret ac [de]strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos aut populo efflagitandi Graeca certamina [a] magistratibus causam fore, cum eo sumptu res publica fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis adlaturas; nec cuiquam iudici grave aures studiis honestis et voluptatibus concessis impertire. Laetitiae magis quam lasciviae dari paucas totius quinquennii noctes, quibus tanta luce ignium nihil illicitum occultari queat. Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transi[i]t. Ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quid redditi quamquam scaenae pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. Eloquentiae primas nemo tulit, sed victorem esse Caesarem pronuntiatum. Graeci amictus, quis per eos dies plerique incesserant, tum exoleverunt.

[22] Inter quae sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. Igitur, quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur anquirebant. Et omnium ore Rubellius Plautus celebra[ba]tur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. Ipse placita maiorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famae adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna [in villa], cui Sublaqueum nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant, fovebantque multi, quibus nova et ancipitia praecolere avida et plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus his Nero componit ad Plautum litteras, consuleret quieti urbis seque prava diffamantibus subtraheret: esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida

ri ere begiratu ei zitzaien, antzokitzat egoitza iraunkorra ezartzean, urtero, gastu izugarritz, jaso-jaitsian ibili gabe. Hala, magistratuek ez zuten familiako ondarerik kaputzuko, ez herriak magistratuei greko erako lehiaketarik eskatzeko arrazoirik izango, gastuak estatuak bere gain hartuz gero. Hizlarien eta poeten garaipenak talentuen kinagarri izango ei ziren, eta ezein epailek ez zuen larritzat joko ikuskizun zintzoei eta dibertsio baimenduei belarria eskaintzea. Laxokeriari barik, alaitasunari emanak izan ei ziren gauak, gutxi bosturteko osoan, non, argi ugariz, ez baitzitekeen ezer debekaturik gorde. Egia esan, ikuski-zuna inolako desohore nabarmenik gabe joan zen. Plebearen berotasunik ere ez zen piztu, zeren, pantomimaginek berriz eszenaratu arren, norgehiagoka sakratuak debekatuak baitzituzten. Inork ez zuen etorriaren saririk jaso, baizik Zesar izendatu zuten irabazle. Egun haietan gehienek zeramatzaten janzkera grekoak laster modatik joango ziren.

**22.** Hartan, kometa bat distiratu zen, zeinak errege aldakuntza iragaritzen duela uste baitu herriak. Eta hala, Neron kargugabetua bailitzan, nor hautatuko ote zuten galdetzen zuten. Eta denen ahoan Rubelio Plautoren izena zebilen, amaren aldetik juliar sendiaren noblezia zera-  
mana. Ideietan antigoaleko, ohituretan zorrotz, sendi bizitza garbi eta isileko, zenbat eta ezkutuago bizi izan zen, hainbat ospe handiagoa hartu zuen. Haren entzutea oinaztu baten jauskerak handitu zuen, orain-txe esango dugun arinkeriez interpretaturik. Izan ere, Urmael Sinbrui-noetatik hur, Sublakeo izeneko villan, Neron mahaian zetzala, janariak dzartatu eta mahaia desegin zen; hori Tiburren mugan gertatu zen, eta Plauto aitaren aldetik hangoa izanik, jainkoen gogoak bera seinalatzen zutela uste zuten, eta inguratzen hasiak zitzaizkion asko, egoera berri eta dudazkoetan aurretiaz kokatzeko anbizio irrikatsu eta gehienik engainagarria dutenak. Behintzat, Neronek, ikaturik, Plautori idatzi zion, Hiriaren bakean pentsatzeko eta zurrumurru okerren zabaltzaile-engandik apartatzeko aholkatuz; Asian bazituela ondare-lurra gogoratzeko zion, non gaztaro segur eta lasaia goza zezakeen. Eta haraxe erretiratu zen, Antistia emazte eta etxeko gutxi batzuekin. Egun haietan beretan, atsegin gose gehiegizkoak Neroni lotsaizuna eta arriskua ekarri zizkion, Martziar Uraren akueduktua Hirirantz abiatzen den lekuko iturrian igeri sartu baitzen; gorputza han bainatuz, ur sakratuak lohitu eta lekuaren donetasuna bortxatu zuela pentsatzen zen. Berehala etorri zitzaien gaixotasun larri batek jainkoen haserrea berretsi zuen.

*iuventa frueretur. Ita illuc cum coniuge Antistia et paucis familiarium concessit.] Isdem diebus nimia luxur cupidus infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae ad urbem deductae nando incesserat; videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse. Secutaque anceps valitudo iram deum adfirmavit.*

[23] *At Corbulo post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis metum hostium intenderet vel, si pepercisset, clementiae famam adipisceretur, illuc pergit, non infenso exercitu, ne spem veniae auferret, neque tamen remissa cura, gnarus facilem mutatu gentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari, pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos in avia digredi; ac fuere qui se speluncis et carissima secum abderent. Igitur dux Romanus diversis artibus, misericordia adversum supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis, qui latebras insederant, ora et exitus specuum sarmentis virgultisque completos igni exurit. Atque illum fines suos praegredientem incursavere Mardi, latrocinii exerciti contraque inrumpentem montibus defensi; quos Corbulo immissis Hiberis vastavit hostilemque audaciam externo sanguine ultus est.*

[24] *Ipse exercitusque ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hoc penuria aquae, fervida aetas, longinqua itinera sola ducis patientia mitigabantur, eadem pluraque gregario milite toleranti[s]. Ventum dehinc in locos cultos demessaeque segetes, et ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in regionem Tauraurum transgressus improvisum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio eius non ignobilis barbarus cum telo repertus ordinem insidiarum seque auctorem et socios per tormenta edidit, convictique et puniti sunt qui specie amicitiae dolum parabant. Nec multo post legati Tigranocerta missi patere moenia adferunt, intentos populares ad iussa; simul hospita-*



**23.** Korbulonek, berriz, Artaxata suntsitu ondoren, izu oraindik berriaz baliatu behar zela pentsatu zuen, Tigranozerta okupatzeko; kiskaltzen bazuen, etsaia gehiago beldurtuko zen, eta errukitzen bazen, barkakor-fama hartuko zuen. Armadarekin harantz doa, beraz, ez gerra gisan, barkamenaren itxaropena ez mozteko, baina bigunegi ere ez, herri hura erraz aldatzekoa zela jakinik, arriskuan koldar bezain okasioan gutxi fidatzekoa. Barbaroek, bakoitzak bere talentuan, batzuek erregu egiten zioten, beste batzuek herrietatik alde egin eta leku sargaitzetarantz jotzen zuten; baziren haizuloetan ostentzen zirenak ere, maiteen zutena harturik. Orduan, erromatar buruzagiak, taktika ezberdinekin, erre-gutzaileekin errukior, iheslarien jazarle bizkor, gordelekuetan sartu zirenekin gogor, haizulo ahoak xirmenduz eta sastrakaz bete eta su ematen die. Haien muga-ertzetik zihoala, mardoek eraso zioten, bide-lapur trebeak eta inbaditzailearen aurka mendiz babestuak eurak. Korbulonek hiberroak jaurti zizkien lurra arpilatzeraz, eta etsaiaren ausar-keria odol arrotzez zigortu zuen.

**24.** Bai bera, bai armada, borroketan batere kalterik jasan ez arren, urritasunak eta nekeak ahiturik zeuden, gosea aberekiz uxatzera behar-turik. Gehitu horri urik eza, udaren beroa, eta ibilaldi luzeak, eta solda-du soilen neke berdinak edo handiagoak jasaten zituen buruzagiaren pazientziak beste bigungarriak ez zegoen. Gero lur landuetara iritsirik, laboreak hartu zituzten, eta armeniarrek babestu ziren bi gazteluetariko bat erasoan hartu zuten; lehen kolpeari eutsi ziotenak setioz menperatu zituzten. Handik tauraniteen lurraldera pasatu ziren, hala ustegabeko arriskua saihestuz. Izan ere, bere dendatik ez urrun, barbaro aski eza-gun bat jaurtigaiarekin aurkitu zuten, tormentuan amarrua eta bere egi-letza aitortu zituen, kideak ere salatuz; adiskide-itxuran engainua pres-tatzen zihardutenak konbiktuak eta zigortuak izan ziren. Handik laster, Trigranozertatik bidalitako ordezkari batzuek iragartzen dute euren atea zabalik eta herria aginduak hartzeko gertu dagoela; aldi berean, abegi eskaintzan, urrezko koroa bat ematen dute. Korbulonek ohorez hartu zituen eta hiriari ez zioten ezer kendu, onean menkorrago izango zirelakoan.

**25.** Legerdako gotorlekua, osteraz, bertan gazte suharrak itxi zirena, ez zen borroka gabe menperatua izan, zeren, harresietatik kanpora borrokatzen ausartu ez ezik, gotorleku barrura bultzaturik, lubeta bat egitean eta armaz erasotzean bakarrik amore eman baitzuten. Horren guztiaren

*le donum, coronam auream, tradebant. Accepitque cum honore, ne quicquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.*

*[25] At praesidium Leger[d]a, quod ferox iuventus clauserat, non sine certamine expugnatum est; nam et proelium pro muris ausi erant et pulsī intra munimenta aggeri demum et inrumpentium armis cessere. Quae facilius proveniebant, qui Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad principem Romanum societatem oratum, attineri a se Vologaesē pro pignore amicitiae ostentante[s]. Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris Rubri deduxit, unde vitatis Parthorum finibus patrias in sedes remeare.*

*[26] Quin et Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem praemisso cum auxiliis Verulano legato atque ipse legionibus citis abire procul ac spem belli omittere subegit; quosque nobis aversos animis cognoverat, caedibus et incendiis perpopulatus possessionem Armeniae usurpabat, cum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum e nobilitate, regis Archelai nepos, sed quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Ne[c] consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum: at plerique superbiam Parthorum perosi datum a Romanis regem malebant. Additum et praesidium, mille legionarii, tres sociorum cohortes duaeque equitum alae; et quo facilius novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, P[h]ar[a]s[ma]ni Pol[emon]ique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt. Corbulo in Syriam abscessit, morte Ummidii legati vacuam ac sibi permissam.*

*[27] Eodem anno ex inlustribus Asia urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa nullo [a] nobis remedio propriis opibus revaluit. At in Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur. Veterani Tarentum et Antium adscripti non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant; neque*

alde etorri zen partoak Hirkania gerran sarturik aurkitzea. Hirkania-  
rrek printzeari mandatua bidali zieten aliantza eske, adiskidetasunaren  
adierazgarritzat Vologeses atxikia zutela ikusaraziz. Mandatarien itzu-  
leran, Korbulonek, Eufrates zeharkatzean etsaien destakamenduek  
ingura ez zituzten, eskolta eman eta Itsaso Gorriaren ertzeraino erama-  
narazi zituen, nondik aberriratu baitziren, partoen mugak saihestuz.

**26.** Areago, Tiridatesek, medoen lurretan zehar, Armeniako mutur  
aldean sartu nahi zuenean, Korbulonek, aurretik Verulano ordezkaria  
tropa laguntzaileekin bidali eta berak legioekin martxa azkarrean  
harantz jorik, urrun ihes eginarazi zion, gerrako itxaropenak utzirik.  
Gure etsaiak zirela bazekien haiek odolez eta suz gainditu ondoren,  
Armeniaz jabetzera zihoala, Neronek aginteaz jabetzeko hautaturiko  
Tigranes iritsi zen. Kapadoziako nobleziakoa eta Arkelao erregearen  
birloba zen, baina, Hirian bahi gisan luzaro egon zenez gero, esklabo-  
aren etsipenera etorria zen. Eta ez zen adostasunean onartua izan, zen-  
baitengan artsazidekiko begikotasunak jarraitzen baitzuen; baina parto-  
en harrokeria gorroto zuten gehienek nahiago zuten erromatarrek ema-  
niko erregea. Mila legionarioko babes-armada bat, aliatuen hiru kohor-  
te eta zaldieriako bi eskoadroi eman zitzaizkion eta, erreinu berria aisa-  
go defenda zedin, Armeniako parteek, zegozkien estatuetatik hur zeu-  
denek, Farasmanes eta Polemoni, eta Aristobulo eta Antiokori obedi-  
tzeko agindua hartu zuten. Korbulon Siriara erretiratu zen, zeina  
Ummidio legatuaren heriotzagatik hain gabe zegoen eta bere esku utzia  
izan zen.

**27.** Urte berean, Laodizea, Asiako hiri ospetsuetarikoa, lurrikarak  
desegin zuen, eta bere kabuz berregin zen, gure laguntza gabe. Italian,  
Puteoliko hiri zaharrak kolonia-eskubidea eta goitizena hartu zituen  
Neronengandik. Tarento eta Antziora adskribaturiko beteranoek ezin  
izan zuten, hala ere, leku haiek despopulatzerik ekidin, gehienak solda-  
dutza eginiko probintzietara zabaldu baitziren; gainera, ezkontzen eta  
umeak hazten ohitu gabe, etxeak hutsik eta ondorengo gabe uzten zituz-  
ten. Ez zegoen, izan ere, lehenagokorik, non legio osoak bidaltzen bai-  
tziren kolonizatzaera, euren tribuno eta zenturioi eta guzti, soldadu  
bakoitza bere sailean, adostasun eta elkartasunean errepublika bat osa  
zezaten; aitzitik, elkarren ezezagun, sail ezberdinetako kide, gidari  
gabe, elkarrenganako xera gabe, arraza ezberdineko gizakumeak beza-  
la bat-batean pilaturik, areago zen oste bat, kolonia baino.

*coniugiis suscipiendis neque alendis liberis sueti orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, universae legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus et sui cuiusque ordinis militibus, ut consensu et caritate rem publicam efficerent, sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine rectore, sine adfectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quam colonia.*

[28] *Comitia praetorum arbitrio senatus haberi solita, quo[d] acriore ambitu exarserant, princeps composuit, tres, qui supra numerum petebant, legioni praeficiendo. Auxitque patrum honorem statuendo ut, qui a privatis iudicibus ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius si qui imperatorem appellare[nt]; nam antea vacuum id solutumque poena fuerat. Fine anni Vibius Secundus eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exigitur, ne graviore poena adficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enisus.*

[29] *Caesen[n]io Paeto et Petronio Turpiliano consulibus gravis clades in Britannia accepta; in qua neque A. Didius legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat, at successor Veranius, modicis excursibus Silu[r]as populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est, magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus: quippe multa in Neronem adulatione addidit subiecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator, receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. Igitur Monam insulam, incolis validam et receptaculum perfugarum, adgredi parat, navesque fabricatur plano alveo adversus breve et incertum. Sic pedes; equites vado secuti aut altiores inter undas adnantes equis tramisere.*

[30] *Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis, [quae] in modum Furiarum veste ferali, crinibus disiectis faces praeferebant; Druidaeque cir-*

**28.** Ohiki senatuaren arbitratoria uzten zen pretoreen hautaketak borroka bereziki bortitza ekarri zuen, eta, baretzeko, printzea tarteratu zen, kopurutik gorako hirurak bakoitza legio baten buru jarriarik. Senatariaren ospeak ere gora egin zuen, ohiko auzitegietatik senatura jotzen zutenek enperadorearengana jotzean adina diru ipini behar zutela ezarri zenean, artean hori aukerakoa eta fidantza gabea baitzen. Urte amaieran, Vibio Sekundo zaldun erromatarra, mairuek konkusioz salatzen zutena, kondenatua eta Italiatik erbesteratua izan zen, eta Vibio Krispo anaiaren ukondoak libratu zuen zigor handiagotik.

**29.** Zesennio Peto eta Petronio Turpilianoren kontsulaldian, Britanien hondamen handia izan zen. Han, kontatua dudanez, Aulio Didio legatuak konkistatuari eutsi besterik ez zuen egin, eta ondorengo Veraniori, silureen aurkako inkurtsio txiki batzuen ondoren, heriotzak gerra aurre-aramatea eragotzi zion. Bizi zeno, austeritate handiko entzutea izan zuen, baina testamentuko azken hitzek haren anbizioa bistaratu zuten. Izan ere, Neroni zurikeria ugari eginik, probintzia menperatuko zioke-ela erantsi baitzuen, pare bat urte gehiagotan bizi izan balitz. Kontua da orduan Britaniako agintea Paulino Suetoniok zeukala, zeina, jakintza militarrez eta parekorik gabe inor uzten ez duen herriaren esamesetatik, Korbulonen lehiakidetzat jotzen baitzen, eta matxinatuak menperatuz, Armeniaren berkonkistaren aintza berdindu nahi baitzuen. Hala, Mona irlari eraso nahi dio, ahaltsua berau populazioz eta iheslarien gordegu bezala, eta untzi hondo-lauak egiten ditu, itsasertz azal eta ez-seguretan barnatzeko. Oinezkoak horrelaxe pasatu zituen, eta zaldiak ibitik edo igerian, ur sakonagoetan.

**30.** Itasertz aurrean, armada etsaia hedatzen ari zen, armaz eta gizonez trinko, bitartean emakumeak lasterka zihozazela, dolu-jantziz, Furien antzera, eta ileak airean, zuziak astinduz; inguruan druidak, zerura esku-goran erregu lazgarriak eginez. Ikuspen haren arraroa soldaduei hain zirraragarri egin zitzaion, ezen, lohadarrak gogortu bailitzaizkien, gorputz geldia eskaintzen baitzieten kolpeei. Gero, buruzagiaren harengak eraginik, eta emakumezko armada fanatiko baten beldur ez izatera euren buruak animatuz, banderak aurrera jaurti eta aurkitzen duten guztia eraisten eta haien suz inguratzen dute. Gero menperatuei goarnizio bat ezarri zitzaion eta sineskeria ankerretara eskainitako basoak botatzen dituzte. Izan ere, haien errituen artean, aldareak gatibuen odolez ohoratzea zegoen, eta giza erraietan jainkoei kon-

*cum, preces diras sublati ad caelum manibus fundentes, novitate adspectus perculere militem, ut quasi haerentibus membris immobile corpus vulneribus praeberent. Dein cohortationibus ducis et se ipsi stimulant, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa sternuntque obvios et igni suo involvunt. Praesidium posthac impositum victis excisique luci saevis superstitionibus sacri: nam cruore captivo adolere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant. Haec agenti Suetonio repentina defectio provinciae nuntiatur.*

*[31] Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore. Quod contra vertit, adeo ut regnum per centuriones, domus per servos velut capta vastarentur. Iam primum uxor eius Boudicca verberibus adfecta et filiae stupro violatae sunt; praecipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, avitis bonis exuuntur, et propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia et metu graviorum, quando in formam provinciae cesserant, rapiunt arma, commotis ad rebellionem Trinovantibus et qui alii nondum servitio fracti resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camulodunum recens deducti pellebant domibus, exturbabant agris, captivos, servos appellando, foventibus impotentiam veteranorum militibus similitudine vitae et spe eiusdem licentiae. Ad hoc templum divo Claudio constitutum quasi arx aeternae dominationibus adspiciebatur, delectique sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur excindere coloniam nullis munimentis saeptam; quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amoenitati prius quam usui consulitur.*

*[32] Inter quae nulla palam causa delapsum Camuloduni simulacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus. Et feminae in furore[m] turbatae adesse exitium canebant, externosque fremitus in curia eorum auditos, consonuisse ululatibus theatrum visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae; iam Oceanus cruento adspectu, ac labente*

tsultatzea. Suetoniori, hartan ziharduela, probintziaren bat-bateko matxinada iragartzen zaio.

**31.** Izenoen errege Prasutagok, opulentzia luzeagatik ospetsua zenak, Zesar izendatu zuen oinordeko bere bi alabekin batera, opari horrekin bere erreinua eta etxea irain orotarik libre geldituko zelakoan. Baina gauzak aldrebes atera ziren eta haren erreinuak zenturioiek eta morroiek deboilatua izan zen, etxe konkistatu gisan. Lehenik, haren emazte Boudika makilatua eta alabak bortxatuak izan ziren. Izenorik gorenak, lurralde guztia erromatarrei oparitua izan bailitzan, ondare gabe aurkitu ziren, eta erregearen etxeok esklabotzat tratatzen zituzten. Laido hauen eraginez eta handiagoen beldurrez, probintzia bezalakoa izatera etorri baitziren, armak hartu eta matxinadara arrastatu zituzten trinobanteak eta, oraindik morrontzak hautsi gabe, konspirazio isiletan askatasuna berkonkistatzera itundu ziren beste batzuk. Gorrotorik handiena beteranoei zieten. Hauek, izan ere, Kamulodunoko koloniara eraman berriek, etxeetatik bidali eta etxaldeetatik jaurti egiten zituzten, gatibu eta esklabo deituz; soldaduek beteranoen larkeriak sustatzen zituzten, antzeko bizimodu eta nahikeria berdinarekin itxaropenagatik. Gainera, Klaudiori eskainitako tenplua menperatze eternalaren gotorleku gisan ikusten zen, eta kultu aitzakian hautatuak izaniko abadeek dirutzak xahutzen zituzten bertan. Bestalde, ez zirudien akabatzen zaila gotorleku gabe zegoen kolonia bat, gure buruzagien aurreikuspenik ezagatik, zer atseginaz arduratuko baliozkoaz baino.

**32.** Bitartean, zergatik ez zekitela, Kamulodunon zegoen Garaipen Estatua jausi eta bizkarra ematen gelditu zen, etsaiaren aurrean ihesi bezala. Emakumeek, burua galdurik, hondamenaren hurbila iragartzen zuten; euren kurian hizkuntza arrotzeko oihuak entzun ei ziren, antzokian uluak, eta Tamesisko estuarioan koloniaren irudia azpikoz gora ikusi ei zen; gainera, ozeanoa odol kolorez eta olatuek abandonaturiko giza gorputzen imajinak agertu ei ziren; horrek guztiak britaniarren itxaropena eta beteranoen beldurra zekarren. Baina Suetonio urrun baitzegoen, Kato Deziano prokuradoreari laguntasuna eskatu zioten. Honek berrehun gizon bakarrik bidali zituen, beharreko armamentu gabe, eta kolonian soldadu banaka bat besterik ez zegoen. Tenpluaren babesean fidaturik, eta matxinadan kide ezkutu, planak zapuzten zizkiotenek traba eginik, ez ziren ez zangaz ez oholesiz

*aestu humanorum corporum effigies relictæ, ut Britanni[s] ad spem, ita veterani[s] ad metum trahebantur. Sed qua procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano procuratore auxilium. Ille haud amplius quam ducentos sine iustis armis misit; et inerat modica militum manus. Tutela templi freti, et impudentibus qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant, neque fossam aut vallum praeduxerunt, neque motis senibus et feminis iuventus sola restitit: quasi media pace incauti multitudine barbarorum circumveniuntur. Et cetera quidem impetu direpta aut incensa sunt: templum, in quo se miles congloberat, biduo obsessum expugnatumque. Et victor Britannus, Petil[l]o Ceriali, legato legionis nonae, in subsidium adventanti obviis, fudit legionem, et quod peditum interfecit: Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. Qua clade et odiis provinciae, quam avaritia e[ius] in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transiit.*

*[33] At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. Ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petil[l]ii coercitam, unius oppidi damno servare universa statuit. Neque fletu et lacrimis auxilium eius orantium flexus est, quin daret profectionis signum et comitantes in partem agminis acciperet: si quos imbellis sexus aut fessa aetas vel loci dulcedo attinuerat, ab hoste oppressi sunt. Eadem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari omissis castellis praesidiisque militare [horre]um, quod uberrimum spoliant[i] et defendentibus intutum, laeti praeda et laborum segnes petebant. Ad septuaginta milia civium et sociorum iis, quae memoravi, locis cecidisse constitit. Neque enim capere aut venundare aliudve quod belli commercium, sed caedes patibula, ignes cruces, tamquam reddituri supplicium, at praecepta interim ultione, festinabant.*

*[34] Iam Suetonio quarta decima legio cum vexillariis vice-  
simanis et [e] proximis auxiliares, decem ferme milia arma-*



babestu, ezta, gazteak bakarrik utzirik, zaharrak eta emakumeak urruntzen ere saiatu. Hala, arreta gabe, bake-bakean bezala zeudela, barbaro olde batek inguratu zituen. Gainerakoa arpilatua eta sutua izan zen; soldaduak bildu ziren tenplua, bi eguneko setioaren ondoren, asaltatua izan zen. Britaniar garaileek, laguntzera zetorren IX. legio-ko legatu Petilio Zeriali bidera irtenik, legioa suntsitu eta infanteria sakailatu zuten. Zerial, zaldizkoekin kuarleteletara ihes egitea lorturik, gotorlekuetan babestu zen. Hondamenak eta bere diru-goseak gerrara bultzatu zuen probintziako gorrotoek izuturik, Kato prokuradorea Galiara pasatu zen.

**33.** Suetoniok, ostera, kemen miragarritz, Londiniora jo zuen etsai artetik, kolonia izenez bereiztu gabeko hiria bera, baina merkatari eta hornimen kopuruagatik entzutetsua. Han zalantzan egon zen, hura gerra-egoitzatzat hautatu ala ez, baina ikusirik tropen urria, eta Petilioren ausarkeria aski erakutsiz zigortua izan zela, hiri bakarra sakrifikatzea erabaki zuen, besteak salbatzeko. Eta ez zen makurtu laguntza eskatzen zioten negar eta malkoekin, abio-seinalea eman baizik, etorri nahi zutenak bere zutabeen onartuz. Sexuaren ahulak edo adinaren nekeak eta lekuaren gozoak atzean utzi zituenak etsaiak sarraskitu zituen. Verulamioko udalerriak ere triskantza berdina jasan zuen, zeren barbaroek, gotorlekuak eta destakamenduak albora utzita, armadaren aletegiak bilatzen baitzituzten, laspurrentzat oparoa eta defendatzen zaila berau, jende hura harrapazalea eta neke-muzina baita. Ziurra da, aipatu ditudan lekuetan, hirurogeita hamar bat mila hiritar eta aliatu jausi zirela. Bizkor zebiltzan, ez gatibuak harrapatzen eta saltzen, ez beste inolako gerra-salerositan, baizik hilketan, urkabeak, suak eta gurutzeak jasotzen, suplizioa jasango zutelakoan bezala, baina, bitartean, mendekua aurretiaz harturik.

**34.** Suetoniok bazuen jada XIV. legioa, XX.eko destakamendu batekin eta inguruko laguntzaileekin, hamar bat mila gizon armatu osatzen zituena, eta zalantzak utzirik, erasora jotzen du. Haitzarte estuko eta atzetik oihanak babesturiko leku bat hautatzen du, segurtaturik aurrean baizik ez zegoela etsairik, eta lautada irekia eta segada-arrisku gabea zela. Hala, legionarioak ordena itxian kokatu ziren, tropa arinak inguruan zirela eta zaldieria hegalean aurrean batera. Britaniar tropak, ostera, hara-hona jostari zebiltzan, aldraka eta eskadroika. Inoiz baino jendetza handiago eta gogo-beroagoak, garaipenaren lekuko

*torum, erant, cum omittere cunctationem et congregari acie parat. Deligitque locum artis faucibus et a tergo silva clausum, satis cognito nihil hostium nisi in fronte et apertam planitiem esse, sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus pro cornibus eques astitit. At Britannorum copiae passim per catervas et turmas exultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo fero[ci], ut coniuges quoque testes victoriae secum traherent plaustisque imponerent, quae super extremum ambitum campi posuerant.*

*[35] Boudicca curru filias prae se vehens, ut quamque nationem accesserat, solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur, sed tunc non ut tantis maioribus ortam regnum et opes, verum ut unam e vulgo libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. Eo proventus Romanorum cupidines, ut non corpora, ne senectam quidem aut virginitatem impollutam relinquunt. Adesse tamen deos iustae vindictae; cecidisse legionem, quae proelium ausa sit; ceteros castris occultari aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem clamorem tot milium, nedum impetus et manus perluros. Si copias armatorum, si causas belli secum expenderent, vincendum illa acie vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viverent viri et servirent.*

*[36] Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. Quam[quam] confideret virtuti, tamen exhortationes et preces miscebat, ut spernerent sonores barbarorum et inanes minas: plus illic feminarum quam iuventutis adspici. Imbelles inermes cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincendum totiens fusi agnovissent. Etiam in multis legionibus paucos, qui proelia profligarent; gloriaque eorum accessurum, quod modica manus universi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum et pilis emissis post umbonibus et gladiis stragem caedemque continuarent, praedae immemores: parta victoria cuncta ipsis cessura. Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles et multa*

gisan, emakumeak ere arrastatu eta lautadaren ertzean ezarritako gurdietara igoarazi zituzten.

**35.** Boudika, bi alabak gurdian aurrean zeramatzala, herri bakoitzeko-en aurretik pasatzen zen, aldarrikatuz ezen, britaniarrak emakumeen agindupean borrokatzen lehendik ohituta bazeuden ere, aldi hartan, ez bere erreinua eta ondasunak, guraso handietarik sortu gisan, baizik, herriko bat bezala, askatasun galdua, kolpeek akabaturiko gorputza eta alaben ohore zanpatua mendekatu nahi zituela. Erromatarren irritsak hartarainokoak zirela ziotsen ezen ez baitzuten ez gorputz, ez zahartzaro, ez birjintasunik uzten zikintzeke; baina han zeuden jainkoak, mendeku justurako: borrokara ausartu zen legioa jausia zen, gainerakoak kuarletean gorderik edo nola ihes egingo zebiltzan. Erromatarrek ez ei zioten, noski, hainbeste milaren burrunba eta oihuei eutsiko, are gutxiago euren eraso eta oldarrari. Tropei eta gerraren arrazoiei begiratuz gero, borroka hartan irabazi ala hil egin behar zela ikusiko ei zuten. Horra emakumearen erabakia: bizi zitezela gizonak esklabo.

**36.** Hain une handian, Suetonio ere ez zegoen isilik. Bereen kemenean fidatu arren, aupadak eta erreguak nahasten zituen: ez egiteko barbaroen oihuei eta mehatxu hutsalei jaramonik; gazte baino emakume gehiago ageri zela han. Txepel eta arma gabe, hainbeste bider suntsituak zituzten garaileen burdina eta kemena ikusiz batera amore eman-go zutela; legioak tarteko izanik ere, bakanek erabakitzen zutela borroka; tropa txikia izanik, armada osoari dagokion ospea irabaztea ere gehitu behar zitzaiola euren aintzari. Sorbaldaz sorbalda eta gero ezkutuz eta ezpataz borrokatzeko, geziak jaurtiz, nahikoa zutela sarraskirik eta lepoak moztetik ez etetea, harrapakian pentsatu gabe: garaipena lortutakoan, dena izango ei zuten eskura. Buruzagiaren hitzei halako berotasunak jarraitzen zien, hain gerra-esperientzia handiko soldadu beteranoak hain trebaturik zeuden gezi jaurtitzen, ezen Suetoniok, garaipenaz segur, borroka-seinalea eman baitzuen.

**37.** Lehenengotan, legioa geldi-geldi egon zen, lekuaren mehargunekak babesturik, baina, gehiago hurbildu ziren etsaien gainera, jaurtigaiaiek bete-beteko tiroetan agortutakoan, ziri-formazioan oldartu zen. Aldi berean, laguntzaileek eraso zuen, eta zaldieriak, lantzak topean, aurrean harrapatutako guztia zanpatu zuen. Gainerakoek bizkar eman zuten, baina ihes egitea zail zeukaten, bueltan ipinitako gurdiek irteerak estalita baitzituzten. Soldaduek emakumeei ere ez zien bizirik bar-

*proeliorum experientia, ut certus eventu[s] Suetonius daret pugnae signum.*

*[37] Ac primum legio gradu immota et angustias loci promunimento retinens, postquam [in] propius suggestos hostes certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus; et eques protentis hastis perfringit quod obvium et validum erat. Ceteri terga praebuere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula saepserant abitus. Et miles ne mulierum quidem neci temperabat, confixaque telis etiam iumenta corporum cumulum auxerant. Clara et antiquis victoriis par ea die laus parta: quippe sunt qui paulo minus quam octoginta milia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis nec multo amplius vulneratis. Boudicca vitam veneno finivit. Et Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecimanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat abnue-ratque contra ritum militiae iussa ducis, se ipse gladio transegit.*

*[38] Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est ad reliqua belli perpetranda. Auxitque copias Caesar missis ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt. Cohortes alaeque novis hibernaculis locatae, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vastatum. Sed nihil aequae quam fames adfligebat serendis frugibus incuriosos, et omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant. Gentesque praeferoces tardius ad pacem inclina[ba]nt, quia Iulius Classicianus, successor Cato missus et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impendebat dispereratque novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. Simul in urbe[m] mandabat, nullum proelio[rum] finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio, cuius adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam referebat.*

katu eta lantzakadek zauritutako zaldiek ere hilotz multzoa handitu egin zuten. Egun hartan, aintza distiratsua eta antzinako garaipenen antzekoa erdietsi zuten. Badira diotenak ia lauorgei mila britaniar jausi zirela, gure laurehun soldaduren eta gutxi-gehiago zaurituren aurrean. Boudikak bizia pozoiz amaitu zuen. Penio Postumo II. legioko kanpamendu prefektuak ere, XIV. eta XX. legioen arrakastaren berri jakinik, bere legioa, arau militarren aurka buruzagiaren aginduei entzun-gor egin izanagatik, halako aintzaz gabetu zuela oharturik, bere burua ezpataz zeharkatu zuen.

**38.** Gero, armada osoa batu eta bridaturik eduki zuten, gerratik falta zena burutzeko. Zesarrek tropak gehitu egin zituen, Germaniatik bi mila legionario, zortzi laguntzaile-kohorte eta mila zaldizko bidaliz, zeintzuen etorreraz IX. legioak soldadu legionarioz osatu ahal izan zuen. Kohorteak eta eskuadroiak neguko kanpamendu berrietan kokatu ziren, eta zalantzan edo aurka agertu ziren herriak suz eta burdinaz sarraskituak izan ziren. Baina jende hura ez zuen ezerk goseak adina nahigabetzen, ereiteaz arduratu gabe, adin orok jo baitzuen gerrara, gure hornigaez jabetzeko ustean. Herri ezin suharrago hura nekez bakeratzen zen, zeren Julio Klasizianok, Katoren ordezkari bidaliak eta Suetoniorekin desados zegoenak, on publikoa norneriekin oztopatzen baitzuen, zabalduz ezen legatu berriari itxaron behar zitzaioela, zeinak, etsaiaren gorroto eta garailearen harrokeria gabe, makurtzen zirenak barkakor tratatuko baitzituen. Halaber, Hiriari abertitzen zion gerraren azkenik ez itxaroteko, Suetonio ordezkatu ezik, zeinaren ezbeharrak haren okerrari eta garaipenak zoriari egozten zizkion.

**39.** Behintzat, Britaniako egoera ikuskatzera Poliklito bidali zuten, libertoetariko bat, zeinaren autoritatez Neronek itxaropen osoa zeukan, legatuaren eta prokuradorearen arteko konkordia lortu ez ezik, barbaroen gogo makurgaitzak ere baretuko zirela. Poliklitok, segizio eskerga lagun, ez zuen aukerarik galdu, Italiari eta Galiari bere pisua sentiarazi ondoren, gero, Ozeanoa zeharkaturik, gure soldaduen aurrean ere beldurgarri azaltzeko. Baina etsaiek barreari eman zioten, zeren, haiengan askatasun-garra oraindik gori egonik, ez baitzuten libertoen ahalik ezagutzen; eta harritu egiten ziren tamaina hartako gerra buruturiko buruzagiak eta armadak morroiei obeditzeaz. Nola-hai ere, enperadoreari dena era leunean kontatu zioten, eta itsasertzean untzi bakan batzuk eta euron tripulazioa galdu zituen Suetonio kar-

[39] Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe posse auctoritate eius non modo inter legatum porcuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus inrisui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate nondum cognita libertinorum potentia erat; mirabanturque, quod dux et exercitus tanti belli confector servitiis oboedirent. Cuncta tamen id imperatorem in mollius relata; detentusque rebus gerundis Suetonius, quod paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello tradere exercitu Pertronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non inritato hoste neque lacessitus honestum pacis nomen segni otio imposuit.

[40] Eodem anno Romae insignia scelera, alterum senatoris, servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum ascitis Vin[i]cio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus, Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur; nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas [adhibit] iis quos memoravi et aliis minus inlustribus obsignat. Quod apud patres convictum, et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere.

[41] Perculit is dies Pompeium quoque Aelianum, iuvenem quaestorium, tamquam flagitiorum Fabiani gnarum, eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. Pari ignominia Valerius Ponticus adficitur, quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interrim specie legum, mox praevaricando ultionem elusurus.

guan berretsi ondoren, gerrak balirau bezala, armada entregatzeko agintzen zaio kontsulatutik jada kanpoan zen Petronio Turpilianori. Honek, etsaia sumindu gabe eta hark berari eraso gabe, aisialdi nagia-ri bake-izen ohoragarria ezarri zion.

**40.** Urte berean, Erroman bi hoben nabarmen burutu ziren, bata sena-tari baten, bestea esklabo baten ozarkeriaz. Domizio Balbo pretore ohia, bai adinean aurrera zihoalako, bai seme-alabarik ez baina onda-sun handiak zeuzkalako, azpikeria guztien begian zegoen. Ahaide batek, ohore biltzera destinatua zen Valerio Fabianok, testamentua fal-tsutu zion, Vizinio Rufino eta Terentzio Lentino zaldun erromatarren elkar-hartzez, zeintzuek, halaber, Antonio Primo eta Asinio Martzelo-rekin bat egin baitzuten. Antonio ozarkeriarako gertu zegoen; Martze-lo ospetsua zen Asinio Polion herenaititagatik, eta ez zitzaion portae-ra txarreko zerik aurkitzen, pobretasuna gaitzik txarrena zela pentsa-tzeaz besterik. Behintzat, Fabianok dokumentua zigilatu zuen, aipatu ditudan (lekukoen) eta beste gutxiago ezagun batzuen aurrean. Sena-tuaren aurrean konbiktu gertatu zen, eta Fabiano eta Antonio, Rufino eta Terentziorekin, Korneliar Legearen arabera kondenatzen dituzte. Martzelo arbasoen gomutak eta Zesarren erreguek libratu zuten zigo-rretik, ezen ez lotsaizunetik.

**41.** Egun hark kuestorea izana zen Ponpeio Eliano gaztea ere zigortu zuen, Fabianoren hobenen estaltzaile gisan; Italian eta Hispanian, non jaioa zen, bizi izatea debekatu zioten. Valerio Pontikok ere antzeko lotsaizuna jasan zuen, zeren, erruztatuak Hiriko prefektuaren aurrean salatuak izan ez zitezen, pretorearen aurrera eraman baitzituen, berez legea betetzeko itxuran, baina gero prebarikatzeko asmotan, zigorra saihestuz. Senatuak dekretu bat erantsi zuen ezarriz ezen halako egin-tzarik eros edo sal zezanak epaiketa publikoan kalumniaz kondenatua-ren zigor berdina jasoko zuela.

**42.** Handik laster, Pedanio Sekundo Hiriko prefektua bere esklabo batek hil zuen, dela hartarako prezioa jarria zion askatasuna ukatzen ziolako, dela, perbertitu batenganako maitemenez, ugazabaren lehiarik jasan ezin zuelako. Hartan, antzinako ohituraren arabera, teilape bere-an bizi izaniko esklabo guztiak supliziora eraman behar zirenez gero, hainbeste errugaberen alde zegoen plebearen elkartasunak sedizioa ekarri zuen, eta senatua setiatu zuten, non bertan ere baziren hain zorrozkeria gehiegizkoa sutsuki gaitzesten zutenak, gehienek ezer ez

*Additur senatus consulto, qui talem operam emptitasset vendidissetve, perinde poena teneretur ac publico iudicio calumniae condemnatus.*

*[42] Haud multo post praefectum urbis Pedanium Secundum servus ipsius interfecit, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti incensus et dominum aemulum non tolerans. Ceterum cum vetere ex more familiam omnem, quae sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi deberet, concursu plebis, quae tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est senatusque [obsessus], in quo ipso erant studia nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus. Ex quis C. Cassius sententiae loco in hunc modum disseruit:.*

*[43] «Saepe numero, patres conscripti, in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges maiorum nova senatus decreta postularentur; neque sum adversatus, non quia dubitarem, super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum et quae converterentur [in] deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Simul quicquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum, si quando res publica consiliis eguisset. Quod hodie venit, consulari viro domi suae interfecto per insidias serviles, quas nemo prohibuit aut prodidit quamvis nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiae minitabatur. Decernite hercule impunitatem: at quem dignitas sua defendet, cum praefecto urbis non profu[er]it? quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia opem feret, quae ne in metu quidem pericula nostra advertit? an, ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus est interfecto, quia de paterna pecunia transegerat aut avitum mancipium detrahebatur? pronuntiemus ultro dominum iure caesum videri.*

*[44] Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est? sed et si nunc primum statuendum habere-*



zela aldatu behar uste zuten baina. Hauetariko batek, Gaio Kasiok, honelaxe hitz egin zuen bere txandan:

**43.** «Maiz izan naiz batza honetan, senatariok, senatuaren dekretu berritzaileak eskatzen zirenean, arbasoen erakunde eta legeen aurka; eta ez nuen aurka egin, ez, nolanahiko auziei buruz, zalantzarik neukalako lehenago neurri hobeak eta zuzenagoak hartzen zirela eta aldatzen zena okerragorantz izaten zela, baizik, antzinako ohituren maitasun handiegiz, neure jakintza goratzen nuenik eman ez zezan. Aldi berean pentsatzen nuen, neure kontratasun etengabeaz, ez nuela suntsitu behar hemen izan nezakeen autoritatea, osorik iraun zezan, errepublikak inoiz nire aholkurik behar bazuen. Horixe gertatzen da gaur, kontsula izaniko gizona bere etxean hil dutenean, inork eragotzi ez salatu ez zuen esklabo baten segadan, nahiz eta etxeko guztiak heriotzaz mehatxatzen zituen senatu-dekretua indargabetzeko egon. Dekretu ezazue inpunitatea, Herkulesarren! Nor defendatuko du karguak, Erromako prefektuari alferrik izan bazaio? Nori emango dio segurantzaz esklabo kopuruak, Pedanio Sekundo bere laurehunek defendatu ezin izan badute? Nori lagundu behar diote esklaboek, zertaz beldurtua dutenean ere gure arriskurik sumatzen ez badute? Ala, batzuk finkitzen lotsa ez diren bezala, hiltzailea jasandako laidoez mendekatu ote zen, haren ondareko diruz ordaindu zuelako edo esklabo bat etxetik kentzen zitzaiolako? Horretarako, erabaki dezagun ugazaba justuki hila izan zela».

**44.** «Argudioak aurkitu nahi al dira, gu baino jakintsuagoek aspaldi aztertu zuten gaian? Baina, legea oraintxe lehenengoz egin behar bage-nu ere, esklaboak ugazaba hil dezakeela uste al duzue, mehatxu-hitzen bat jaulki gabe, aurretik zerbait deskuidoz adierazi gabe? Demagun bere asmoa ezkutatu zuela, arma inork jakin gabe prestatu zuela. Baina ba al zitzakeen guardiak zeharka, logelako ateak ireki, argia eraman eta hilketa burutu, inork igarri gabe? Asko dira krimena sumarazten duten zantzuak; esklaboek salatuz gero, bakarrik ere lasai bizi gintezke jendetzan, gerakaitzen artean segur, eta hil behar badugu ere, ez dukegu kriminalen artean bizi beharrik, gero mendeku gabe gelditze-ko. Gure arbasoei esklaboen izaera susmagarri zitzairen, nahiz eta ugazaben lur eta etxe beretan jaioak eta euren xera hasieratik hartuak izan. Baina geure morrontzan nazio osoak ditugunez gero kultu ezberdinekin, erlijio arrotzekin edo batere erlijio gabe, jendaila hori ez dago bel-

*mus, creditisne servum interficiendi domini animum sumpsisse, ut non vox minax excideret, nihil per temeritatem proloqueretur? sane consilium occul[ta]vit, telum inter ignaros paravit: num excubias transire, cubiculi fores recludere, lumen inferre, caedem patrare [poterat] omnibus nesciis? multa sceleri indicia praeveniunt: servi si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia servorum, etiam cum in agris aut domibus i[s]dem nascerentur caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra aut nulla sunt, conluviem istam non nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt. Nam et ex fuso exercitu cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.».*

*[45] Sententiae Cassii ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant numerum aut aetatem aut sexum ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium: praevaluit tamen pars, quae supplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et saxa ac faces min[ist]rante. Tum Caesar populum edicto increpuit atque omne iter, quo damnati ad poenam ducebantur, militariis praesidiis saepsit. Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a principe prohibitum est, ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saevitiam intenderetur.*

*[46] Damnatus isdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, quia accusatum ab eo Statilium Taurum pro consule ipsius meminerant. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano: Trebellium dum uterque dedignatur, supra tulere.*

*[47] Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate constantia fama, in quantum praeumbrante imperatoris fasti-*

durrez baizik menperatzerik. Errugabeak ere hilko dira, noski, baina armada suntsitu batean ere, hamarretik bat makilatzen direnean, zozketan soldadu kementsuak ere sartzen dira. Eskarmentu handi orok du zerbait bidegabea, bakan batzuen txarra denen onarekin konpentsatzen baita».

**45.** Kasioaren iritziari kontra egiten inor banaka ausartu ez bazen ere, bazen ahots nahasien erantzuna, jende haren kopuru, adin eta sexuaz, eta gehienen errugabetasun dudagabeaz erruki zena; baina suplizioa proposatzen zuen alderdia nagusitu zen. Hala ere, ezin betearazi, jendetza inguruan pilatu baitzen, harriz eta zuziz mehatxuka. Orduan Zesarrek herriari agiraka egin zion ediktu batean, eta kondenatuak azken zigorrera eraman beharreko bide guztia guardia militarrez babestu zuen. Zingonio Varronek proposatua zuen teilape berean bizi ziren liberto guztiak ere deportatuak izatea. Printzeak eragotzi zuen, errukiak bigundu ez zuen antzinako ohitura krudelkeriak gogortu ez zezan.

**46.** Kotsulaldi berean, Tarkinio Prisko, bitiniarrek konkusioz salatua, kondenatu zuten, senatarien poz handiz, hark Estatilio Tauro bere prokotsula bera salatu zuela gogoratu baitziren. Galietako errolda egin zen, Kinto Volusio eta Sextio Afrikanoren, baita Trebelio Maximoren ere, aginduz; Volusiok eta Afrikanok, maila kontuengatik, elkar laidotzen baitzuten, biek ere Trebelio gutxien zutela, azkenean berau nagusitu zen.

**47.** Urte berean hil zen Memmio Regulo, maiestate inperialaren gerizapean, autoritatez, sendotasunez eta entzutez gorena, hainbesteraino ezen Neronek, behin gaixorik eta, berari zerbait gertatzera, inperioaren azkena izango zela ziotsaten zuritzailez inguraturik zegoela, errepublikak bazuela euskarria erantzun baitzuen; norengan bereziki galdetu ziotenean, Memmio Regulorengan erantsi zuen. Regulo, hala ere, gertaerok baino harago bizi izan zen bere izaera lasaiaren babesean eta noblezasunaren berrian, baita bekaizgarri izateko beste ondasun ez zeukalako ere. Urte hartan, Neronek gimnasio bat ireki eta zaldun eta senatariei olio hornitu zien, grekoen eskuzabaltasunez.

**48.** Publio Mario eta Luzio Afinio kotsulak zirela, Antistio pretorea, zeinari buruz kontatua dudan, plebearen tribuno zela, laxoki jokatu zuela, printzearen aurkako iseka-koplak ondu zituen, eta Ostorio Eskapularen etxeko oturuntza oso jendetsuan zabaldu zituen. Bereha-

*gio datur, clarus, adeo ut Nero aeger valetudine, et adulantibus circum, qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateretur, responderit habere subsidium rem publicam. Rogantibus dehinc, in quo potissimum, addiderat in Memmio Regulo. Vixit tamen post haec Regulus, quiete defensus et quia nova generis claritudine neque invidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone praebitumque oleum equiti ac senatui Graeca facilitate.*

*[48] P. Mario L. Afinio consulibus Antistius praetor, quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi probrosa adversus principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exim a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex; credebaturque haud perinde exitium Antistio quam imperatori gloriam quaesit[tam], ut condemnatum a senatu intercessionem tribunicia morti eximeret. Et cum Ostorius nihil audivisse pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum; censuitque Iunius Marullus consul designatus adimendam reo praeturam necandumque more maiorum. Ceteris inde adsentientibus, Paetus Thrasea, multo cum honore Caesaris et acerrime increpito Antistio, non quicquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub principe et nulla necessitate obstricto senatui statuendum disseruit. Carnificem et laqueum pridem abolita, et esse poenas legibus constitutas, quibus sine iudicum saevitia et temporum infamia supplicia decernerentur. Quin in insula publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miserior[em] et publicae clementiae maximum exemplum futurum.*

*[49] Libertas Thrasea servitium aliorum rupit, et postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis, ex[c]eptis, in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque iurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. At consules, perficere decretum senatus non ausi, de consensu scripsere Caesari. Ille inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit:*

laxe salatu zuen maiestategen Kosuziano Kapitonek, senataritza Tigelino aitagarrebaren erreguei esker hartu berri zenak. Lege hartara lehenengoz jotzen zen berriro, eta ustea zen, Antistiorene hondamenaren baino gehiago, enperadorearen aintzaren bila zihoazela, honek, senatuak kondenatu ondoren, heriotzatik salba zezan, tribunoen beto-eskubidez. Eta Ostoriok, aitortzan, ezer ez zuela entzun esan arren, lekukoei sinetsi zieten. Junio Marulo kontsul izendatuak errudunari preteritza kendu eta arbasoen ohituraren heriotza ezartzea proposatu zuen. Gero, gainerakoek proposamena babesten zutela, Peto Traseak, Zesarrenganako laudorio handiz eta Antistiorenganako gaitzespen txit bortitzez, adierazi zuen ezen, printze guren baten menpean eta premiak hartara behartu gabe, senatuak ez zeukala errudunari halako zigorrak ezarri beharrik, mereziena bazuen ere; berreroa eta lakioa aspaldi abolituak zirela, eta bazirela legeek ezarritako zigorrak, zeintzuen bitartez, epaileen ankerkeria eta garaien lotsaizun gabe, suplizioak bana zitezkeen. Ostera, haren ondasunak erremataturik, irla batera zokortzea proposatu zuen, non, bizitza erruduna zenbat eta gehiago luzatu, hainbat dohakabeago izango baitzen eta klementziaren etsenplu gorena emango baitzuen.

**49.** Trasearen gardentasunak besteen zurikeria hautsi zuen, eta kontsulak banakako bozketa baimendu zuenean, bere aldera bildu ziren, bakan batzuk salbu. Horien artean, Aulo Vitelio zegoen, zurikerian aurrena, gizon zintzo guztiei erasotzen ziena, baina erantzuten ziotenean isiltzen zena, jende koldarrari dagokionez. Baina kontsulek, senatuaren dekretua idazten ausartzen ez eta, Zesarri idatzi zioten erabakiaren berri. Honek, lotsatik suminera dudan, azkenean erantzun zuen Antistiok, laidorik jaso gabe, printzearen aurkako irain txit larriak jaulki zituela; senatariak eurak izan zirela horien mendekua eskatu zutenak, eta zuzena izango zatekeela hobenaren tamainako zigorra ezartzea. Gainerakokan, berak, epai zorrotzegia eragozteko asmoa zeukanak, ez zuela modorazioa debekatzen; nahi zutena erabaki zezatela, eta absolbitzeko baimena ere ematen zitelatela. Iraindurik sentitzen zela argi zioten hitzok eta antzekoak irakurritakoan, ez kontsulek aldatu zuten horregatik txostenik, ez Trasea aldentu zen bere jarreratik, ez honena onarturiko besteek atzera egin zuten, batzuek printzearen izen txarra sustatu zutenik ez ematearren, gehienek kopuruaren segurantzagatik, eta Traseak gogoaren ohiko tinkotasunagatik eta aintzarik ez galtzearren.

*nulla iniuria provocatum Antistium gravissimas in principem contumelias dixisse; earum ultionem a patribus postulatam, et pro magnitudine delicti poenam statui par fuisse. Ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere: statuerent ut vellent; datam et absolvendi licentiam. His atque talibus recitatis et offensione manifesta, non ideo aut consules mutavere relationem aut Thrasea decessit sententia ceterive quae probaverant deseruere, pars, ne principem obiecisse invidiae viderentur; plures numero tuti, Thrasea sueta firmitudine animi et ne gloria intercideret.*

*[50] Haud dispari crimine Fabricius Veiento conflictatus est, quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. Adiciebat Tullius Geminus accusator venditata ab eo munera principis et adipiscendorum honorum ius. Quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii, convictumque Veientonem Italia depulit et libros exuri iussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit.*

*[51] Sed gravescentibus in dies publicis malis subsidia minuebantur, concessitque vita Burrus, incertum valetudine an veneno. Valetudo ex eo coniectabatur, quod in se tumescentibus paulatim faucibus et impedito meatu spiritum finiebat. Plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, inlitum palatum eius noxio medicamine adseverabant, et Burrum intellecto scelere, cum ad visendum eum princeps venisset, adspectum eius aversatum sciscitanti hactenus respondisse: «ego me bene habeo.» civitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia [adulteria]. Quippe Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Faenium Rufum ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quaestu tractabat, Ofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus in animo principis et intimis libidinibus adsumptus, prospera populi et militum fama Rufus, quod apud Neronem adversum experiebatur.*

**50.** Fabrizio Veiento salaketa ez hain ezberdinak galdurik aurkitu zen, hots, senatarien eta abadeen aurka zakarkeria asko idatzi zuela, «kodi-ziloak» izena eman zien liburuetan. Tulio Gemino salatzaileak, gainera, printzearen mesedeak eta karguetara iristeko eskubidea saldu izana leporatzen zion. Horixe izan zen Neron auziaz arduratu zen arrazoia; Veiento, konbiktua, Italiatik erbesteratu eta liburuak erretzeko agindu zuen, gogotsuago bilatuak eta irakurriak eurak, eskuratzea arriskutsu izan zeno; gero, edukitzeko askatasunak ahanzturara eramán zituen.

**51.** Baina gaitz publikoak egunik egun handitu arren, erremedioak txikituz zihoazen, eta halaxe amaitu zuen bizia Burrok, gaixotasunez ala pozoiturik ez dakigula. Gaixo-kontua zintzurra barrutik apurka-apurka handitu zitzaielako pentsatu zen, arnasbidea arnasa eteteraino itxiz. Gehienek zioten ezen, Neronen aginduz, ahosabaia edabe gaiztoz igurtzi zuela, sendagarri bat emango bailioten, eta Burrok, krimenaz oharturik, printzea bisitan joan zenean nola zegoen galdez, aurpegia itzuli eta soilik erantzun ziola: «Ni ondo nago». Hirian hutsune handia utzi zuen, bai bere bertutearen gomutagatik, bai ondorengoetariko bataren inozentzia nagi eta bestearen krimen txit nabarmenengatik. Zesarrek, izan ere, bi gizon ezarri zituen pretoriar kohorteen buru: Fenio Rufo, herriaren faborez jasoa, gari-horniketa irabazi-asmorik gabe zeramalakoa, eta Ofonio Tigelino, zeinarengan betiko lotsagabekeria eta zikin-keria estimatzen baitzituen. Biak gertatu ziren entzutea zeukaten modukoak; Tigelino eragin handiagokoa zen printzearen gogoan eta haren orgia pribatueta tarteko zen; Rufo, berriz, herriak eta armadak maiteago zuen, eta horrek Neronengan kontrako efektua egiten zuen.

**52.** Burroren heriotzak Senekaren boterea hautsi zuen, joera onek jada ez baitzeukaten indar berdina, gidarietariko bat nolabait kendurik, eta Neronek, gainera, jenderik okerrenen alderantz jotzen baitzuen. Hauek Seneka begitan hartu zuten zenbait salaketaz, hala nola ondasunak, izugarriak eta partikular baten neurritik guztiz gorakoak, handitzen ari zela; hiritarren ederra irabazten saiatzen zela, eta printzea ere gaingitu nahi zuela ortuen atseginez eta villen arrandiaz. Ospe oratorioa ere beregandu nahi zuela aurpegiatzen zioten, eta bertsoak maizago egiten zituela Neron hartara zaletu zenetik. Printzearen dibertsioei buruz, erabat aurkakoa agertzen ei zen, haren zaldiekiko trebetasuna gutxies-ten ei zuen eta haren ahotsari barre egiten, kantuz ari zenean. Noiz arte egon behar zuen errepublikan ezer garrantzizkorik, hark jakina izatea

[52] *Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tamquam ingentes et privatum modum evectas opes adhuc auget, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur. Obiciebant etiam eloquentiae laudem uni sibi adsciscere et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. Nam oblectamenti principis palam iniquum detrectare vim eius equos regentis, includere vocem, quotiens caneret. Quem ad finem nihil in re publica clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? certe finitam Neronis pueritiam et robur iuventae adesse: exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus maioribus suis.*

[53] *At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem eius magis aspernante Caesare, tempus sermoni orat et accepto ita incipit: «quartus decimus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum, octavus, ut imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meae desit nisi moderatio eius, utar magnis exemplis, ne[c] meae fortunae, sed tuae. Abavus tuus Augustus Marco Agrippae Mytilenese secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit; quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus iactatus ampla quidem sed pro ingentibus meritis, praemia acceperant. Ego quid aliud munificentiae [tuae] adhibere potui quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata, et quibus claritudo venit, quod iuventae tuae rudimentis adfuisse videor, grande huius rei pretium. At tu gratiam immensam innumeram pecuniam circumdedisti, adeo ut plerumque intra me ipse volvam: egone, equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis adnumeror? inter nobiles et longa [de]cora praeferentes novitas mea enituit? ubi est animus ille modicis contentus? tales hortos exstruit et per haec suburbana incedit et tantis agrorum spatiis, tam lato faenore exuberat? una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui.*



ez pentsatzekorik? Izan ere, amaitua ei zen Neronen haurtzaroa eta bazuen gaztetasunaren indarra; maisua gainetik kendu behar zuen, beraz; bazuen behar den mailako irakaslerik arbasoen artean.

**53.** Senekak, berriz, zintzotasuna aintzat zeukatenen argibideei esker, salaketon ezjakinean ez zegoenak, eta Zesar haren harremanetik geroz gehiago aldentzen zenez, audientzia eskatzen du eta, eman dionean, honela hasten zaio: «Hamalau urte dira, Zesar, zu zinen itxaropenaren ondoan jarri nindutena, zortzi, inperioa daramazuna; aldi horretan, hainbeste ohore eta ondasun pilatu duzu nire gainean, ezen nire zorionak ez baitu neurria besterik falta. Etsenplu handiak erabiliko ditut, eta ez nire leinutik, zeuretik baizik. Zuen herenaitita Augustok Marko Agripari erretiroa eman zion Mitilenen, eta Gaio Mezenasi, Hirian berton, atzerrian izango zukeen bezalako atsedena; bata, gerretako kide bezala, besteak, Erroman neke handietan zailduak, ordainsari handiak jaso zituzten, noski, baina euren neurrigabeko merituen arabera. Zure eskuzabalari zer besterik eskain niezaiokeen, itzalpean, nolabait, eginiko ikasketak baizik, zeintzuen distira zure gaztaroko hastapenen laguntzaile izan nauzula iruditzea izan den, nire jardueraren sari handia berori? Baina zuk ongura mugagabez, aberastasun amaigabez inguratu nauzu, batzuetan neure kautan esateraino: ‘Eta ni, maila ekuestre eta probintzialetik harakoa, estatuko gorenaren artean al nago? Nobleen eta aintza luzeak ageri dituztenen erdian, nire gizaki leinugabearen izaera distirara iritsi al da? Non da gutxiarekin poztzen zen gogo hura? Hark eraiki al ditu honelako baratzeak eta al dabil etxaldeotan eta al dago honen lur handiz eta honenbeste errentaz gainezka?’ Aitzaki bakarra otu ohi zait: zure eskuzabalari ez niola uko egin behar».

**54.** «Hona, oster, biok gaineztu dugula neurria: zuk, printzeak lagun bati eman ziezaiokeena, eta nik, lagun batek printzearengandik har zezakeena; hortik gorakoek bekaitza handitzen dute. Hori, noski, zer hilkor guztiak bezala, zure handitasunaren oso azpitik dago; baina neure gainera dator, neu naiz sorotsi beharrekoa. Soldadutzan eta marxan, nekaturik egonik, laguntza eskatuko nukeen bezala, halaxe, bizitzako bide honetan, zaharturik eta kezkarik arinenek ere abailtzen nautela, ezin baitut neure aberastasunen zamari eusten jarraitu, laguntza eskatzen dut. Agindu ezazu nire ondarea zeure prokuradoeek administratzeko, zeure ondasunen artean sartzeko. Eta ez uste pobretasunean

[54] *Sed uterque mensuram implevimus, et [tu], quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a principe accipere: cetera invidiam a[u]gent. Quae quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacet, sed mihi incumbit, mihi subveniendum est. Quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitae senex et levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, praesidium peto. Iube re[m] per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore praestringor, quod temporis hortorum aut villarum curae seponitur, in animum revocabo. Superest tibi robur et tot per annos summi fastigii regimen: possumus seniores amici quietem reposcere. Hoc quoque in tuam gloriam cedit, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent.».*

[55] *Ad quae Nero sic ferme respondit: «quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti. [ab]avus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit, sed in ea ipse aetate, cuius auctoritas tueretur quicquid illud et qualecumque tribuisset; ac tamen neutrum datis a se praemiis exiit bello et periculis meruerant; in iis enim iuventa Augusti versata est. Nec mihi tela et manus tuae defuissent in armis agenti; sed quod praesens condicio poscebat, ratione consilio praeceptis pueritiam, dein iuventam meam fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt: quae a me habes, horti et faenus et villae, casibus obnoxia sunt. Ac licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur: unde etiam rubori mihi est, quod praecipuus caritate nondum omnes fortuna antecellis.*

[56] *Verum et tibi valida aetas rebusque et fructui rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis, et quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea*

hondoratuko naizenik, baizik, haien distirak itsutzen nauen gauzak utzirik, neure ortuak edo villak zaintzen darabildan denbora gogoarentzat berreskuratuko dut. Zuk baduzu sobera sendotasun, hainbeste urtetan daramazun goren aginterako: zure lagun zaharrok atsedena eska dezakegu. Horixe ere aintzagarri izango zaizu: gailurrik gorenetara eramán zenituela gutxiarekin ere konformatzen zirenak».

**55.** Horri Neronek honelatsu erantzun zion: «Zure hitzaldi pentsatuari berehalaxe aurre egiteko gai banaiz, horixe da zuri zor dizudan lehen dohaina, prestatu ondoren ez eze, bat-batean azaltzen ere irakatsi baitzenidan. Gure herenaitita Augustok nekeen ondorengo atsedena eman zien Agripari eta Mezenasi; baina hori halako adinean izan zen, non bazuen autoritatea, emate hura nahiz beste ondo egiteko; hala ere, ez batari ez besteari kendu zizkion emaniko sariak; gerran eta arriskueta irabaziak zituzten, non Augustoren gaztetasuna trebea izan zen. Badaikit zure eskurik ez armarik ez nukeela falta izango, gerran jardun behar izan banu; zuk uneko egoerak eskatzen zuena egin zenuen: zeure zuhurtziaz, aholkuz, aginduz, nire haurtzaroa eta gero gaztaroa jagon zenituen. Eta, jakina, egin dizkidazun mesedeak eternalak izango dira, nire biziak diraueno. Niregandik hartu duzuna, osterá, baratzeak eta errentak eta villak, zoriaren pentzudan dago, eta zer handia badirudi ere, zure meriturik inondik ere ez zeukan askok gehiago lortu du. Lotsa naiz libertoez hitz egiten, bistan baitago aberatsago direna; gorritu ere egiten nau horrek, nire maitasunean lehenen zeu izanik, oraindik ez baitzara ondasunetan denak baino gehiago».

**56.** «Baina ez da zu adinez sendoa eta negozioak eramateko eta gozatzeko gauza zarela bakarrik, baizik, gainera, ni inperioaren lehen urratsetan nabilela, baldin zeure burua Vitelio hirutan kontsula baino eta ni Klaudio baino gutxiagotzat ez banauzu, eta Volusiori aurrezte luzeak eman ziona nire eskuzabalak zuregan lortu ezin badu. Zergatik ez didazu, nire gaztetasuna zertanbait bide okerrerantz lerratzen bada, atzera eginarazten eta nire indarra arretazago gidatzen, zeure laguntzarekin aberastuz? Ez da zure moderazioa, ondasunak itzultzen badi-tuzu, ez zure atsedena, printzea uzten baduzu, denen ahotan ibiliko, neure diru-gosea eta neure krudeltasunaren beldurra baizik. Eta zure neurritasuna gehien goraipatzen badute, gizon jakintsu batengan ez da itxura izango lagunaren lotsagarri gertatuko den zerbaitekin aintza irabaztea». Hitz hauei besarkada eta musuak eransten dizkio, naturak

*liber[ali]tas explere non potest. Quin, si qua in parte lubricum adulescentiae nostrae declinat, revocas ornatumque robur subsidio impensius regis? non tua moderatio si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris principem, sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere.» his adicit complexum et oscula, factus natura et consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis. Seneca, qui finis omnium cum dominante sermonum, grates agit; sed instituta prioris potentiae commutat, prohibet coetus salutantium, vitat comitantes, rarus per urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi attineretur.*

[57] *Perculso Seneca promptum fuit Rufum Faenium innuere Agrippinae amicitiam in eo criminantibus. Validiorque in dies Tigellinus et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur; compertoque Plautum et Sullam maxime timeri, Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus commemorat. Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare; cui cavere utcumque ab urbanis insidiis praesenti o[pe]ra: longinquos motus quonam modo comprimi posse? erectas Gallias ad nomen dictatorium, nec minus suspensos Asiae populos claritudine avi Drusi. Sullam inopem, unde praecipuam audaciam, et simulatione segnitiae, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta praeferre, adsumpta etiam Stoicorum adrogantia sectaque, quae turbidos et negotiorum adpetentes faciat. Nec ultra mora. Sulla sexto die pervectis Massiliam percussoribus ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi causa discumberet. Relatum caput eius inludit Nero tamquam praematura canitie deforme.*

[58] *Plauto parari necem non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur, et spatium itineris ac maris*

egina eta ohiturak trebatua baitzen gorrotoa samurkeria faltsuekin estaltzen. Senekak eskerrak damaizkio, ugazabarekiko solas guztien ohiko amai gisan; baina bere lehengo boterearen azturak aldatu egiten ditu, zuritzaile-korruak urrunduz, lagundu nahi ziotenak saihestuz, eta Hirian bakan agertuz, osasun txarrak edo filosofia ikasketek etxean atxikiko balute bezala.

**57.** Seneka abaildurik, Rufo Fenio murriztea erraza izan zitzaien Agripinarekiko adiskidantzaz salatzen zutenei. Horrela, egunez egun handitzen zihoan Tigelinoren boterea, zeinak, indar bakarra zuen amarrukeria atseginagoa izango zela pentsaturik, printzea bere krimenen kideztan kateatzen bazuen, honen beldurak zelatatzen baitihardu. Beldurrik gehien zienak Paluto eta Sila direla aurkitzen du, lehentxogo zokoratuak eurok, lehenengoa Asiara eta bigarrena Narbonar Galiara, eta bien noblezia gogoratzen dio, eta batak Ekialdeko armadak hurbil zeuzkala, eta besteak Germaniakoak. Berak ez ziola, Burrok bezala, itxaropen kontrajarriei begiratzen, Neronen segurantzari bakarrik baizik, zeina, nolanahi ere, Erroman azpikerietatik libre baitzegoen bere langintza berbertakoz; baina urrungo erreboltak nola menperatu behar zituen? Gaineratzen zuen Galiatako begiak Silak zeraman diktadore izenean zeudela, eta Asiako herriak ez zeudela gutxiago liluraturik Druso bezalako aitita baten ospez. Sila pobrea ei zen eta, beraz, neurri gabeko ausardia zuena, baita nagikeria simulatua ere, tameritaterako aukeraren zain. Plautok, bere aberatsean, atsedengogoaren plantarik ere ez ei zeukan, bai, oster, erromatar zaharrak imitatzeaz harrotzen; eta, gainera, estoikoen arrogantziara eta sektara jo zuen, gizakiak subertsibo eta aginte-gose egiten zituen horretara. Eta ez ziren begira egon. Sila sei egunera hil zuten Masiliara bidalitako sikarioek, susmoak eta zurrumurrak sortu aurretik, oturuntzan eserita zegoela. Burua Neroni bidali zioten, zeina hartaz isekatu zen, ile urdin goiztarrak zituela eta.

**58.** Plautoren hilketa ezin izan zen isilpe berdinean prestatu, haren bizia jagoten zutenak gehiago baitziren, eta itsaso eta lehorreko bidearen luzeak eta beharreko denborak zurrumurrak jaso baitzituzten. Jendeak sinetsi-itxura egiten zuen Korbulonen ondora joan zela, orduan armada izugarrien buru berau, eta, gizon gorenak eta erruga-beak akabatu behar bazituzten, inor baino arriskurago zegoela. Gainera, esaten zen Asiak gazte harexenganako xeragatik armak hartu zitue-

*tempusque interiectum moverat famam. Vulgoque fingeant petitus ab eo Corbulonem, magnis tum exercitibus praesidentem et, clari atque insontes si interficerentur, praecipuum ad pericula. Quin et Asiam favore iuvenis arma cepisse, nec milites ad scelus missos aut numero validos aut animo promptos, postquam iussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse. V[a]na haec more famae credentium otio a[u]gebantur; ceterum libertus Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem et mandata L. Antistii soceri attulit: effugeret segnem mortem, dum suffugium [ess]et: magni nominis miseratione reperturum bonos, consociaturum audaces; nullum interim subsidium aspernandum. Si sexaginta milites (tot enim adveniebant) propulisset, dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quae adusque bellum evalescerent. Denique aut salutem tali consilio quaeri, aut nihil gravius audenti quam ignavo patientem esse.*

*[59] Sed Plautum ea non movere, sive nullam opem providebat inermis et exul, seu taedio ambiguae spei, an amore coniugis et liberorum, quibus placabiliorem fore principem rebatur nulla sollicitudine turbatum. Sunt qui alios a socero nuntios venisse ferant, tamquam nihil atrox immineret; doctoresque sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis, constantiam opperientis mortis pro incerta et trepida vita suassisse. Repertus est certe per medium diei nudus exercitando corpori. Talem eum centurio trucidavit coram Pelagone spadone, quem Nero centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, praeposuerat. Captum interfecti relatum; cuius adspectu (ipsa principis verba referam) «cur,» inquit, «Nero \* \* \*» et posito metu nuptias Poppaeae ob eius modi terrores dilatas maturare parat Octaviamque coniugem amoliri, quamvis modeste ageret, nomine patris et studiis populi gravem. Sed ad senatum litteras misit de caede Sullae Plautique haud confessus, verum utriusque turbidum ingenium esse, et sibi incolumitatem rei publicae magna cura haberi. Decretae eo nomine supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur; gravioribus iam ludibriis quam malis.*

la eta krimena burutzero bidalitako soldaduak, gutxi zirelako edo har-  
tarako prest ez zeudelako, hartutako agindurik betetzeko gauza ez iza-  
nik, itxaropen berrien bandora pasatu zirela. Zurrumurru hutsalok, ohi  
denez, sinesten zituztenen aisiak handitzen zituen. Behintzat, Plauto-  
ren liberto batek, haizeen bizkorrari esker, zenturioiari aurea hartzea  
lortu eta Luzio Antistio aitagarrebaren mezua entregatu zion. Bertan  
zioen egiteko ihes koldarrari dagokion heriotza hartatik, inon gordele-  
kurik zeno; izen handiak eragiten duen errukiarekin, aurkituko zituela  
gizon zintzoak eta lortuko zuela jende ausarta irabaztea; bitartean ez  
arbuizatzeko ezein babes; hirurogei soldadu atzera botatzen bazituen  
(hainbeste baitzihoazen), berria Neroni heltzen zitzaion bitartean,  
beste saldo batek zeharkaldia egiten zuen bitartean, gauza asko gerta  
zitekeela, gerraraino eramateko modukoa; gainerakoan, edo plan  
horrekin bizia salbatuko zuen, edo ausardiak ez zion inakzioak baino  
arrisku larriagorik ekarriko.

**59.** Baina arrazoiok ez zuten Plauto mugiarazi, dela, arma gabe eta  
erbesteturik, inolako laguntzarik aurreikusten ez zuelako, dela itxa-  
ropen anbiguoaren gogaitagatik, edo beharbada emazte eta seme-ala-  
benganako maitasunagatik, zeintzuekin printzea gutxiago ankertuko  
zela uste baitzuen, ezein kezkak aztoratzen ez zuela. Badira diotenak  
aitagarrebaren beste mezulari batzuk iritsi zitzaizkiola, ezer lazga-  
rriren mehatxurik ez zegoela iragarritz, eta filosofiako maisuek, Zera-  
no grekoak eta etrusko jatorriko Musoniok, heriotzari irmoki itxarote-  
ra konbentzitu zutela, bizimodu ez-segur eta izutiaren orde. Argi  
dagoena da eguerdi aldera harrapatu zutela, ariketa fisikoei ekiteko  
biluzik. Hala zegoela, zenturioak lepoa moztu zion Pelagon eunukoa-  
ren aurrean, zeina Neronek zenturioiaren eta destakamenduaren buru  
ipinia baitzuen, satelitez inguraturiko erret ministroa bezala. Hilaren  
burua Erromara eramane zuten; hura ikustean, Neronek (printzearen  
hitzak eurak erabiliko ditut) hots egin zuen: «Zergatik, Neron, beldur-  
tu zaitu sudur-handi honek?». Eta beldurretatik libre, Popearekiko  
ezkontza, beldur haiengatik atzeratua, azkartzera jo zuen, eta emazte  
Oktabia urruntzera, zeina, bere bizitza bildu eta guzti ere, jasangaitz  
egiten zitzaion aitaren izenagatik eta herrian zeukan estimuagatik.  
Hala ere, senatura gutuna bidali zuen, Sila eta Plautoren heriotzez ezer  
aitortu gabe, baina biek asmo subertsiboak zeuzkatela, eta bera erre-  
publikaren segurantzaz biziki arduratzen zela. Aitzakia horrekin,

[60] Igitur accepto patrum consulto, postquam cuncta sce-  
rum suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam, ste-  
rilem dictitans; exim Poppaeae coniungitur. Ea diu paelex et  
adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex ministris  
Octaviae impulit servilem ei amorem obicere. Destinaturque  
reus cognomento Eucaerus, natione Alexandrinus, canere  
per tibias doctus. Actae ob id de ancillis quaestiones, et vi  
tormentorum victis quibusdam, ut falsa adnuerent, plures  
perstitere sanctitatem dominae tueri; ex quibus una instanti  
Tigellino castiora esse muliebria Octaviae respondit quam os  
eius. Movetur tamen primo civilis discidii specie domumque  
Burri, praedia Plauti infausta dona accipit; mox in Campa-  
nia[m] pulsa est addita militari custodia. Inde crebri questus  
nec occulti per vulgum, cui minor sapientia [et] ex mediocri-  
tate fortunae pauciora pericula sunt. His \*\*\* tamquam Nero  
paenitentia flagitii coniugem revocarit Octaviam.

[61] Exim laeti Capitolium scandunt deosque tandem vene-  
rantur. Effigies Poppaeae proruunt, Octaviae imagines ges-  
tant umeris, spargunt floribus foroque ac templis statuunt.  
Itur etiam in principis laudes, repetitum [certamen] vene-  
rantium. Iamque et Palatium multitudine et clamoribus com-  
plebant, cum emissi militum globi verberibus et intento ferro  
turbatos disiecere. Mutataque quae per seditionem verte-  
rant, et Poppaeae honos repositus est. Quae semper odio,  
tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret aut Nero  
inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus eius: non eo  
loci res suas agi, ut de matrimonio certet, quamquam id sibi  
vita potius, sed vitam ipsam in extremum adductam a clien-  
telis et servitiis Octaviae, quae plebis sibi nomen indiderint,  
ea in pace ausi, quae vix bello evenirent. Arma illa adversus  
principem sumpta; ducem tantum defuisse, qui motis rebus  
facile reperiretur: omitteret modo Campaniam et in urbem  
ipsa pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur.  
Quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensio-  
nem? an quia veram progeniem penatibus Caesarum datura  
sit? malle populum Romanum tibicinis Aegyptii subolem  
imperatorio fastigio induci? denique, si id rebus conducatur,



esker-emateak eta Sila eta Plauto senatutik kentzea bozkatu ziren, laidoa gaitzak baino larriago bilakatur.

**60.** Horrela, senatarien akordioa hartzean, krimen guztiak egintza bikaintzat hartzen zaizkiola ikusi ondoren, Oktabia arbuiatzen du, antzutasunez salatutik; berehala ezkontzen da Popearekin. Honek, Neronen maitale luzaro, eta maitale zuena gero senar bihurtzeko maneiitzen zuenak, Oktabiaren zerbitzarietarikoa bat hura esklabo batekiko amodioz salatzeri bultzatu zuen. Ezzero deritzona erruztatzen dute, nazioz alexandriarra, flauta jotzen trebea. Horretaz mirabeiei galdetu zitzaion eta, nahiz eta batzuei gezurrezko salaketak torturaz baieztatuz, gehienek tinko defendatu zuten ugazabandarearen portaera akasgabea; haietarikoa batek, Tigelinok estutzean, Oktabiaren sexua haren ahoa baino kastoagoa zela erantzun zion. Behintzat, lehenengotatik, dibortzio normalaren itxuran apartatzen dute, eta Burroren etxea eta Plautoren onibarrak, opari dohakabeak, hartzen ditu. Geroago Kanpaniara zokoratu zuten, zaintza militarrez. Hortik kexa ageriak behin eta berriro sortu ziren herrian, zeinak jakite txikiagoa eta izaera apalagoagatik arrisku gutxiago daraman. Horregatik (\*\*), Neronek bere txarkeriaz damuturik itzularazi balu bezala Oktabia.

**61.** Berehala, herria Kapitoliara igotzen da jainkoei eskerrak ematera; Popearen imajinak apurtzen dituzte, eta Oktabiarenak bizkarrean eramaten, lorez janzen eta Foroan eta tenpluetan ezartzen. Printzearen laudorioak ere egiten dira, benerezio-oihu burrunbatsuekin. Jauregia jendetzaz eta arrabotsez bete zutenean, soldadu aldrak bidali zizkieten, zartailuz eta eskuan burdinaz izuturik sakabanatu zituztenak. Seditzioak irauli zuena aldatu egin zen eta Popea ohorera berrituz gertatu zuten. Hau, beti gorrotoz, eta orduan gainera onetik irtenda, herriaren indarra handiegituko ote zen edo Neronek herriaren sentieragatik iritzia aldatuko ote zuen ikaraz, belaunetan besarkatzen zaio: bere egoera hartaraino iritsia zela ezen jada ez baitzen bizia baino maiteago zuen ezkontzagatik lehiatzen, baizik bizia bera zeukala arriskuan, Oktabiaren klijente eta esklaboen egintzaz, zeintzuek plebe izena hartu baitzuten, gerran ozta gertatuko zenera bakean ausartuz. Arma haiek printzearen aurka hartu zirela; buruzagi bat besterik ez zutela falta izan, matxinada hartan aisa aurkitzekoa bera; aski zela Kanpania utzi eta Hirian bera ager zedin, buru keinu batez, ausente zela, halako iskanbilak eragin zitzaizkion. Bestalde, zein zen bere delitua? Nor eta zertan iraindu zuen

*libens quam coactus acciret dominam, vel consuleret securitati. Iusta ultione et modicis remediis primos motus condisse: at si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos.*

[62] *Varius sermo et ad metum atque iram adcommodatus terruit simul audientem at accendit. Sed parum valebat suspicio in servo, et quaestionibus ancillarum elusa erat. Ergo confessionem alicuius quaeri placet, cui rerum quoque novarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternae necis patrator Anicetus, classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio, quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes adspiciuntur. Igitur accitum eum Caesar operae prioris admonet: solum incolumitati principis adversus insidiantem matrem subvenisse; locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus: fateretur Octaviae adulterium. Occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia et secessus amoenos promittit, vel, si negavisset, necem intentat. Ille, insita vaecordia et facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam iussum erat fingit fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat princeps. Tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exilium toleravit et fato obiit.*

[63] *At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum, et incusatae paulo ante sterilitatis oblitus, abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta edicto memorat insulaque Pandateria Octaviam claudit. Non alia exul visentium oculos maiore misericordia adfecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae; sed illis robur aetatis adfuerat; laeta aliqua viderant et praesentem saevitiam melioris olim fortunae recordatione adlevabant: huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre; tum ancilla domina validior et Poppaea non nisi in perniciem uxoris nupta; postremo crimen omni exitio gravius.*

berak? Zesarren etxeari benetako ondorea emango ziolako ote zen, bada? Erromatar herriak Egiptoko flautajole baten leinua ezarri nahi ote zuen inperioaren tronuan? Azkenik, hori komeni bazen, hobe zuela derrigorrean barik gogoz deitzea andereari, edo haren segurantzaz arduratzea; lehenengo erreboltak zigor zuzenez eta erremedio neurtuz baretu ziren; baina Oktabia Neronen emazte izateko itxaropena galtzen bazuten, haren aldekoek senarra emango ziotela.

**62.** Hitz hegaltzu eta beldur-suminak sortzeko apropos hauek entzulea izutu eta sutu egin zuten. Baina esklabo batekiko susmoak gutxi balio zuen, eta mirabeen itaunketa uste atera zitzaion. Beraz, bera ere asmo subertsiboz salatzen zutenen baten aitorza bilatzea komeni zen. Eta egokiena Anizeto zela pentsatu zuten, amaren hilketaren antolatzailea eta, kontatua dudanez, Misenoko flotaburua, zeinak, krimenaren ondoren, fabore urria gozatzen zuen, gero gorroto bizi bihurtua berau, egingitza gaiztoen ministroek azkenean salatzaile-itxura hartzen baitute. Behintzat, etorrarazi ondoren, Zesarrek haren lehen zerbitzua gogoratzten dio: printzearen segurantzaz arduratzen bakarra izan zen, amaren azpikerien aurrean; grazia ez txikiagoko tokia zeukan zain, etsai zuen emazte hura aldentzen bazuen. Baina kontua ez zen armak hartzea: Oktabiarekin adulterioa burutu zuela aitortu behar zuen. Sariak agintzen dizkio, oraingoz isilpekoak, baina handiak, eta erretiro atsegina; ezetz esango balu, oster, heriotzaz mehatxatzen du. Hark, berezko gaiztoz eta aurreko lotsagarrikeriek ezartzen zioten erraztasunez, agindu zizkietenak baino handiagoak hariltzen ditu, eta printzeak kontseiluan bezala bildutako lagunak aurrean agertzen ditu. Orduan Sardinia-  
ra zokoratzen dute, non erbeste ez pobrea eraman eta berez hil baitzen.

**63.** Neronek, berriz, ediktuan iragartzen du Oktabiak prefektua flota irabazi asmoz galbideratu zuela eta, lehentxoago egozten zion antzutasunaz ahazturik, amodioaren fruituaz gabetu zela, bekatuaren ohar-tun, eta hura dena berak egiaztatu zuela. Eta, hala, Oktabia Pandateria irlan ixten du. Ez zen erbesteraturik izan, ikusleen begietan hark adinako errukirik sortzen zuenik. Batzuk oraindik Tiberiok zokoraturiko Agripinaz oroitzen ziren, eta Klaudiok erbesteraturiko Juliaren gomuta berriagoa zen. Baina hauek adin aurreratuan zeuden, zerbait zorion ezagutua zuten, eta orduko ankerkeria iragan zori hobearen gomutaz bigun zezaketen. Oktabiarentzat, oster, eztei-eguna hileta-egun izan zen, zer negargarriak besterik ikusiko ez zuen etxera eramana bera,

[64] *Ac puella vicesimo aetatis anno inter centuriones et milites, praesagio malorum iam vita[e] exempta, nondum tamen morte adquiescebat. Paucis dehinc interiectis diebus mori iubetur, cum iam viduam se et tantum sororem testaretur communesque Germanicos et postremo Agrippinae nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. Restrigitur vinclis venaeque eius per omnes artus exsolvuntur; et quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, praefervidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior saevitia, quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit. Dona ob haec templis decreta que[m] ad finem memorabimus? quicumque casus temporum illorum nobis vel aliis auctoribus noscent, praesumptum habeant, quotiens fugas et caedes iussit princeps, totiens grates deis actas, quaeque rerum secundarum olim, tum publicae cladis insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si quod senatus consultum adulatione novum aut paenitentia postremum fuit.*

[65] *Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus, Doryphorum quasi adversatum nuptiis Poppaeae, Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detine- ret. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium, sed validius a Seneca eodem crimine percussus est. Unde Pisoni timor, et orta insidiarum in Nero- nem magna moles et improspera.*

aita eta gerotxoago neba pozoiak kendurik; gero ugazabandrea baino ahaltzuago zen neskamea, eta orain Popea, zeinaren ezkontzak emaztearen hondamena besterik ezin baitzuen ekarri; edozein heriotza baino larriagoa zen salaketa hura.

**64.** Eta hala, hogeituroko neskatxa hark, zenturioi eta soldadu artean, gaitzen iragarpenak bizitzatik jada erauzi zuenak, oraindik ez zuen, hala ere, heriotzaren atsedetik aurkitzen. Egun gutxi igarota, hiltzeko agindua ematen zaio, jada bere burua alarguntzat eta printzearen arreba soiltzat aldarrikatzen zuenean, Germanikotarren jatorri komuna eta, noizbait, Agripinaren izena inbokatuz, zeinak, bizi zela, ezkontza noski dohakabea baina heriotza gabea jasan baitzuen. Bilurrez lotu eta lohadar guztietako zainak irekitzen dizkiote, eta odola, izuak gogorturik, astiroegi darionez, bainu irakinaren beroan itotzen dute. Eta beste ankerkeria lazgarriago bat gaineratzen dute: burua, moztua eta Hirira eramana, Popeak ikusi zuen. Noiz arte jarraitu behar dugu honelako-enganatik tenpluentzat dekretaturiko emariak gogoratzen? Gure edo beste autore batzuegandik, garai haietako hondamendiak ezagutzera heltzen diren guztiek eman bezate jakintzat ezen, printzeak zenbat erbeste eta hilketa agindu, hainbestetan jainkoei eskerrak eman zitzaizkiela, eta behinola gertaera dohatsuen seinale izanak orduan suntsipen publikoenak izan zirela. Hala ere, ez dugu isilduko, senatuaren dekreturen batek zurikerian edo goren morroikerian ezer berririk ekarri bazuen.

**65.** Urte berean, Neronek libertorik ahaltzuenak pozoiz hil zituela uste da: Doriforo, Popearekin ezkontzearen aurka egin zuelakoan; Palante, zahartzaro luzean dirutza itzela atxiki zuelako. Romanok Seneka Gaio Pisonen konplizetzat salatu zuen ezkutuan, baina Seneka indartsuagok inputazio berdinez eraitsi zuen. Hortik Pisonen beldurra; eta Neronen aurka konspirazio handia sortu zen, arrakasta gabea.

# *P. CORNELI TACITI ANNALIVM LIBER QVINTVS DECIMVS*

[1] Interea rex Parthorum Vologaeses, cognitis Corbulonis rebus regemque alienigenam Tigranen Armeniae impositum, simul fratre Tiridate pulso spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens, magnitudine rursus Romana et continui foederis reverentia diversas ad curas trahebatur, cunctator ingenio et defectione Hyrcanorum, gentis validae, multisque ex eo bellis inligatus. Atque illum ambiguum novus insuper nuntius contumeliae exstimulat: quippe egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vastaverat, idque primores gentium aegre tolerabant: eo contemptationis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis tot per annos inter mancipia habiti. Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, quod praesidium aut unde peteret rogitans: iam de Armenia concessum, proxima trahi; et nisi defendant Parthi, levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse. Tiridates quoque, regni profugus, per silentium aut modice querendo gravior erat: non enim ignavia magna imperia contineri; virorum armorumque faciendum certamen; id in summa fortuna aequius quod validus, et sua retinere privatae domus, de alienis certare regiam laudem esse.

# ANALAK HAMABOSGARREN LIBURUA

1. Bitartean, partoen errege Vologesesek, Korbulonen balentrien berri, eta arrotz bat, Tigranes, Armeniako tronuan ezarria izan zela jakinik, eta aldi berean artsaziden duintasuna, bere anaia Tiridatesen egozteak iraindua, mendekatu guran, gogoia kontrako sentimendueta-rantz tiraturik ikusten zuen, erromatarren handitasunean eta itun eten-gabe hartan pentsatuz; berez ez zen hain ausarta eta, gainera, hirkano-en herri ahaltsuaren defekzioak eta hartatiko gerra ugariak loturik zego-en. Hartan, zalantza betean zela, beste irain baten berriak astintzen du: Tigranesek, Armeniatik irtenik, adiabenoen herri mugakidea bidelapu-rrera soilak zirela pentsatzeko baino arpilaketa handiago eta luzeagoe-tara behartu zuen, eta herri hartako goren jendeak ozta pairatzen zuen. Halako apalmenean jausi ei ziren, ezen, erromatar buruzagiaren inkur-tsioak ez ezik, hainbeste urtez esklabo artean egondako bahitu baten ausarkeria jasan behar baitzuten. Erremina Monobazok zorrozten zion, zeinaren esku baitzegoen adiabenoen gobernuia, eta zeinak etengabe galdetzen baitzuen zer laguntza eta nondik eska zezakeen: Armeniatik erretiratuak ziren eta gainerakoa kentzen ari zitzaizkien; partook defen-datzen ez bazuten, Erromarekiko morrontza eramangarriago egingo zitzairen errendituz, atxilo jausita baino. Gainera, Tiridates, bere errei-nutik iheslari, are samingarriago zitzaion bere isiltasunez edo kexa neurtuz. Inperio handiek, izan ere, ez zutela jarrera koldarrez irauten; gizonen eta armazko borroka behar zela; agintearen gailurrean dagoe-

[2] Igitur commotus his Vologaeses concilium vocat et proximum sibi Tiridaten constituit atque ita orditur: «hunc ego eodem mecum patre genitum, cum mihi per aetatem summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur (nam Medos Pacorus ante ceperat), videbarque contra vetera fratrum odia et certamin[a] familiae nostrae penates rite composuisse. Prohibent Romani et pacem numquam ipsis prospere lacessitam nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo infitias: aequitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta maioribus malueram. Si cunctatione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis et gloria [in] integro est, addita modestiae fama, quae neque summis mortalium spernenda est et a dis aestimatur.» simul diademate caput Tiridatis evinxit, promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monaesi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxiliis, mandavitque Tigranen Armenia exturba[re], dum ipse positus adversus Hyrcanos discordiis vires intimas molemque belli ciet, provinciis Romanis minitans.

[3] Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit, occulto praecepto, compositius cuncta quam festinantius agerent. Quippe bellum habere quam gerere malebat, scripseratque Caesari proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Syriam ingruente Vologaese acriore in discrimine esse. Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat, tumultuariam provincialium manum armat, hostiles ingressus praesidiis intercipit. Et quia egena aquarum regio est, castella fontibus imposita; quosdam rivos congestu harenae abdidit.

[4] Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur, acto raptim agmine Mon[a]seses, ut famam sui praeiret, non ideo necium aut incautum Tigranen offendit. Occupaverat Tigrano certam, urbem copia defensorum et magnitudine moenium validam. Ad hoc Nicephorius amnis haud spernenda latitudine partem murorum ambit, et ducta ingens fossa, qua fluvio



nean, zuzenena indartsuena izaten dela, eta daukanari eustea hiritar soilen etxeari dagokiona; erregeen aintza, ostera, inorena denagatiko borrokan datzala.

**2.** Hala, horrelako arrazoiek eraginik, Vologeses, kontseilua batu eta Tiridates bere ondoan harturik, honela hasten da: «Gizon honi, aita beragandik sortua dudan honi, adinagatik goren kargura bidean nire aurrean amore eman behar izan zuelarik, Armeniaren jabetza eman nion, agintearen hirugarren mailatzat dagoena bera, aurretik Pakoro medoen buru egin baitzen. Eta, gorroto zaharren eta anaia arteko borroken aurka jokatzuz, gure etxeko penateak behar bezala baretu nituela uste nuen. Erromatarrek eragozten didate, eta bakea euren onerako inoiz mindu ez zutenek orain euren hondamenerako apurtzen dute. Ez dut ukatuko: nahiago nukeen arbasoen ondarea odolez baino zuzentasunez, armaz baino eskubidez jagon. Zalantzagatik oker egin badut, kemenez partuko dut. Zuen indarra eta aintza, behintzat, osorik daude eta, gainera, baduzue moderazio ospea, hilkorrik gorenek ere arbuiatu behar ez dutena eta jainkoek estimatzen dutena». Horrekin, Tiridatesen burua diademaz estali zuen, eta prest ipini zaldizkoen destakamendua, ohituraren arabera, erregeei laguntzen diena Moneses noblearen agindupean, tropa laguntzaile adiabenoak gehituz. Gero Tigranes Armeniatik jaurtitzeko agindua eman zion, berak, hirkanoekiko liskarretatik libratutik, erreinu barruan gerrarako armada ahaltsua jasotzen eta erromatar probintziak mehatxatzen zituen bitartean.

**3.** Korbulonek, zenbait berriren bitartez hori jakinik, Verulano Severo eta Vetio Bolano buru zituzten bi legio bidaltzen ditu Tigranesi laguntzera, denean azkar baino zuhurrago joka zezaten agindu ezkutzuz. Izan ere, nahiago zuen gerra eduki egin baino, eta Zesarri idatzia zion Armenia defendatuko zuen buruzagi propio bat behar zuela, eta Siria, Vologesek erasorik, egoera estuagoan zegoela. Bitartean, gainerako legioak Eufratesen ertz aurrean jartzen ditu, probintzialen bat-bateko tropa armatzen, eta etsaiaren sarbideak destakamenduekin moztzen. Eta lurraldea urez urria baita, iturrien ondoan posizio gotortuak ezartzen ditu; iturburu batzuk hondarra gainean pilaturik itsutzen ditu.

**4.** Korbulon Siria defendatzeko prestakizun hauetan zebilen bitartean, Monesesek, bere berri emango zuten albisteei aurrea harturik, horregatik ezjakinean eta ez-arretan ez zegoen Tigranesi eraso zion. Triganozerta okupatua zuen, hiri indartsua defendatzaileen kopuruz eta gotor-

*diffidebatur. Inerantque milites et provisi ante commeatus, quorum subvectu pauci avidius progressi et repentinis hostibus circumventi ira magis quam metu ceteros accenderant. Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla comminus audacia: raris sagittis neque clausos exterret et semet frustratur. Adiabeni cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox erumpentibus nostris caeduntur.*

*[5] Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis, moderandum fortunae ratus misit ad Vologaesen, qui expostularent vim provinciae inlatam: socium amicumque regem, cohortes Romanas circumsederi. Omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum. Casperius centurio in eam leg[at]ionem delectus apud oppidum Nisibin, septem et triginta milibus passuum a Tigranocerta distantem, adit regem et mandata ferociter edidit. Vologaesi vetus et penitus infixum erat arma romana vitandi, nec praesentia prospere fluebant. Inritum obsidium, tutus manu et copiis Tigranes, fugati qui expugnationem sumpserant, missae in Armeniam legiones, et alia pro Syria paratae ultro inrumpere; sibi imbecillum equitem pabuli inopia; nam exorta vi locustarum aberat quicquid herbidum aut frondosum. Igitur metu abstruso mitiora obtendens, missurum ad imperatorem Romanum legatos super petenda Armenia et firmanda pace respondet; Mon[a]lesen omittere Tigranocertam iubet, ipse retro concedit.*

*[6] Haec plures ut formidine regis et Corbulonis minis patrata ac magnifica extollebat. Alii occulte pepigisse interpretabantur, ut omisso utrimque bello et abeunte Vologaese Tigranes quoque Armenia abscederet. Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum? cur deserta per otium quae bello defenderant? an melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis, quam in sede regni modo retenti? dilata prorsus arma, ut Vologaeses cum alio quam cum Corbulone certaret, Corbulo merita tot per annos gloriae non ultra periculum faceret. Nam, ut rettuli, proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Caesen-*

lekuen sendoz. Gainera, zabalera ez txikiko Nizeforio ibaiak harresien zati bat inguratzen du, eta ibaia desfidagarri zen unea, hobi eskerga bat zulatu zuten. Hirian baziren aurretik eramaniko soldaduak eta hornidurak; hauen garraioan, banaka batzuek, ausartegi aurreraturik eta etsaiak inguratuz, besteengan beldurra barik amorrua piztu zuten. Baina partoak, setioetan, hurretik borrokatzen ez dira batere ausartzen: lantzean azkon bat jaurtiz, setiatuak ez dituzte izutzen eta bai euren buruak engainatzen. Adiabenoak zurubiak eta makinak hurreratzen hasi zirenean, aisa atzeratuak izan ziren, eta gutarren abialdi batek las-ter sarraskitzen ditu.

5. Baina Korbulonek, gauzak ondo irtenik ere, zorte ona neurritz hartzea pentsaturik, Vologesesi mezulariak bidali zizkion, probintziari zergatik eraso zion azalpen eske: errege aliatu eta adiskide batek, erromatar kohortek setioa jasaten dute; hobe zuela setioa jaso, bestela berak ezarriko baitzituen kuartelak etsaiaren lurrean. Ordezkaritza hartarako hautaturiko Kasperio zenturioiak, Nisibe gotor-hirian, Triganozertatik hogeita hamazazpi miliara dagoen hartan, erregearengana aurkeztu eta mezua lazki ematen dio. Vologesek aspalditik hartua zeukan erromatarrekiko borrokak ekiditeko erabaki irmoa, eta arrakastan ere ez zebilen, gainera: setioa alferrekoa zen, Tigranes tropaz eta horniduraz ondo babesturik zegoen, asaltoan saiatu zirenek ihesari eman zioten, Armeniara legioak bidali zituzten, eta Siriako muga erasorako prest zeuden; haren zaldieria makala zen eta larre faltan zebilen, oti izurriak ingurua belar ez hosto gabe utzi baitzuen. Eta, hala, beldurra disimulatuz eta jarrera bigunagoz, erromatarren enperadoreari ordezkariak bidaliko dizkiola erantzuten du, Armenia eskatzeko eta bakea sendotzen saiatzeko. Monesesi Triganozerta uzteko agintzen dio, eta berak era atzera egiten du.

6. Gehienek hori dena erregearen beldurraren eta Korbulonen mehatxuen ondorioztat jotzen eta zer bikaintzat goraltzen zuten; beste batzuek itun ezkutua egin zela uste zuten, bi aldeek etsaigoa buka zedin eta, Vologesek erretiratzean, Tigranek ere Armenia utz zezan. Zeren zergatik itzularazi zuten erromatar armada Triganozertatik? Zergatik bakez uzten zuten gerraz irabazia? Kapadoziaren muturrean, arrapaladan jasotako etxoetan, negu hobia igaro ote zuten, segurtatu berri zegoen erreinuko hiriburuan baino? Soil-soilik, gerra atzeratu ei zen, Vologesek Korbulonez beste bati jarki zekion, eta Korbulonek hainbes-

*nus Paetus audiebatur. Iamque aderat, copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones addita quinta, quae recens e Moesis excita erat, simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto oboedirent, tertia et sexta et decima legiones priorque Syriae miles apud Corbulonem manerent; cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. Sed neque Corbulo aemuli patiens, et Paetus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despiciebat gesta, nihil caedis aut praedae, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes dictitans: se tributa ac leges et pro umbra regis Romanum ius vicis impositurum.*

*[7] Sub idem tempus legati Vologaesis, quos ad principem missos memoravi, revertere inriti bellumque propalam sumpsum a Parthis. Nec Paetus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartum Funisulanus Vettonianus eo in tempore, duodecimam Calavius Sabinus regebant, Armeniam intrat tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte tramittebant, nulla palam causa turbatus equus, qui consularia insignia gestabat, retro evasit; hostiaque, quae muniebantur hibernaculis adsistens, semifacta opera fuga perrupit seque vallo extulit; et pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia [Parthus] hostis missilibus telis decertat.*

*[8] Ceterum Paetus spretis ominibus, necdum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariae provisu, rapit exercitum trans montem Taurum recipiendis, ut ferebat, Tigranocertis vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. Et capta quaedam castella, gloriaeque et praedae nonnihil partum, si aut gloriam cum modo aut praedam cum cura habuisset: longinquis itineribus percursando quae obtineri nequibant, corrupto qui captus erat commeatu et instante iam hieme, reduxit exercitum composuitque ad Caesarem litteras quasi confecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.*

*[9] Interim Corbulo numquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit; et ne ponti iniciendo impedimentum hostiles turmae adferrent (iam enim subiectis magna*

te urtetan irabazitako aintza arrisku gehiagotan jar ez zezan. Esana baitut, izan ere, Armenia defendatzeko buruzagi berezi bat eskatua zuela, eta Zesennio Peto iritsiko ei zen. Berehala iritsi zen, eta tropak hala banatu ziren, non IV. eta XII. legioak, gehi Mesiatik berriki ekarritako V.a, baita Ponto, Galazia eta Kapadoziako tropa laguntzaileak ere, Peto-ren agindupean geratzen baitziren; III., VI. eta X. legioak eta Siriako lehengo armada, Korbulonen agindupean, eta gainerakoa komun erabilerako eta banatuko zuten, premien arabera. Baina Korbulonek ezin zuen lehiakiderik jasan, eta Petok, berriz, bigarrena izatea aski aintza zuela pentsatu behar zukeenak, haren balentriak arbuiatzen zituen, ez ei baitzuen sarraskirik burutu, ez harrapakirik lortu, eta Korbulonek izenez bakarrik konkistatu ei baitzituen hiriak: menperatuei berak ezarriko zizkien zergak eta legeak eta erromatar zuzenbidea, errege-geriza haren ordeztu.

7. Aldi berean, Vologesek printzeari bidali zizkiola esana dudana mandatariak esku hutsik itzuli ziren, eta partook gerra agerian hasi ziren. Petok ez zion borrokari albo egin, aitzitik, orduan IV.a Funisulanoren eta XII.a Calavio Sabinoren agindupean ziren bi legiorenkin, Armenian sartzen da seinale txarrez. Izan ere, zubi batek gurutzatzen zuen Eufrates zeharkatzean, kontsul-banderak zeramatzan zaldiak, inolako arrazoi gabe izuturik, eurt eta ihes egin zuen; gainera, eraikitzen ari ziren negu-kuarteleko gotorlekuaren kontrara jarritako biktima batek obra erdi eginean zehar oldartu eta barrutitik alde egin zuen; eta troparen azkonei sua zerien, mirari nabarmenagoa berau, partook arma jaurtigarriz borrokatzen baitira.

8. Petok, hala ere, seinaleak arbuiatuz, neguko kanpamendua ganoraz gotortu gabe, ale hornidurarik bat ere gabe, armada abiada osoan darabina Tauro mendiaren beste aldera, Triganozerta berreskuratzera, berak zioenez, eta Korbulonek ukitu gabe utzitako lurraldeak suntsitzera. Gotorleku batzuk harrapatu zituen, eta ez zuen aintza eta harrapaki makala lortuko, aintzan neurritz eta harrapakian kontuz ibili balitz. Ibi-laldi luzeetan, eusterik ez zegoen lurraldeak korritu ondoren, hartutako hornidurak hondaturik eta negua gainean zela, armadarekin itzuli eta Zesarri gerra amaitua zuela idatzi zion, hitz bikainez, izatetik hutsez.

9. Bitartean, Korbulonek inoiz bertan behera utzi gabeko Eufrates ertza destakamendu ugariz babestu zuen; eta zaldizko aldra etsaiek zubigintza eragotz ez zezaten (inguruko lautadetan arranditsu lasterka

*specie volitabant), naves magnitudine praestantes et conexas trabibus ac turribus auctas agit per amnem catapultisque et balistis proturbat barbaros, in quo[s] saxa et hastae longius permeabant, quam ut contrario sagittarum iactu adaequarentur. Dein pons continuatus collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur, tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi omisso paratu invadendae Syriae spem omnem in Armeniam verterent, ubi Paetus imminentium nescius quintam legionem procul in Ponto habebat, reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat, donec adventare Vologaesen magno et infenso agmine auditum.*

*[10] Accitit legio duodecima, et unde famam aucti exercitus speraverat, prodita infrequentia. Qua tamen retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis aut in alienis consiliis constantia fuisset: verum ubi a viris militari-bus adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienae sententiae indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat. Et tunc relictis hibernis non fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data clamitans, duxit legiones quasi proelio certaturus. Deinde amisso centurione et paucis militibus, quos visendis hostium copiis praemisera, trepidus remeavit. Et quia minus acriter Vologaeses institerat, vana rursus fiducia tria milia delicti peditis proximo Tauri iugo imposuit, quo transitum regis arcerent; alares quoque Panonios, robur equitatus, in parte campi locat. Coniux ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in praesidium cohorte ac disperso milite, qui in uno habitus vagum hostem promptius sustentavisset aegre compulsus ferunt, ut instantem Corbuloni fateretur. Nec a Corbulone properatum, quo gliscentibus periculis etiam subsidii laus augetur. Expediri tamen itineri singula milia ex tribus legionibus et alarios octingentos, parem numerum e cohortibus iussit.*

*[11] At Vologaeses, quamvis obsessa a Paeto itinera hinc peditatu inde equite accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum centurione Tarquitio Crescente turrim, in qua praesidium*

ari baitziren), ibaian zehar tamaina izugarriko untziak joanarazten ditu, habeekin bat eginik eta dorreekin handiturik, eta katapultaz eta balez-taz barbaroak desegiten ditu; hauei harriak eta pikak urrundik jausten zitzaizkien, azkon-jaurtika erantzuna berdintzeko. Jarraian, zubiari ekin eta beste aldeko muinoak aliatuen kohorteeekin eta gero legioak kanpamenduekin okupatzen dituzte, hain azkartasun eta indar erakutsi handian, ezen partook, Siria inbaditzeko prestakizunak bertan behera utzirik, itxaropen guztia Armeniara bihurtu baitzuten, non Petok, zer zetorkion ezjakinean, V. legioa urrun baitzeukan Ponton eta besteak makalduak, tropari lizentziak edonola emanik, harik eta Vologeses armada handiz eta gerrako zetorrela entzun arte.

**10.** XII. legioa etorrazten du eta, armada indartu egin zela pentsara-ziko zuela uste zuen lekuan, gabeziak bistaratu ziren. Hala ere, kanpa-menduari eustea eta partook saihestea izan zitekeen, Peto bere edo ino-ren xedeetan sendoa izan balitz; baina militar profesionalek gainera zetorkionaren aurrean animatu zutenean, berriro, inoren iritziaren pre-mian zegoela ez ematearren, kontrako erabaki okerragoetara jotzen zuen. Eta orduan neguko kuartela utzi eta, etsaiari aurre egiteko, hobiak eta oholesiak barik, gorputzak eta armak eman zitzaizkiola hots eginez, legioak borroka aurkeztera bezala gidatu zituen. Gero, etsaien kontin-genteak ispiatzera aurretik bidalitako zenturioia eta soldadu banaka bat galdu zituenean, beldurtu eta atzera egin zuen. Eta Vologesesez zorro-tzegi zelatatu ez zuenez gero, berriz ere konfiantza funsgabea hartu eta hiru mila oinezko hautatu Tauroko gailur hurbilean kokatu zituen, erre-gearen iragaitza mozteko; eskuadroi panoniarrek ere, zaldieriako one-nak, lautadaren zati batean ezartzen ditu. Emaztea eta semea Arsamo-sata izeneko gotorlekuan ezkutatu eta kohorte bat jarri zien zaintzaile, denek batera etsai deslai hari bizkorrago aurre egingo zieten soldaduak sakabanatuz. Eta Korbuloni nekez aitorrarazi ei zioten nolako esturan aurkitzen zen. Korbulon bera ere ez zen presatu, arriskuak areagoturik, laguntza emateak ekarriko zion aintza ere handi zedin. Hala ere, legio bakoitzeko mila soldadu eta zaldieriako zortziehun eta kohorteetako beste hainbeste presta zitezela agindu zuen.

**11.** Baina Vologesesez, iragaitzak alde batetik oinezkoz, bestetik zal-dizkoz, Petok harturik zeudela jakin arren, planik ez zuen ezertan alda-tu, aitzitik, indarrez eta mehatxuz, zaldieria izutu eta legionarioak zan-patu zituen; Tarkinio Creszente zenturioia bakarrik ausartu zen bera

*agitabat, defendere auso factaque saepius eruptione et caesis, qui barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium iactu circumveniretur. Peditum si quis integer, longinqua et avia, vulnerati castra repetivere, virtutem regis, saevitiam et copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Ne dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiae munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus, veniret propere, signa et aquilas et nomen reliquum infelicitis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos.*

*[12] Ille interritus et parte copiarum apud Syriam relictis, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur, qua proximum et comitatibus non egenum, regionem Commagenam, exim Cappadociam, inde Armenios petivit. Comitabantur exercitum praeter alia sueta bello magna vis camelorum onusta frumenti, ut simul hostem famemque depelleret. Primum e percussis Paccium primi pili centurionem obvium habuit, dein plerosque militum; quos diversas fugae causas obtinentes redire ad signa et clementiam Paeti experiri monebat: se nisi victoribus imitem esse. Simul suas legiones adire, hortari; priorum admonere, novam gloriam ostendere. Non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana duasque in iis legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus praecipua servati civis corona imperatoria manu tribueretur, quod illud et quantum decus, ubi par eorum numerus aspiceretur, qui adtulissent salutem et qui acceperant! his atque talibus in commune alacres (et erant quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent) continuum diu noctuque iter properabant.*

*[13] Eoque intentius Vologaeses premere obsessos, modo vallum legionum, modo castellum, quo imbellis aetas defendebatur, adpugnare, propius incedens quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in proelium eliceret. At illi vix contuberniis extracti, nec aliud quam munimenta propugnabant, pars iussu ducis, et alii propria ignavia aut Corbulonem opperientes, ac vis [si] ingrueret, provisis exemplis Caudinae*



jagole zegoen dorrea defendatzen, lantzean irtenaldi batean, gehien hurreratu ziren barbaroak akabatuz, su-jaurtiketak inguratu zuen arte. Salbatzea lortu zuten oinezkoak leku urrun et galduetara aldendu ziren, eta zaurituak kanpamendura itzuli, erregearen kemena, herri haren ankerkeria eta tamaina, dena handietsiz, eta besteek aisa sinetsiz, beldur berdinen jabe. Buruzagiak berak ere ez zion ezbeharrari aurre egin, baizik, miliziako eginkizun orori huts eginik, Korbuloni behin eta berriz erreguak bidali zizkion, agudo etor eta banderak, arranoak eta armada dohakabetik gelditzen zena salba zezan; bitartean, eurek zinari biziak ziraueno eutsiko ei zioten.

**12.** Korbulon, lasai-lasai eta tropen zati bat Eufratesen ezarritako gotorlekuei eusteko utzirik, biderik laburrenetik eta hornidura faltarik ez zenetik abiatu zen Komagena aldera, handik Kapadoziara eta gero Armeniara. Gerrako ohiko jeneroez gainera, aiez zamaturiko gamelu saldo handia zihoan armadarekin, aldi berean etsaiari eta goseari kontra egiteko. Bidean aurkitu zuen aurreneko galtzailea Pakzio izan zen, lehen mailako zenturioia; gero iheserako zenbait arrazoi ematen zuten soldadu asko, zeintzuei banderen ondora itzultzeko eta Petoren klementzia probatzeko aholkatzen zien: bera zorrotza ei zen, garaileekin ez bazen. Aldi berean, bere legioei hitz egin eta harengatzen zituen, iragan balentriak gogoratuz eta beste aintzabide bat erakutsiz: ahalegin haren saria, armeniar auzuneak eta hiriak barik, erromatar kanpamenduak eta bertako bi legioak ziren. Edozein soldadurentzat, hiritar bat salbatzearen, jeneralak eskuraturiko koroa saririk gorena bazen, zer ohore neurrigabe ez zitzaien egokituko, bizi-emaeen eta bizi-hartzaielen kopurua berdina zela ikus zedinean? Honelako eta antzeko hitzekin elkar beroturik (eta baziren norbere anaien edo ahaideen arriskua- ren kinadak xaxatzen zituenak ere), ibilera gau eta egun eten gabe azkartzen zuten.

**13.** Horregatik, Vologesesez setiatuak indar handiagoz estutzen zituen; bai legioen oholesia, bai borrokarako gai ez ziren adinekoak babesturik zeuden gaztelua asaltatu nahi zituen; partook ohi dutena baino gehiago hurbiltzen ziren, etsaia erakarri guran hala arriskatuz. Eurek, oster, dendetatik kanpora ozta ateraraziek, gotorlekuak besterik ez zuten defendatzen, batzuek buruzagiaren aginduz, beste batzuek euren koldarrez edo Korbulonen zain, eta eraso handiagoa izatekotan, Kaudion edo Numantzian errenditu zirenen etsenpluei jarraitzeko gertu; izan ere,

*Numantinaeque [pacis; neque] eandem vim Samnitibus, Italico populo, aut [Hispanis quam] Parthis, Romani imperii aemulis. Validam quoque et laudatam antiquitatem, quotiens fortuna contra daret, saluti consuluisse. Qua desperatione exercitus dux subactus primas tamen litteras ad Vologaesen non supplices, sed in modum querentis composuit, quod pro Armeniis semper Romanae dicionis aut subiectis re[g]i, quem imperator delegisset, hostilia faceret: pacem ex aequo utilem. Ne praesentia tantum spectaret: ipsum adversus duas legiones totis regni viribus advenisse; at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuarent.*

*[14] Ad eo Vologaeses nihil pro causa, sed opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit; illum locum tempusque consilio destinatum, quid de Armenia cernerent; adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis statuerent. Missi posthac Paeto nuntii et regis conloquium petitum, qui Vasacen praefectum equitatus ire iussit. Tum Paetus Lucullos, Pompeios et si qua C[a]esa[res] obtinendae donandaeve Armeniae egerant, Vasaces imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos memorat. Et multum in vicem disceptato, Monobazus Adiabenus in diem posterum testis iis quae pepigissent adhibetur. Placuitque liberari obsidio legiones et decedere omnem militem finibus Armeniorum castellaque et commeatus Parthis tradi, quibus perpetratis copia Vologaesi fieret mittendi ad Neronem legatos.*

*[15] Interim flumini Arsaniae (is castra praefluebat) pontem imposuit, specie sibi illud iter expedientis, sed Parthi quasi documentum victoriae iusserant; namque iis usui fuit, nostri per diversum iere. Addidit rumor sub iugum missas legiones et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. Namque et munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet, et circumstetere vias, captiva olim mancipia aut iumenta adgnoscentes abstrahentesque; raptae etiam vestes, retenta arma, pavido milite et cedente, ne qua proelii causa existeret. Vologaeses armis et*

sammitak, italiar herria, ez ei ziren partoak, erromatar inperioaren etsaiak bezain indartsuak; antzinatasun kementsu eta goraipatu hark, zoria kontra zetorkien guztian, bizia salbatzera jo ei zuen. Armadaren etsipen horrek behaturik, buruzagiak Vologesesi lehen gutuna idatzi zion, ez erreguz, kexaz baizik, beti erromatarren agindupean edo enperadoreak hautaturiko erregearen menpean egonak ziren armeniarren alde gerran zebilelako; bakea bientzat ongarri izango ei zen; orainari bakarrik ez begiratzeko; bere erreinuko indar guztiekin etorri zela legio biren aurka, baina erromatarrei lurbira osoa gelditzen zitzaiera gerran laguntzeko.

**14.** Vologesesek, auziaz ezer aipatu beharrean, bere anaia Pakoro eta Tiridatesi itxaron behar ziela erantzun zion; leku eta une huraxe hautatu zituztela, Armeniagaz zer egin erabakitzeko, eta aldi berean, jainkoek artsaziden duin zen zerbait eman ziela: erromatarren legioez ere erabaki ahal izatea. Orduan Petok mezulariak bidali zituen, erregearekin elkarrizketa eskatuz, zeinak Vasazes zaldierriako prefektuari joateko agindu zion. Petok Lukulotarrak eta Ponpeiotarrak gogoratzen dizkio, eta Zesarrek Armenia irabazteko eta emateko zenbat egin zuten; eta Vasazesek gogoratzen dio atxikitzeko edo oparitzeko itxura gure gain zegoela, baina indarra partoen gain. Eta bien arteko eztabaida askoren ondoren, biharamunean Monobazo adiabenoa etorrazazi zuten, ituntzen zutenaren lekuko. Legioak setiotik askatzea adostu zuten, eta soldadu guztiak Armeniako mugetatik erretiratzea, eta gotorlekuak eta hornidurak partoei entregatzea. Hori egindakoan, Neroni ordezkariak bidaltzeko modua egingo zitzaion Vologesesi.

**15.** Bitartean, Petok zubia egin zuen kanpamendu ondotik zihohan ibaiaren gainean, handik erretira prestatzeko plantan, baina, izatez, partoei eginarazi zioten, euren garaipenaren lekuko gisan; izan ere, euren erabili zuten, gutarrak kontrako bidetik joanez. Bazen zurrumurrua legioak uztarripetik pasarazi zituztela ere, eta beste zenbait lotsari, gure hondamen oroigarri, zeintzuen itxura handitzen armeniarrek saiatu ziren. Izan ere, gotorlekuetan erromatar zutabea irten aurretik sartu ez ezik, bidean zehar lerrotu ziren, lehenago harrapatu genizkien esklaboak edo zaldiak identifikatu eta kentzeko; baita soinekoak erauzi eta armak atxiki ere, beldurrez dardar zeuden eta, borrokabiderik ez ematearren, amore ematen zuten soldaduei. Vologesesek, hilen armak eta gorpuak pilatu ondoren, ez zuen legioen ihesa ikusi nahi izan: modera-

*corporibus caesorum aggeratis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit: fama moderationis quaerebatur, postquam superbiam expleverat. Flumen Arsaniam elephanto insidens, proximus quisque regem vi equorum perrupere, quia rumor inceserat pontem cessurum oneri dolo fabricantium; sed qui ingredi ausi sunt, validum et fidum intellexere.*

*[16] Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem inicerent, contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relictuos oppugnationem, neque se plus tridui itinere afuisse. Adicit iure iurando Paeti cautum apud signa, adstantibus iis, quos testificando rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret. Quae ut augendae infamiae composita, sic reliqua non in obscuro habentur, una die quadraginta milium spatium emensum esse Paetum, desertis passim sauciis, neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obviis non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret: maestis manipuli ac vicem commilitonum miserantes ne lacrimis quidem temperare; vix prae fletu usurpata consalutatio. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriae, felicitum hominum adfectus: sola misericordia valebat, et apud minores magis.*

*[17] Ducum inter se brevis sermo secutus est, hoc conquerente inritum laborem, potuisse bellum fuga Parthorum finire; ille integra utrique cuncta respondit: converterent aquilas et iuncti invaderent Armeniam abscessu Vologaesis infirmatam. Non ea imperatoris habere mandata Corbulo: periculo legionum commotum e provincia egressum; quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes confectus spatiis itinerum alacrem et facilitate camporum praevenientem equitem adsequeretur. Exim Paetus per Cappadociam hibernavit. At Vologaesi ad Corbulonem missi nuntii, detraheret*

zio-fama bilatzen baitzuen, bere harrokeria mukurutu ondoren. Arsarnias ibaia elefante gainean gurutzatu zuen, eta erregearri hurretik jarraitzen ziotenek zaldiz egin zuten, zurrumurrua zabaldu baitzen zubiak pisuari amore emango ziola, egileen amarruz; baina bertatik ausartu zirenek gogor eta segur aurkitu zuten.

ko destakamendu asko zeuden, Neronek berak hautatu eta Kaspiar Ateetara eta albaniarren aurka prestatzen ari zen gerrara aurretik bidaliak izanik, Vindizeren saioa iraungitzera itzularazi zituenak: erreboltarako material amaigabea, nahiz eta inor zehatzaren aldeko babesik gabe, ekimena hartzen zuenaren zain.

7. Hain zuzen, Klodio Makro eta Fonteio Kapitonon hilketak iragaritzea gertatu zen. Makro, nahasle ari zenean, noski, Trebonio Garuziano prokuradoreak Afrikan hil zuen, Galbaren aginduz. Kapiton, antzeko ahaleginean zebilela, Germanian hil zuten Kornelio Akino eta Fabio Valente legio-legatuek, agindurik hartu aurretik. Baziren uste zutenak Kapiton, higuingarria eta diru-gose eta irritsek orbandua izan arren, egoeraren aldakuntza-asmotik abstenitu zela, baina krimena beste gabe bilbatu zutela hura gerrara xaxatu nahi baina hartaratu ezin izan zuten legatuek, eta Galbak, jenio aldakorragatik edo sakonago azter ez zedin, haiek nolanahi jokaturik ere, zuzentzerik ez zegoenez, onetsi izango zuela. Behintzat, heriotza bata zein bestea okerrera hartuak izan ziren, eta printze lehendik ere gorrotatuari ondo zein gaizki eginak ezinikusi berdina ekartzen zion. Dena zen salgarri: liberto prepotenteak, esklabo-aldrak, ustekaberako irrikatsu eta agureagatik presati bezala; gortean gaitz berdinak, berdin larriak, ez berdin barkagarriak. Galbaren adina bera ere iseka eta muzinbide zen Neronen gattetasunera ohiturik zeudenentzat, eta enperadoreak, herri xeheak ohi duenez, gorputzaren edertasun eta tiragatik konparatzen ohituak zirenentzat.

8. Eta Erroman horixe zen, noski, gogoen jarrera, hain jendetza handian itxarotekoa zenez. Probintzietan, Hispaniako buru Kluvio Rufo zegoen, gizon etorritsua eta bakegilea, baina gerretan esperientzia gabea. Galiak, Vindizeren gomutaz gainera, behartuak zeuden, erro-matar hiritargo berriki emana eta etorkizunerako zergaren gutxitzea zirela bide. Germaniar armadetatik hurren zeuden Galietako hiriak, oster, ez zituzten begirune berdinez tratatzen; batzuek, gainera, lurraldeak galdurik, inoren onak eta eurekiko bidegabekeriak erremin berdinez neurtzen zituzten. Germaniako armadak (oso zer arriskutsua hain indar handietan) aztoraturik eta haserre zeuden, berriki izaniko garaipenaren harrotasunez eta beldurrez, kontrako aldea babestu balute bezala. Neronengandik berandu apartatu ziren, eta Verginio ere ez zen Galbaren alde berehala jarri. Agindu nahi izan ote zuen dudan,

*etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat abducto Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse tamquam suum crimen accipiebant.*

*[9] Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate: ne quieto quidem milite regimen; adeo furentes infirmitate retinentis ultro accendebantur. Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat, censoris Vitellii ac ter consulis filius: id satis videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum. Non sane aliae legiones per omnis civilium bellorum motus innocentius egerunt, seu quia procul et Oceano divisae, seu crebris expeditionibus doctae hostem potius odisse. Quies et Illyrico, quamquam excita a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent: sed longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est ad con tinendam militarem fidem, nec vitiis nec viribus miscebantur.*

*[10] Oriens adhuc immotus. Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque iuxta famosus. Insignis amicitias iuvenis ambitiose coluerat; mox attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae sepositus tam prope ab exule fuit quam postea a principe. Luxuria industria, comitate adrogantia, malis bonisque artibus mixtus: nimiae voluptates, cum vacaret; quotiens expedierat, magnae virtutes: palam laudares, secreta male audiebant: sed apud subiectos, apud proximos, apud collegas variis inlecebris potens, et cui expeditius fuerit tradere imperium quam obtinere. Bellum Iudaicum Flavius Vespasianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus administrabat. Nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus: quippe Titum filium ad venerationem cultumque eius miserat, ut suo loco memorabimus. Occulta fati et ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisque eius imperium post fortunam credidimus.*

armadak agintea eskaini ziola uste zen. Fonteio Kapitonen heriotzaz, kexatzerik ez zeukatenak ere amorraturik zebiltzan. Buruzagia falta zuten, Verginio adiskidetasun-aitzakiaz aldendu zenetik. Itzulia edo, areago, erruztatua ez zena eurenganako salaketatzat hartzen zuten.

**9.** Germania Garaiko armadak Hordeonio Flako arbuio zuen, zahartzaroak eta oinetako gaitzak makaldua, irmotasun gabe, autoritate gabe; armada barean ere gobernu gabe, areago, sumindurik, gainera eurei eusten saiatzen zenaren ahultasunaz haserretzen ziren. Germania Behereko legioak kontsular gabe egon ziren luzaro, harik eta, Galbak bidalirik, Aulio Vitelio heldu arte, Vitelio zentsore eta hirutan kontsularen semea. Horrek nahikoa zirudien. Britaniar armadan, inolako istilurik ere ez. Beste legioak ez ziren, noski, otzanago portatu gerra zibiletako zenbait mugidatan, dela urrun eta ozeanoak bakarturik zeudelako, dela, kanpaina ugari bide, areago etsaia gorrotatzen ikasiak zirelako. Ilirikon ere lasaitasuna zegoen, nahiz eta Neronek deituriko legioak, Italian gelditu bitartean, Verginiorengana jo zuten ordezkari bidez. Baina armadak, distantzia handiek bananduak, hori oso osasungarria baita soldaduen leialtasunari eusteko, ez ziren ez bizioekin ez indarrekin nahasten.

**10.** Ekialdea artean geldi zegoen. Siriaren eta lau legioen agintea Lizinio Muzianok zeukan, zer onerako zein txarrerakoengatik berdin ospetsua bera. Gaztetan, gora-nahian, adiskidetasun gailenak landu zituen; gero, ondasunak xahaturik, egoera labainean, Klaudio-ren herra ere susmo zuela, Asiako zoko batera bazterturik, erbesteuraturik bezain gero printzetik hur egon zen. Finez eta nagiz, harroz eta adeiberaz, arte onez eta txarrez osatua zen; atseginkeria gehiegizkoak, aisian bazegoen; kanpainara abiatzen zenean, bertute handiak; agerian laudagarri zenuen, ezkutuan entzute txarra zizun, baina menpekoen, ingurukoen, lankideen artean nor eta tira handiko, eta boterea hartzea baino entregatzea errazago izan zuena. Judeako gerra Flavio Vespasianok gidatzen zuen (Neronek izendatu zuen buruzagi) hiru legiorekin. Eta Vespasianok ez zeukan Galbarenganako nahitasunik edo herrarik; areago, Tito semea bidali zion bere gurra eta omena eramatera, bere tokian gogoratuko dugunez. Patuaren sekretuak, eta agintea mirari eta orakulu bidez Vespasiano eta semeentzat predestinaturik egotea, bere garaipenaren ondoren sine-tsi izan ditugu.

[11] Aegyptum copiasque, quibus coereretur, iam inde a divo Augusto equites Romani obtinent loco regum: ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae fecundam, superstitione ac lascivia discordem et mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum, domi retinere. Regebat tum Tiberius Alexander, eiusdem nationis. Africa ac legiones in ea interfecto Clodio Macro contenta qualicumque principe post experimentum domini minoris. Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thraecia et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes provinciae atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant. Hic fuit rerum Romanarum status, cum Servius Galba iterum Titus Vinus consules inchoare annum sibi ultimum, rei publicae prope supremum.

[12] Paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris e Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbae iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis. Non sane crebrior tota civitate sermo per illos mensis fuerat, primum licentia ac libidine talia loquendi, dein fessa iam aetate Galbae. Paucis iudicium aut rei publicae amor: multi stulta spe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant, etiam in Titi Vinii odium, qui in dies quanto potentior eodem actu invidior erat. Quippe hiantis in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat, cum apud infirmum et credulum minore metu et maiore praemio peccaretur.

[13] Potentia principatus divisa in Titum Vinum consulem Cornelium Laconem praetorii praefectum; nec minor gratia Icelo Galbae liberto, quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant. Hi discordes et rebus minoribus sibi quisque tendentes, circa consilium eligendi successoris in

**11.** Egipto eta hura menpean edukitzeko tropak, jada Augusto jainkozkoaz geroztik, erromatar zaldunek gobernatzen dituzte, erregeen lekuan: halaxe etxerako atxiki zela zirudien helera zaileko probintzia, garitan emankor, sineskeriaz eta lizunkeriaz ozar eta aldakor, legeen ezjakin, magistratuen ezagutza gabea. Orduan herriko bertako Tiberio Alexandrok agintzen zuen. Afrika eta legioak, Klodio Makro hilik, edozein printzerekin kontent ziren, buruzagi txikiagoaren esperimentu ondoren. Bi Mauritaniei, Rezia, Noriko, Trazia eta gobernadoreak buru dituzten beste batzuei, armada baten ala bestearen auzo izan, hala faborera ala gorrotora tiratzen zien indartsuagoen kontaktuak. Probintzia inermek eta Italia bera lehenen, edozein morrontzaren arriskupean, gerrako harrapakitzat destinaturik zeuden. Horrelakoxea zen Erromako kontuen egoera, Servio Galba, bigarrenez, eta Tito Vinio kontsulek eurentzat azken urtea eta errepublikarentzat ia azkena abiatu zutenean.

**12.** Urtarrileko kalendetatik egun gutxitara, Ponpeio Propinkuo prokuradorearen gutuna heltzen da Belgikatik, esanez Germania Garaiko legioek, zinaren errespetua hautsirik, beste enperadore bat eskatzen zutela eta senatuari eta erromatar herriari ematen ziotela hautatzeko ahalmena, sedizioa leunkiago har zedin. Albiste horrek bizkortu egin zuen Galbaren asmoa, zeina aspalditik ari zen, bere buruarekin eta hurbilenekin, adopzioaz pentsaketan. Hil haietan hiri guztian ez zen ibili, izan ere, solasgai ohikoagorik, lehenik, halako kontuei ekiteko grina eta atseginagatik; gero, Galbaren adin jada agortuagatik. Gurtxirengan zegoen zentzu edo errepublikarenganako maitasunik. Askok, itxaropen tentelez, adiskidea ala klientea izan, hau edo hura seinalatzen zuten zurrumuru interesatuekin, baita Tito Viniorenganako gorrotoz ere, zeina, zenbat eta egunez egun ahaltsuago, hainbat gorrotagarriago baitzen. Egia esan, Galbaren indulgentziak berak areagotzen zituen anbizioak, gaixo eta sineskor batekin beldur txikiagoz eta etekin handiagoz pekatu egin baitzitekeen.

**13.** Printzegoaren boterea Tito Vinio kontsularen eta Kornelio Lakon pretorioko prefektuaren artean banaturik zegoen, eta txikiagoa ez zen Galbaren liberto Izeloren eragina, zeina, urrezko eraztunez saritu ondoren, Martziano deitzen zuten, zaldun izenez. Horiek, desados eta garrantzia txikiagoko kontuetan bakoitzak bere aldetik joz, bi alderditan zatitzen ziren, ondorengoa hautatzeko planean. Vinio, Marko Oto-

*duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone, Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium. Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia; et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur. Credo et rei publicae curam subisse, frustra a Nerone translatae si apud Othonem relinqueretur. Namque Otho pueritiam incuriose, adulescentiam petulanter egerat, gratus Neroni aemulatione luxus. Eoque Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur. Mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. Otho comiter administrata provincia primus in partis transgressus nec segnis et, donec bellum fuit, inter praesentis splendidissimus, spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis ut similem.*

*[14] Sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia imperii transigit; adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso consule designato ac Ducenio Gemino praefecto urbis, pauca praefatus de sua senectute, Pisonem Licinianum accersiri iubet, seu propria electione sive, ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia; sed callide ut ignotum fovebat, et prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur: ea pars morum eius quo suspectior sollicitis adoptanti placebat.*

*[15] Igitur Galba, adprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur: «si te privatus lege curiata apud pontifices, ut moris est, adoptarem, et mihi egregium erat Cn. Pompei et M. Crassi subolem in penatis meos adsciscere, et tibi insigne*



nen alde zegoen; Lakon eta Izelo ez zetozen hain bat norbait jakinaren alde, nola norbait ezberdinaren; eta Galbarentzat Otonen eta Tito Vinioren adiskidetasuna ez zen ezezaguna; eta, bestalde, isilean ezer transmititzen ez dutenen zurrumurruek, Viniok alaba ezkongea zeukanez eta Oton ezkongea zenez, suhi eta aitaginarrebatzat jotzen zituzten. Galbari errepublikaren, Neronek alferrik utziaren, kezka ere sartu zitzaiola uste dut, Otonen esku geratzen bazen. Izan ere, Otonek haurtzaroa axola gabe, gaztaroa lotsa gabe igaro zuen, Neronen begiko luxuango emulazioan. Horregatik, Popea Sabina, emagaldutako inperiala, pasioen konplize gisan gordetzeko utzi zion, emazte Oktabiarengandik libratzea lortu arte. Gero, Popeari berari buruz susmagarri zena Lusitaniako probintziara urrundutako legazioa aitzakian. Otonek, probintzia gozoki administratuz, Galbaren alderdira aurrene eta zalantza gabe pasatu ondoren, eta, gerra izan zene, inguruko arteko distiratsuen izanez, berehala pentsaturiko adopzio-itxaropenari egunez egun indartsuago heldu zion, soldadurik gehienak alde zituela eta Neronen gortea berarengana, antzeko gisan, makurtzen zela.

**14.** Baina Galba, Germaniako sedizioaren albistearen ondoren, artean Vitelioz ezer ziurrik ez zen arren, armaden indarra norantz hautsiko ote zen larriki galdetuz, Hiriko soldaduak ere fidatu gabe, erremedio bakar gisan, Inperioko komizioak egiteko prestatzen da, eta, Vinio eta Lakonez gainera, Mario Zelso kontsul izendatua eta Hiriko prefektu Duzenio Gemino ere deiturik, aurretik bere zahartasunaz hitz erdi batzuk jaulki ondoren, Pison Liziniano etorrarazteko agintzen du, dela bere hautuz, dela, batzuek uste bezala, Lakonen eskariz, zeinak Pisonekin Rubelio Plautoren etxean garaturiko adiskidetasuna zeukan; baina, maltzurki, ezezagun bezala babesten zuen, eta Pisonen izen onak bere planari sinespidea erantsi zion. Pison, Marko Kraso eta Eskriboniagandik sortua, bi aldeetarik noblea, itxuraz eta portaeraz antzinako erakoa eta estimu zuzenean serioa, goibelegitza jotzen zuten interpretaziorik okerrenaren egileek. Haren ohituen alde hori, zenbat eta asaldatuei susmagarriago, adoptatzaileari atseginago zitzaion.

**15.** Galba, beraz, Pisoni eskutik heldurik, honela mintzatu ei zen: «Partikular gisan, lege kuriatuaren arabera, pontifizeen aurrean, ohikoa denez, adoptatuko bazintut, ohoragarri litzaidake neure penateak Gneo Ponpeio eta Marko Krasoren jatorriarekin bat egitea, eta zuri

*Sulpiciae ac Lutatiae decora nobilitati tuae adiecisse: nunc me deorum hominumque consensu ad imperium vocatum praeclara indoles tua et amor patriae impulit ut principatum, de quo maiores nostri armis certabant, bello adeptus quiescenti offeram, exemplo divi Augusti qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes sus, postremo Tiberium Neronem privignum in proximo sibi fastigio conlocavit. Sed Augustus in domo successorem quaesivit, ego in re publica, non quia propinquos aut socios belli non habeam, sed neque ipse imperium ambitione accepi, et iudicii mei documentum sit non meae tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed et tuae. Est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna nisi tu potior esses. Ea aetas tua quae cupiditates adolescentiae iam effugerit, ea vita in qua nihil praeteritum excusandum habeas. Fortunam adhuc tantum adversam tulisti: secundae res acrioribus stimulis animos explorant, quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, praecipua humani animi bona, tu quidem eadem constantia retinebis, sed alii per obsequium imminuent: inrumpet adulatio, blanditiae [et] pessimum veri adfectus venenum, sua cuique utilitas. Etiam [si] ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur, ceteri libentius cum fortuna nostra quam nobiscum; nam suadere principi quod oporteat multi laboris, adsentatio erga quemcumque principem sine adfectu peragitur.».*

**[16]** *«Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram a quo res publica inciperet: nunc eo necessitatis iam pridem ventum est ut nec mea senectus conferre plus populo Romano possit quam bonum successorem, nec tua plus iuventa quam bonum principem. Sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit quod eligi coepimus; et finita Iuliorum Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci a principibus fortuitum, nec ultra aestimatur: adoptandi iudicium integrum et, si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero quem longa Caesarum serie tumentem non Vindex cum inermi provincia aut ego*

goragarri, zeure nobleziari Sulpizia eta Lutaziaren distira gehitzea. Orain ni, jainkoen eta gizakien adostasunez aginte gorenera deitua naizen hau, zure izate gurenak eta aberri maitasunak bultzatu naute gure arbasoak hargatik armaz lehiatzen ziren printzegoa, gerran eskuraturua, zuri, bakean dirauzun horri eskaintzera, Augusto jainkozkoaren etsenplura, zeinak ondoan, sapairik hurbilenaren azpian, arrebaren seme Martzelo jarri baitzuen, gero Agripa suhia, ondoren bere birlobak eta, azkenik, Tiberio Neron semeordea. Baina Augustok ondorengoa etxean bilatu zuen, nik errepublikan, ez ahaiderik edo gerra-lagunik ez dudalako, baizik neuk ere ez nuelako agintea anbizioz onartu; eta nire zentzunaren lekuko, zure alde postposatu nituen neure lotura familiarrak ez ezik, zeureak ere izan daitezen, baduzu antzeko izate nobleko anaia bat, zaharragoa, zorte honen duina, zeu ez bazina hobetsia. Halako adina duzu, non jada ihes egina baitie nerabazaroko grinei, halako bizitza, non ez baituzu iraganeko ezer zuritu behar. Orain arte aurrakako zoria bakarrik izan duzu. Aldeko gertaerek gure gogoa ezten zorrotzagoz probatzen dute, miseriak jasaten baitira, zorionean usteltzen baikara. Leialtasuna, askatasuna, adiskidetasuna, giza gogoren ondasunik behinenak, zuk irmotasun berdinez atxikiko dituzu, noski, baina beste batzuek menpekeriaz gutxituko dituzte. Zurikeria, leunkeria eta afektuaren pozoirik txarrena, norbere probetxua, abiatuko dira. Eta gu biok gaur elkarrekin argien mintzo garela ere, besteek gure goi mailagatik atseginago dute hori geugatik baino, printze bati zer egin aholkatzea lantegi handia baita; edozein printzerenganako eder-gura afektu gabe egiten baita.

**16.** Inperioaren gorputz eskergak gidari gabe ahal balu zutik eta orekan iraun, gai nintzateke, Errepublika neuregandik has ledin: baina aspalditik halako premiara iritsi gara, ezen ez nire zahartasunak diezaioke erromatar herriari ondorengo on bat baino gehiagao eman, ez zure gaztetasunak printze on bat baino gehiago. Tiberio eta Gaio eta Klaudioen menpean, sendi bakarraren jarauntsia bezalakoa izan ginen. Askatasunaren erakusle izango da hautatuak izaten has gaitzen, eta, Julioen eta Klaudioen etxea iraungirik, adopzioak kasu bakoitzean onena aurkituko du. Izan ere, printzeengandik sortua izatea eta jaiotzea kasuala da, ez da harago estimatzen; adoptatzeko erabakia independentea da eta, hautatu nahi baduzu, kontsentsuz bideratzen da. Bego begi aurrean Neron, zeina, Zesarren leinu luzeak harro-

*cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus publicis depulerunt; neque erat adhuc damnati principis exemplum. Nos bello et ab aestimantibus adsciti cum invidia quamvis egregii erimus. Ne tamen territus fueris si duae legiones in hoc concussi orbis motu nondum quiescunt: ne ipse quidem ad securas res accessi, et audita adoptione desinam videri senex, quod nunc mihi unum obicitur. Nero a pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi providendum est ne etiam a bonis desideretur. Monere diutius neque temporis huius, et impletum est omne consilium si te bene elegi. Utilissimus idem ac brevissimus bonarum malarumque rerum dilectus est, cogitare quid aut volueris sub alio principe aut nolueris; neque enim hic, ut gentibus quae regnantur, certa dominorum domus et ceteri servi, sed imperaturus es hominibus qui, nec totam servitutem pati possunt nec totam libertatem.» et Galba quidem haec ac talia, tamquam principem faceret, ceteri tamquam cum facto loquebantur.*

*[17] Pisonem ferunt statim intuentibus et mox coniectis in eum omnium oculis nullum turbati aut exultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremque reverens, de se moderatus; nihil in vultu habituque mutatum, quasi imperare posset magis quam vellet. Consultatum inde, pro rostris an in senatu an in castris adoptio nuncuparetur. Iri in castra placuit: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artis haud spernendum. Circumsteterat interim Palatium publica expectatio, magni secreti impatiens; et male coercitam famam suppressantes augebant.*

*[18] Quartum idus Ianuarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverunt. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam quo minus in castra pergeret, contemptorem talium ut fortuitorum; seu quae fato manent, quamvis significata, non vitantur. Apud frequentem militum contionem imperatoria brevitate adoptari a se Pisonem exemplo divi Augusti et more militari, quo vir virum legeret, pronuntiat. Ac ne dissi-*

puzturik, ez Vindizek probintzia inerre batekin, ez nik legio bakararrekin, baizik basakeriak, lizunkerik jaurti baitzuen herriaren bizkarretik; eta orain arte ez zen printze kondenatuaren etsenplurik. Gu, gerrak eta zuzen epaitzen dutenek deituak, garenik gurenak izanik ere, gorrotopean biziko gara. Ez duzu, oster, ikaturik egon behar, lurbera asaldatu honen dardaran, bi legio oraindik baketzeke daudelako. Neu ere ez nintzen egoera segurrera iritsi, baina zure adopzioa jakinarazitakoan, zahar emateari utzi egingo diot, horixe baita orain egozten zaidan bakarra. Neron gaiztoenak amestua izango da beti. Neuk eta zeuk moldatu behar dugu, onek haren faltarik har ez dezaten. Gomen-dioetan luzatzerik ez dagokio une honi, eta nire plana burutua da, ondo hautatu bazaitut. Onuragarriena bezain on-txarren artean hautatzeko erarik laburrena da pentsatzea beste printze baten mendean zer genuen edo ez genuen nahi izango, hemen ez baitago, erregeen menpeko herrietan bezala, jaun-etxe jakin bat eta gainerakoak esklaboak, baizik gobernatu behar dituzu ez esklabotza osorik, ez askatasun osorik jasan ezin duten gizakiak». Eta Galbak, noski, honakoak eta bes-telakoak esaten zituen, printze izendatuz bezala; besteek, izendatua bailitzan.

**17.** Pisonek, ez bertan begiratu ziotenentzat, ez gero begiak berarengan josi zituzten guztientzat, ez ei zuen ardurazko edo pozezko gogozirkinik agertu. Aita eta enperadorearentzako hitzak errespetuzkoak izan ziren, bere buruarentzat neurrizkoak. Aurpegikieran eta egokeran ezer ez zen aldatu, agindu nahi baino ahal balu bezala. Gero kontsul-tatu zuten ea adopzioa, Aurpegiaren aurrean, senatuan ala kanpamenduan aldarrikatuko zen. Hori soldaduentzat ohoragarri izango zen, zeintzuen babesa, eskuzabalez eta azpikeriaz era txarrean lortu ohi zen arren, bide onez ere ez baitzen arbuiaitzekoa. Bitartean, jakin-min publikoak Jauregia inguratua zuen, sekretu handiaren ezinegonez; eta gaizki gorderiko esamesak moztu nahi zituztenek areagotu egiten zituzten.

**18.** Urtarrileko Idusaren aurreko laugarrena, euriengatik egun desatsegina, trumoiak, oinaztuek eta ortziko mehatxuek ohi baino gehiago asaldatu zuten. Antzina komizioak disolbatzeko obserbatu ohi zen horrek ez zuen Galba beldurtu kanpamendura joan zedin, halako seinaleak kasualtaz arbuiaituz, edo patuak gorderik diguna, agerien dela ere, saihesten ez delako. Soldadu-bilera handi baten aurrean, jenera-

*mulata seditio in maius crederetur; ultro adseverat quartam et duoetvicensimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces errasse et brevi in officio fore. Nec ullum orationi aut lenocinium addit aut pretium. Tribuni tamen centurionesque et proximi militum grata auditu respondent: per ceteros maestitia ac silentium, tamquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent. Constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor et nimia severitas, cui iam pares non sumus.*

*[19] Inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem sermo: Pisonis comis oratio. Et patrum favor aderat: multi voluntate, effusius qui noluerant, medii ac plurimi obvio obsequio, privatas spes agitantes sine publica cura. Nec aliud sequenti quadriduo, quod medium inter adoptionem et caedem fuit, dictum a Pisone in publico factumve. Crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis et facili civitate ad accipienda credendaque omnia nova cum tristia sunt, censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto num et Piso proficisceretur; maiore praetextu, illi auctoritatem senatus, hic dignationem Caesaris laturus. Placebat et Laconem praetorii praefectum simul mitti: is consilio intercessit. Legati quoque (nam senatus electionem Galbae permiserat) foeda inconstantia nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes impulerat.*

*[20] Proxima pecuniae cura; et cuncta scrutantibus iustissimum visum est inde repeti ubi inopiae causa erat. Bis et viciens miliens sesteritum donationibus Nero effuderat: appellari singulos iussit, decima parte liberalitatis apud quemque eorum relictā. At illis vix decimae super portiones erant, isdem erga aliena sumptibus quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuique ac perditissimo non agri aut faenus sed sola instrumenta vitiorum manerent. Exactioni triginta equites Romani praepositi, novum officii genus et ambitu ac numero onerosum: ubique hasta et sector, et inquieta urbs*

len laburtasunez, Pison adoptatzen duela aldarrikatzen du, Augusto jainkozkoaren etsenplura eta ohitura militarren arabera, non gizonak gizona hautatzen duen. Eta sedizio ezkutua handiagoa zela pentsa ez zedin, bere kabuz segurtatzen du IV. eta XXII. legioek, sedizio eragileak gutxi izanik, hitzetatik eta hotsetatik harago ez zutela jo, eta laster itzuliko zirela eginkizunera. Eta hitzaldiari ez dio sustagarririk edo sari-agintzarik gehitzen. Tribunoek eta zenturioiek eta soldadurik hurbilenez atseginez entzuteko hitzez erantzuten dute; lerro artean, ostera, tristura eta isiltasuna zabaltzen, bake-garaian ere gozatzen zuten eskupekoaren derrigortasuna gerran galdu balute bezala. Argi dago gogoak alde jarri ahal izango ziratekeela agure zuhurraren eskuzabalez, txikiena bazen ere. Orain hartarako ez gauden antzinako zorrotasunak eta gehiegizko gogortasunak kalte egin zion.

**19.** Jarraian, Galbaren hitzaldia senatuan ere ez zen soldaduen aurrean baino jantziago eta luzeagoa izan. Pisonen hitzaldia adeikorra izan zen, eta senatarien babesa ere ondo eratua: askok gogo onez hartu zuten, nahi izan ez zutenek adeikorrako; neutralek eta gehienek, zuri-keria bizkorrez, itxaropen pribatuak dantzatzuz, ardura publiko gabe. Eta adopzioetik hilketara bitarteko lau egunetan, Pisonen ez zuen publikoki beste ezer esan ez egin. Germaniako defekzioaren albisteak egunez egun ugaltzen ari zirela, eta Hiria zer berri oro, tristea denean, jasotzeko eta sinesteko prest zegoela, senatariek germaniar armadara ordezkariak bidaltzea erabaki zuten. Sekretuan tratatu zuten ea Pison ere joango zen: aparatu handiagok, haiek senatuaren autoritatea eramango zuten, honek Zesarren dignitatea. Pretorioko prefektu Lakon ere batera bidaltzea ontzat jotzen zen. Honek planari uko egin zion. Ordezkariak ere (senatuak Galbaren esku utzi baitzuen hautua), aldakortasun higuinarriz, izendatuak, desenkusatuak, ordezkatuak izan ziren, gelditzeko ala joateko maneiuen arabera, bakoitzari beldurrak ala itxaropenak sakatzen zion kontu.

**20.** Dirua zen lehen ardura. Dena zorrotz aztertutik, eskasiaren arrazoia non zegoen, handiek ateratzea begitandu zen zuzenen. Neronek, hobaritan, bi mila eta berrehun milioi sertertzio xahutu zituen. Galbak banan-banan deitzeko agindu zuen, bakoitzari hamarren bat bakarrik emanez. Baina hamarrenik ere apenas gelditzen zitzairen, inorenak ere eurenak bezala xahutuak baitzituzten; harraparienei eta galduenei ez zitzairen ez lurrik ez dirurik gelditzen, bizio-tresna hutsak baizik.

*actionibus. Ac tamen grande gaudium quod tam pauperes forent quibus donasset Nero quam quibus abstulisset. Exau-  
torati per eos dies tribuni, e praetorio Antonius Taurus et  
Antonius Naso, ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis, e  
vigilibus Iulius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit, sed  
metus initium, tamquam per artem et formidine singuli pelle-  
rentur, omnibus suspectis.*

*[21] Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne  
in turbido consilium, multa simul extimulabant, luxuria etiam  
principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira,  
in Pisonem invidia; fingeat et metum quo magis concupis-  
ceret: praegravem se Neroni fuisse, nec Lusitaniam rursus et  
alterius exilii honorem expectandum. Suspectum semper invi-  
sumque dominans qui proximus destinaretur. Nocuisse id  
sibi apud senem principem, magis nociturum apud iuvenem  
ingenio truem et longo exilio efferatum: occidi Othonem  
posse. Proinde agendum audendumque, dum Galbae auctori-  
tas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. Opportunos magnis  
conatibus transitus rerum, nec cunctatione opus, ubi perni-  
ciosior sit quies quam temeritas. Mortem omnibus ex natura  
aequalem oblivione apud posteros vel gloria distingui; ac si  
nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri  
esse merito perire.*

*[22] Non erat Othonis mollis et corpori similis animus. Et  
intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata  
domo habiti, aulam Neronis et luxus, adulteria, matrimonia  
ceterasque regnorum libidines avido talium, si auderet, ut  
sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant, urgenti-  
bus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni  
annum observatione siderum adfirmant, genus hominum  
potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nos-  
tra et vetabitur semper et retinebitur. Multos secreta Poppae-  
ae mathematicos pessimum principalis matrimonii instru-  
mentum, habuerant: e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania  
comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam  
ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et*



Hogeita hamar zaldun erromatar arduratu ziren exakzioaz, lanbide mota berria eta lanaren handiagatik eta kopuruagatik nekosoa berau. Nonahi enkanteak eta erosleak, eta Hiria prozesuek astindua. Eta, hala ere, alaitasun handia, berdin baitziren pobreak Neronek saritu zein lumatu zituenak. Egun horietan, Antonio Tauro eta Antonio Nason pretoriar goardietatik kenduak izan ziren; Emilio Pazense, hiri-kohortetatik; begiraleetarik, Julio Fronton. Eta ez zen besteentzako erremedio izan, beldurraren hasiera baizik, amarruz eta ikaraz banan-banan jaurtikio balituzte bezala, denak susmagarri.

**21.** Bitartean, Otonek, zeinarentzat, egoera antolatuturik, inolako itxaropenik ez zegoen, buruera guztiak iskanbilan zituen, eta hainbat gauza zuen batera xaxagarri: printzearentzat ere astuna zen laxokeria, partikularrek ere nekez jasateko eskasia, Galbarenganako haserre, Pisonenganako herra. Beldur-planta ere egiten zuen, bere asmoetan aurreratzeko, pentsatuz: Neronentzat oso deserosoa izan zela eta ez zeukala berriro Lusitaniarik, ez bigarren erbestearen ohorerik itxaroterik. Agintarientzat susmagarria eta gaizki ikusia zela beti eurengandik hurbilen jotzen zutena. Horrek enperadore zaharraren aurrean kalte egin bazion, areago egingo ziola gaztearen aurrean, berez basatia eta erbeste luzeak sumindua berau. Oton hil egin zezaketela. Azkar eta ausart jokatu behar zela, beraz, Galbaren autoritatea makal, Pisonena oraindik sendotzeke zegoeno. Gobernu-aldaketak saiakera handietarako egokiak zirela eta zalantzarik ez zela behar, geldotasuna ausarkeria baino kaltegarriago zenean. Heriotza, berez denentzat berdina, geroan ahanzturak edo aintzak bereizten zuela eta, errudun zein errugabearentzat azken berdina bazegoen, gizon kementsuagoena zela gailenki hiltzea.

**22.** Otonen gogoia ez zen enula eta bere gorputza bezalakoa. Gainera, liberto eta esklabo intimoek, etxe partikularrari dagokion baino ustelago, Neronen gortea eta luxuak, adulterioak, ezkontzak eta aginteen gainerako atseginak, azkar jokatzen bazuen, beretzakotzat agertzen zizkieten, geldi bazegoen, inorentzakotzat gaitzesten; izarren behaketaz, mugida berria eta Otonentzat urte distiratsua iragartzen zuten astrologoek ere sakatzen zioten, gizaki mota fidaezina berau agintendunentzat, faltsua itxaroleentzat, gure Hirian beti debekatua baina mantendua izango dena. Popearen gela pribatuetan astrologo ugari zebilen, printzeen ezkontzan tretxurik okerreana. Horietarik, Ptolome-

*iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adscisceretur. Sed Otho tamquam peritia et monitu factorum praedicta accipiebat, cupidine ingenii humani libentius obscura credendi. Nec deerat Ptolemaeus, iam et sceleris instigator, ad quod facillime ab eius modi voto transitur.*

[23] *Sed sceleris cogitatio incertum an repens: studia militum iam pridem spe successionis aut paratu facinoris adfectaverat, in itinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans ac memoria Neroniani comitatus contubernalis appellando; alios agnoscere, quosdam requirere et pecunia aut gratia iuvare, inserendo saepius querelas et ambiguos de Galba sermones quaeque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia commeatuum, durtia imperii atrocius accipiebantur, cum Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis eniterentur.*

[24] *Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens, e proximis Tigellini. Is mobilissimum quemque ingenio aut pecuniae indigum et in novas cupiditates praecipitem adliciendo eo paulatim progressus est ut per speciem convivii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret; quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat, adeo animosus corruptor ut Cocceio Proculo speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit, per socordiam praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant.*

[25] *Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veterium optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos audacisque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertemptandos plurium animos. Suscepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum et transtulerunt. In conscientiam facinoris pauci adsciti: sus-*

ok, Hispanian Otonen laguntzaile, Neron baino luzeago biziko zela agindu zionez, ebenturekin konfiantza iritsi zenean, aieruan eta baita Galbaren zaharraz eta Otonen gazteaz kalkuluetan zebiltzanen zurrumurruan ere oinarrituz, sinestarazi zion agintera deitua izango zela. Baina Otonek iragarpenak zientziazat eta patuaren abisutzat hartzen zituen, zer iluna atsegin handiagoz sinesteko giza izaeraren joeran, eta Ptolomeo ere ez zebilen atzerago, jada krimenaren ere xaxatzaile, zeinera aisago jotzen baita halakoaren desiotik.

**23.** Baina ez dago argi krimenaren buruera bat-batekoa izan zen. Aspaldi bilatu zuen soldaduen begi ona, ondorengotzaren itxaropenez edo krimenaren prestakuntzaz, bidaian zehar, zutabea edo postuetan, soldadurik beteranoenei izenetik deituz eta, Neronen eskoltaren gomutaz, kideztat tratatuz. Batzuk agurtzen, beste batzuei galdetzen eta diruz edo babesez laguntzen zien, sarritan jaulkiz kexak eta Galbari buruzko kontu anbiguoak, edo jendearen asaldagarri izan zitekeen edozer. Ibilaldien nekeak, janarien urria, disziplinaren gogorra erneguz hartzen ziren, non eta, Kanpaniako lakuetarantz eta Akaiako hirietarantz untzietan joaten ohitu ondoren, Pirinioan eta Alpeetan eta ibilbide amaigabeetan zehar, bidea armen zamapean ireki behar zutenean.

**24.** Soldaduen gogo jadanik goriei zuziak bezalakoak erantsi zizkien Mevio Pudentek, Tigelinoren hurbiletariko batek. Pudente, gogo-arienenak edo dirua behar zutenak eta, beraz, anbizio berrietara jotzen zutenak bereganatuz, astiro-astiro halako uneraino iritsi zen, ezen, Galbak Otonen etxean otordurik zeukan guztian, seiehun bana sesterzio banatzen baitzion guardian zegoen kohorteari. Nolabait ofiziala zen eskuzabaltasun hori bakoitzarenganako eskupeko ezkutuagoz areagotzen zuen, hain korruptore saiatua bera, ezen lur zati bategatik auzoarekin auzitan zebilen Kokzeio Prokulo Guardia Inperialekoari auzoaren lur guztia bere diruz erosita eman baitzion oparitzat, prefektuaren axolagabekeriari esker, zeinari agerikoa ezkutua bezain ohar-kabea joaten zitzaion.

**25.** Baina orduan gainean zen krimenaren aurrelari Onomasto libertoa ipini zuen, zeinak Goardia Inperialeko tesararioa zen Barbio Prokuloren eta sail bereko ofizialorde Veturiorengana eraman zuen; hauek, zenbait solasen bidez, maltzur eta ausart ezagutu zituelarik, hobariz eta agintzaz betetzen ditu, beste batzuen gogoak tentatzeko

*pensos ceterorum animos diversis artibus stimulant, primores militum per beneficia Nymphidii ut suspectos, vulgus et ceteros ira et desperatione dilati totiens donativi. Erant quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet: in commune omnes metu mutandae militiae terrebantur.*

*[26] Infecit ea tabes legionum quoque et auxiliorum motas iam mentis, postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem. Adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, ut postero iduum die redeuntem a cena Othonem rapturi fuerint, ni incerta noctis et tota urbe sparsa militum castra nec facilem inter temulentos consensum timuissent, non rei publicae cura, quam foedare principis sui sanguine sobrii parabant, sed ne per tenebras, ut quisque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa: quaedam apud Galbae auris praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum consiliique quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus et adversus peritos pervicax.*

*[27] Octavo decimo kalendas Februarias sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Vmbricius tristia exta et instantis insidias ac domesticum hostem praedicit, audiente Othone (nam proximus adstiterat) idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante. Nec multo post libertus Onomastus nuntiat expectari eum ab architecto et redemptoribus, quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat. Otho, causam digressus requirentibus, cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub aedem Saturni pergit. Ibi tres et viginti speculatores consalutatatum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt; totidem ferme milites in itinere adgregantur, alii conscientia, plerique miraculo, pars clamore et gladiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi.*

ere dirua emanez. Bi soldadu arduratu ziren erromatar herriaren agintea transferitzeko, eta transferitu egin zuten. Gutxi izan ziren hobenaren konfidentziara onartuak. Besteen gogo zalanzkorrak zenbait antzez kitzikatzen dituzte: lehen mailako soldaduak, Ninfidioren mesedeengatik susmagarri gisan; gainerako ostea, hainbestetan atzeratutako dohainaren erneguz eta etsipenez. Baziren Neronen gomutak eta aurreko lasaikeriak xaxatzen zituenak ere. Oro har, denak ziren miliziaren aldakuntzaren beldur.

**26.** Izurri hark legioen eta tropa laguntzaileen gogoak ere kutsatu zituen, aurretik ere asalaturik eurak, germaniar armadaren fideltasuna kolokan zegoela zabaldu zenetik. Eta sedizioa gaiztoen artean, baita disimulua ere kutsatu gabeen artean, hartaraino prestatu zen, ezen, Iduen biharamonean, afari batetik bueltan zetorren Oton eramana izango baitzuten, gau badaezpadakoaren eta Hiri guztian hedaturiko soldaduen kanpamenduen eta mozkorren arteko adostasun zailaren beldur izan ez balira; ez, edan gabe, enperadorearen odolez zikintzera zihoazen errepublikaren arduraz, baizik Otonen orde ez zedin hautatua izan, ilunpea lagun, panoniar edo germaniar soldaduei bistara jar zekien edonor, gehienek ezagutzen ez zutena. Abiatzen ziren sedizio zantzu asko konspiratzaileek eurek iraungitzen zituzten; batzuk Galbaren belarrietan Lakon prefektuak saihesten zituen, soldaduen pentsakeraren ezjakin eta, bikainena bazen ere, beragandik ez zetorren zeinahi asmoren etsai eta zerbait bazekitenen aurrean burugor.

**27.** Otsaileko kalenden aurreko hamargarren egunean, Unbrizio haruzpizeak Apoloren tenplu aurrean sakrifikatzen ari zen Galbari iragartzen dio erraiak adur txarrekoak direla eta berehalako traizioak eta etxe barruko etsaia etorriko zirela; entzuten ari zen (oso hur baitzegoen) Otonek, oster, augurio ontzat eta bere asmoen aldekotzat ulertu zuen. Eta handik laster Onomasto libertoak iragartzen dio arkitektoa eta etxeginak zain zeuzkala, horixe baitzen adostutako seinalea, soldaduak jada bildurik eta konjurazioa prest zegoela adierazteko. Oton, zergatik alde egin behar zuen galdetu zietenei antzinatasun dudazkodun etxalde bat erosia zuela eta, beraz, aurretik ikusi egin behar zuela aitzakia emanik, libertoarengan bermaturik, Tiberioren egoitzan zehar, badoa Velabrora eta handik urrezko miliariora, Saturnoren tenpluaren oinean. Han hogeita hiru eskolta-guardiak, enperadoretzat agurtua zena eta agurtzaileen urritasunak beldurtzen zuena

[28] *Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra et, si contra tenderet, exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae; anteposuerunt ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis, isque habitus animorum fuit ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.*

[29] *Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos, cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse qui raperetur, simul ex tota urbe, ut quisque obuius fuerat, alii formidine augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur consultantibus placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis servabatur. Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est: «sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, et sive optandum hoc nomen sive timendum erat, Caesar adscitus sum. Quo domus nostrae aut rei publicae fato in vestra manu positum est, non quia meo nomine tristiores casus paveam, ut qui adversas res expertus cum maxime discam ne secundas quidem minus discriminis habere: patris et senatus et ipsius imperii vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est aut, quod aequè apud bonos miserum est, occidere. Solacium proximi motus habebamus incruentam urbem et res sine discordia translatas: provisum adoptione videbatur ut ne post Galbam quidem bello locus esset.».*

[30] *«Nihil adrogabo mihi nobilitatis aut modestiae; neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, evertere imperium, etiam cum amicum imperatoris ageret. Habitum et incessum an illo muliebri ornatu mereretur imperium? falluntur quibus luxuria specie liberalitatis imponit: perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc et comissiones et feminarum coetus volvit animo: haec principatus praemia putat, quorum libido ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes*

anda-aulkira arrapataka jaso eta zirt-zart daramate, altzeiruak agerian. Bidean ia beste hainbeste soldadu batzen zaie, batzuk konplizitatez, gehienak begiluzez, erdiak ohiuz eta ezpataz, erdiak isilik, gertaeren arabera norantz joko.

**28.** Kanpamenduko guardia-sailaren buru Julio Martzial tribunoa zen. Honek, bat-bateko krimenaren handiz edo kanpamendurik gehiena usteldurik ote zegoen eta, jarkiz gero, hondamenaren beldurrez, gehienei konplizitate-susmoa eman zien. Beste tribuno eta zenturioiek ere berbertakoa zer dudazkoaren eta zintzoaren aurretik ipini zuten, eta halako gogo-jarrerak sortu ziren, ezen hain krimen zantarrera gutxi ausartzen, askok nahi, denek jasaten baitzuten.

**29.** Galbari bitartean, ezjakinean eta zeremonietan buru-belarri, jada inorena zen inperioaren jainkoei kalakan ziharduela, esamesa helarazten diote ez jakin zein senatari arrapaladan daramatela kanpamendura, gero Oton daramatela; Hiri guztitik batera zetozen, bidean aurkitu ahala, batzuek beldurragatik berriak handituz, beste batzuek, noski, txikituz, orduantxe ere zurikeriaz ezin ahazturik. Beraz, delibero batean, Jauregian goardian zegoen kohortearen gogoa tentatzea erabaki zen, eta ez Galbaren beraren bitartez, zeinaren autoritatea lantegi handiagoetarako osorik gorde baitzuten. Pisonek, etxeko harmailen gainetik, deituei honela hitz egin zien: «Badoa seigarren eguna, miliziakideok, geroaren ezjakin eta kargu hau desiragarri ala beldurgarri ote zen dudan, Zesar izendatua izan nintzenetik. Gure etxearen eta errepublikaren nolako patuz, hori zeuen esku dago, ez, nire aldetik, gertaera okerregiaren beldur naizelako, zeren, aurkako zer ugari bizi izan ondoren, oraintxe baitakit, hain zuzen, aldekoak ere ez direla arrisku txikiagokoak. Gure aitaren eta senatuaren eta inperioaren beraren zoriaz min dut, baldin ezinbesteko bazaigu edo gaur hiltzea edo, jende onarentzat berdin negargarri dena, erailtzea. Azken aldakuntzaren kontsolapen genuen Hiri oldogabea eta liskar gabe translaturiko agintea. Adopzioak bermatua zuela zirudien Galbaren ondoren ere ez zela gerrarik izango.

**30.** Ez dut neure alde nobleziarik edo modestiarik erabiliko, nire Otoben aldeango bertuteen azalpenik ez baita behar. Haren bizioek, horiezez bakarrik harrotzen baita, inperioa eraitsi zuten, baita enperadorearen lagun ziharduela ere. Bere janzkera eta ibilkeragatik ala eme-orrazkera harengatik merezi ote luke inperioa? Oker daude haren handikeriak eskuzabal itxuran engainatzen dituenak. Xahutzen badakike, ematen ez

*omnis; nemo enim umquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis Caesarem dixit. Si res publica et senatus et populus vacua nomina sunt, vestra, commilitones, interest ne imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio adversus duces suos audita est aliquando: vestra fides famaue inlaesa ad hunc diem mansit. Et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus triginta transfugae et desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentis nemo ferret, imperium adsignabunt? admittitis exemplum et quiescendo commune crimen facitis? transcendet haec licentia in provincias, et ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. Nec est plus quod pro caede principis quam quod innocentibus datur, sed proinde a nobis donativum ob fidem quam ab aliis pro facinore accipietis.».*

*[31] Dilapsis speculatoribus cetera cohors non aspernata contionantem, ut turbidis rebus evenit, forte magis et nullo adhuc consilio rapit signa [quam], quod postea creditum est, insidiis et simulatione. Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentis; praeceptum Amullio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent. Legioni classicae diffidebatur, infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. Pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cetrius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc et necdum adulta seditio melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium et Cetrium adorti milites minis, Longinum manibus coercent exarmantque, quia non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus principi suo et desciscentibus suspectior erat. Legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur; Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos atque inde rursus longa navigatione aegros impensiore cura Galba refovebat.*



dakike. Orain lizunkeriak eta parrandak eta emakumeekiko bilkurak darabiltza buruan. Pribilejio horixe dela uste du printzegoa, zeinaren plazerra eta gozamina bere esku dauden, lotsaria eta desohorea denen esku, inork ez baitu gaiztakeriaz eskuraturiko aginterik antze onez gartu. Gizateriaren kontsentsuak Galba hautatu zuen, ni Galbak, zeuen onespenez. Errepublikak eta senatua eta herria zer hutsak ez badira, zeuen ardura da, miliziakideok, txarrenek ez dezaten enperadorerik egin. Buruzagien aurkako legioen sedizioa inoiz entzun izan da. Zuen leialtasunak eta izenak gaur arte onik iraun du, eta, gainera, Neronek berak utzi zintuzten, ez zuek Neron. Hogeita hamarretik behera transfugak eta desertorek, eurentzako zenturioirik edo tribunorik ere hautatzen utziko ez lieketenek, horiek esleitu behar al dute agintea? Etsenplua onartu eta zeuen pasibitatez krimena onartu behar al duzue? Zernahikeria hau probintzietara hedatuko da eta gu krimenen, zuek gerren ondorioek joko zaituzte. Eta printzearen heriotzagatik ez zaizue errugabeak izanda baino gehiago ematen, baina, hala ere, guregandik leialtasunaren saria hartuko duzue, beste batzuegandik gaizkintzarena bezala».

**31.** Eskolta-guardiak sakabanaturik, gainerako kohorteak, harengatzailari uko egin gabe, egoera istilutsuetan gertatu ohi denez, banderak bereganatzen ditu, areago halabeharrez eta arteango asmorik bat ere gabe, gero pentsatu zenez, amarruz eta disimuluz baino. Zeltso Mario ere Ilirikoko armadara bidali zuten, zeina Vipsaniar Arkupean baitzegoen. Amulio Sereno eta Domizio Sabino primipilarrei germaniar soldaduak Askatasunaren Enparantzatik joanarazteko agindu zieten. Itsas legioaz mesfidati ziren, haserre bera miliziakideen hilketagatik, zeintzuk Galbak, sartu aurretixoan, armaz pasatu baitzituen. Halaber, pretoriarren kanpamendurantz doaz Zetrio Severo, Subrio Dextro eta Ponpeio Longino tribunoak, sedizio abiaberri eta oraindik heldu gabeen. Soldaduek, tribunoetarik, Subrio eta Zetrioni mehatxuka eraso ondoren, Longino bortxaz atxiki eta desarmatzen dute, zeren, ez armadako mailagatik, Galbaren lagunetarikoa zelako baizik, bere printzearentzat leial eta matxinatuentzat susmagarriago baitzen. Itsas legioa inolako zalantza gabe batzen zaie pretoriarrei. Ilirikoko armadako destakamendua Zeltso-ri armak eskuan jarkitzen zaio. Germaniar banderak luzaro egon ziren ezbaian, gorputzak artean makal eta gogoak bareturik, zeren haiek, Neronek aurretik Alexandriara bidali eta handik bueltako nabigaldi luzeagatik gaixo, Galbak aparteko arduraz indarberritzen baitzituen.

[32] Vniversa iam plebs Palatium implebat, mixtis servitiis et dissono clamore caedem Othonis et coniuratorum exitium poscentium ut si in circo aut theatro ludicrum aliquod postulerent: neque illis iudicium aut veritas, quippe eodem die diversa pari certamine postulaturis, sed tradito more quemcumque principem adulandi licentia adclamationum et studiis inanibus. Interim Galbam duae sententiae distinebat: Titus Vinus manendum intra domum, opponenda servitia, firmandos aditus, non eundem ad iratos censebat: daret malorum paenitentiae, daret bonorum consensui spatium: scelera impetu, bona consilia mora valescere, denique eundi ultro, si ratio sit, eandem mox facultatem, regressum, si paeniteat, inaliena potestate.

[33] Festinandum ceteris videbatur antequam cresceret invalida adhuc coniuratio paucorum: trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros inlatus, cunctatione nunc et segnitia terentium tempus imitari principem discat. Non expectandum ut compositis castris forum invadat et prospectante Galba Capitolium adeat, dum egregius imperator cum fortibus amicis ianua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus. Et praeclearum in servis auxilium si consensus tantae multitudinis et, quae plurimum valet, prima indignatio elanguagescat. Proinde intuta quae indecora; vel si cadere necesse sit, occurrendum discrimini: id Othoni invidiosius et ipsis honestum. Repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo privati odii pertinacia in publicum exitium.

[34] Nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit. Praemissus tamen in castra Piso, ut iuvenis magno nomine, recenti favore et infensus Tito Vinio, seu quia erat seu quia irati ita volebant: et facilius de odio creditur. Vix dum egresso Pisone occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse adfirmabant, credula fama inter gaudentis et incuriosos. Multi arbitrabantur compositum

**32.** Plebeak jada Jauregia betetzen zuen, esklaboak nahastean eta Otonen heriotza eta konjuratuen desusezpena aldarrikatzen zutenen harrabotsez, zirku edo antzokiko ikuskizun bat eskatuko balute bezala. Baina haiengan ez zegoen bereizmenik edo egiarik, egun berean alderantzizkoa ahalegin berdinez eskatuko zuketela, bai, oster, ohitura erroturik, edozein printze aldarri eroz eta berotasun hutsalez lausengatzeko. Bitartean, Galba bi iritzik erdibitzen zuten: Tito Viniok etxe barruan jarraitu behar zuela uste zuen, aurrean esklaboak ipini behar zirela, sarrerak indarturik, suminduen bila irten beharrean; eman ziezaiela txarrei damurako, onei adostasunerako astia; krimenak bizitu egiten zirela oldarrean, akordio onak astiroan; gero ere aurrera jotzeko ahala berdina ei zen, komeni bazen; atzerakoa, oster, damutuz gero, inoren esku ei zegoen.

**33.** Besteek bizkor ibili behar zela uste zuten, gutxi batzuen konjurazio oraindik indargea bermatu aurretik. Oton ere ikaratu egingo ei zen, zeina, ezkutuan abiaturik, ezagutzen ez zutenen buru, oraingo zalan-tzaren eta denbora-galtzaileen erruz, printzea imitatzen ikasten ari baitzen. Ez zela zain egon behar, kanpamenduak alde zituenetz gero, Foroa inbaditu eta Kapitolioan aurkez zedin, Galba begira zuen bitartean, enperadore gurenak etxea atalaseraino itxi eta atalasea lagun lehiatsu batzuekin ixten zuen bitartean, setioa jasateko gertu, noski. A zer laguntza bikaina esklaboena, hainbesteko jendetzaren erabakia eta hasierako amorru hain indartsua moteltzen baziren! Zer lotsagarria hain baitzen segurantza gabea. Edo, amore ematekotan, arriskuari aurre egin behar zitzaiola. Hori Otonentzat txit gorrotagarri eta eurentzat ohoragarri izango zela. Lakon mehatxuz jarki zitzaion irtenbide horri ezezka ziharduen Viniori, Izelok kinatzen zuelarik hondamen publikora zeraman gorroto pribatuaren setaz.

**34.** Eta zalantza gehiago gabe, Galbak zerik ikusgarriena aholkatzen ziotenera jo zuen. Aurretik, hala ere, Pison bidali zuten kanpamendura, ospe handiko gazte gisan, azken aldiko fabore eta, gainera, Tito Viniorenganako etsaigoagatik, bai izan ere bazelako, bai suminduek halaxe nahi zutelako; gorrotozkoa aisago sinesten baita. Pison abiatuz batera, Oton kanpamenduan hil zutela zabaldu zen, lehenik lanbroki eta zalantzan; gero, engainu handietan gertatu ohi denez, batzuek bertan egon zirela eta ikusi zutela segurtatzen zuten, berri sinesgaitza berau, pozkorren edo axolagabeen artean. Askok zurrumurru molda-

*auctumque rumorem mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint.*

*[35] Tum vero non populus tantum et imperita plebs in plausus et immodica studia sed equitum plerique ac senatorum, posito metu incauti, refractis Palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes, ignavissimus quisque et, ut res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguae feroces; nemo scire et omnes adfirmare, donec inopia veri et consensu errantium victus sumpto thorace Galba inruenti turbae neque aetate neque corpore [re]sistens sella levaretur. Obvius in Palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem exclamavit; et Galba «commilito», inquit, «quis iussit?» insigni animo ad coercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientis incorruptus.*

*[36] Haud dubiae iam in castris omnium mentes tantusque ardor ut non contenti agmine et corporibus in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri insuper praepositos iubebat. Strepere cuncta clamoribus et tumultu et exhortatione mutua, non tamquam in populo ac plebe, variis segni adulatione vocibus, sed ut quemque adfluentium militum aspexerant, prensare manibus, complecti armis, conlocare iuxta, praeire sacramentum, modo imperatorem militibus, modo milites imperatori commendare, nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, iacere oscula et omnia serviliter pro dominatione. Postquam universa classicorum legio sacramentum eius accepit, fidens viribus, et quos adhuc singulos extimulaverat, accendendos in commune ratus pro vallo castorum ita coepit.*

*[37] «Quis ad vos processerim commilitones, dicere non possum, quia nec privatum me vocare sustineo princeps a vobis nominatus, nec principem alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit donec dubitabitur imperatorem populi*

tua eta handitua zela uste zuten, Otondarrak jada tarteko, zeintzuek, Galba erakartzearren, berri pozgarriak gezurrean hedatu baitzituzten.

**35.** Baina orduan, herria eta plebe ezjakina txaloz eta gehiegizko garrez lehertu ez ezik, zaldun eta senataririk gehienak, beldurrari utzi ondoko ausarkerian, Jauregiko ateak apurturik, barrura oldartu eta Galbaren aurrean agertu ziren, kexu, mendekua koldarrenek kendu zitelako eta, gertaerek frogatuko zutenez, haiek ez zutelako arriskuan ausart jokatu, hitzez handi, mihiz harro. Inork ez zekien eta denek baiezkua ziharduten, harik eta Galba, egiaren urriz eta oker zeudenen batasunak bentzuturik, koraza hartu eta, gainera zetorkion jendetzari ez adinez ez ahalmenez eutsi ezinik, aulkian jasoia izan arte. Eskolta-ko guardia Julio Atikok, Jauregian bidera irtenik, ezpata odoldua erakutsiz, Oton bere eskuetan hil zela hots egin zuen. Eta Galbak «nork agindu dik hori, lagun?» esan zion, soldaduen indiziplina mozteko gogo bikainez, mehatxutiekina ausart, lausengarien aurka zindo.

**36.** Kanpamenduan denen gogoak jada ez zeuden zalantzan, eta berotasuna hainbestekoa zen, ezen, sokekin egindako andekin ez kontent, lehentxoago Galbaren urrezko estatua egoniko tribunan, banderen erdian Oton ezarri baitzuten, estandarte inguraturik. Tribunoek eta zenturioiek ez zeukaten hurreratzeko modurik: soldadu soilak goiko-  
ei buruzko neurriak hartzeko agintzen zuen. Dena durundatzen zen ohiz eta zalapartaz eta elkarrenganako erretolikaz, ez, herriaren eta plebearen artean bezala, zurikeria txepelagatik hots zalanzkorrez, aitzitik, zetozen soldaduetariko edozeini erreparatuz batera, eskuekin heltzen, besoekin inguratzen, ondoan hartzen, zingintzan gidatzen zuten, behin buruzagia soldaduei gomendatzen zieten, behin soldaduak buruzagiari. Otonek ere, eskuak luzatuz, ez zion uzten ostea agurtzeari, musuak jaurtitzeari, eta dena serbilki, tiraniarako. Itsas legio osoak berarenganako leialtasun zina onartu zuenean, bere indarrean fidaturik eta artean banaka akuilatu zituenak batera berotu behar zituela pentsaturik, kanpamenduko oholesiaren aurrean honela hasi zen:

**37.** «Nor bezala aurkeztu natzaizuen, miliziakideok, ezin dut esan, ez bainaiz ausartzen neure burua partikular izendatzen, zuek printze izendatu nauzuelarik, ez printze, beste batek agintzen duelarik. Zeuen izenak ere zalantzan dirauke, kanpamenduan erromatar herriaren enperadorea ala etsaia daukazuen zalantzan deno. Ez al duzue entzu-

*Romani in castris an hostem habeatis. Auditisne ut poena mea et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est neque perire nos neque salvos esse nisi una posse; et cuius lenitatis est Galba, iam fortasse promisit, ut qui nullo exposcente tot milia innocentissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit quotiens recordor feralem introitum et hanc solam Galbae victoriam, cum in oculis urbis decimari deditos iuberet, quos deprecantis in fidem acceperat. His auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum attulit nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania, Betui Cilonis in Gallia, Fonteii Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidii in castris? quae usquam provincia, quae castra sunt nisi cruenta et maculata aut, ut ipse praedicat, emendata et correcta? nam quae alii scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia et contumelias vestras disciplinam appellat. Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus quam quod Polycliti et Vatinii et Aegiali perdidit. Minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinius si ipse imperasset: nunc et subiectos nos habuit tamquam suos et vilis ut alienos. Una illa domus sufficit donativo quod vobis numquam datur et cotidie exprobratur.»*

[38] «Ac ne qua saltem in successore Galbae spes esset accersit ab exilio quem tristitia et avaritia sui simillimum iudicabat. Vidistis, commilitones, notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem aversantis. Idem senatus, idem populi Romani animus est: vestra virtus expectatur, apud quos omne honestis consiliis robur et sine quibus quamvis egregia invalida sunt. Non ad bellum vos nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiscum sunt. Nec una cohors togata defendit nunc Galbam sed detinet: cum vos aspexerit, cum signum meum acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationis locus est in eo consilio quod non potest laudari nisi peractum.» aperire deinde armamentarium iussit. Rapta statim arma, sine more et ordine militiae, ut praetorianus aut legionarius insignibus

ten nola nire zigorra eta zuen oinazea batera eskatzen dituzten? Argi dago, beraz, ezin dugula elkarrekin hil edo salbatu baizik. Eta, dago-kion biguntasunez, Galbak beharbada agindua du dagoeneko hori, lehen ere, inork eskatu gabe, hainbeste mila soldadu txit errugaberi lepoa moztu zienez gero. Gogoa izuak hartzen dit, Galbaren sarrera goibela eta garaipen bakar horixe gogoratzean, entregatu zirenak, eurak erregutzaile, obedientzian hartu zituenak Hiriaren begi aurrean sakailatzeko agindu zuenean. Hirian auspizio horiekin sarturik, zer aintza erantsi zion printzagoari, Obultronio Sabino eta Kornelio Martzelo Hispanian hil izana baizik, Beto Zilon Galian, Fonteio Kapiton Germanian, Klodio Marko Afrikan, Zingonio bidean, Turpiliano Hirian, Ninfidio kanpamenduan? Zer probintzia, zer kanpamendu izan zen inon, odoldurik eta orbandurik ez bazen, edo, berak predikatzen duenez, zentzaturik eta zuzendurik? Zeren besteek krimenak deituei, honek erremedioak deitzen baitie, izen faltsuekin basakeriari zorrozatasuna, diru-goseari austeritatea, zuen oinaze eta laidoei diziplina deritzen bezala. Badira zazpi hilabete Neron amaitu zenetik, eta Izelok dagoeneko ostua du Poliklitoek eta Vatinioek eta Egialoek xahutu zutena baino gehiago. Tito Viniok diru-gose eta laxokeria txikiagoz jokatu izango zuen, berak agindu izan balu. Orain beretar gisan menperaturik eta arrotz gisan arbuiaturik eduki gaitu. Bere etxea bakarrik da nahikoa, inoiz ematen ez eta beti aurpegiatzen zaizuen oparirako.

**38.** Eta Galbaren ondorengoarengan itxaropen-izpirik izan ez zedin, erbestetik etorrazazi zuen, izaera ilunean eta diru-gosean bere antzekoena zela uste zuena. Ikusi zenuten, miliziakideok, nola jainkoek ere adopzio dohakabeari bizkar eman zioten ekaitz nabarmenez. Berdina da senatuaren, berdina erromatar herriaren iritzia. Zeuen kemenaren zain daude denak, zeuengan dago asmo zintzo orotarako indarra; zuek gabe alferrekoak dira, bikainenak izanik ere. Ez zaituztet gerrara eta arriskura deitzen. Soldadu guztien armak gurekin daude, eta kohorte togadun bakarrak ere ez du orain Galba defendatzen, atxikitzen baizik. Zuek ikusten zaituzteneko, nire seinalea hartzen dueneko, nork nireztat meritu gehiago egin beste lehiarik ez da izango. Zalantzabide-izpirik ez dago erabaki honetan, zeina burututakoan baizik ez daitekeen goraipa». Jarraian, armategia irekitzeko agindu zuen. Armak arrapataka hartu zituzten, milizien arabera ordenarik ez diszipli-

*suis distingueretur: miscentur auxiliaribus galeis scutisque, nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator; et praecipuum pessimorum incitamentum quod boni maerebant.*

*[39] Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis et vocibus in urbem usque resonantibus, egressum interim Galbam et foro adpropinquantem adsecutus erat; iam Marius Celsus haud laeta rettulerat, cum alii in Palatium redire, alii Capitolium petere, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contra dicerent, utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur quorum tempus effugerat. Agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive ut poena eius animos militum mulceret, seu consilium Othonis credebatur, ad postremum vel odio. Haesitationem attulit tempus ac locus, quia initio caedis orto difficilis modus; et turbavere consilium trepidi nuntii ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.*

*[40] Agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu. Neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti vultus et conversae ad omnia aures; non tumultus, non quies, quale magni metus et magnae irae silentium est. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur; ire praecipitis et occupare pericula iubet. Igitur milites Romani, quasi Vologaesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri ac non imperatorem suum inermem et senem trucidare pergerent, disiecta plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidi equis forum inrumpunt. Nec illos Capitolii aspectus et imminentium templorum religio et priores et futuri principes terruere quo minus facerent scelus cuius ultor est quisquis successit.*

*[41] Viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) derепtam Galbae imaginem solo adflixit: eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga populi*



narik gabe, pretoriar ala legionario, bakoitzaren intsignietatik ez bereizteko moduan. Arrapaladan janzten dira tropa laguntzaileen kas-koz eta ezkutuz, ezein tribunok edo zenturioik harengatu gabe, nor bereburuzagi eta xaxatzaile; eta zantarrenen kinada nagusia onak lur-jota aurkitzea zen.

**39.** Pisonek, sedizio hedakorrenen marrumak eta Hirian ere ozen durundatzen ziren oihuek ikaraturik, bitartean irtena zen eta Fororantz zihoan Galba harrapatu zuen. Mario Zelsok jada berri ez hain pozgarriak ekarriak zituen, bitartean batzuek Jauregira itzultzeko ziotela, beste batzuek Kapitolorantz jo zezala, askok tribunak okupatu behar zirela; gehienak besteen aholkuen aurka bakarrik mintzo ziren eta, asmo dohakabeetan gertatu ohi denez, zertarako aukera joana zen, hark zirudien onena. Lakon, Galbak ez zekiela, Tito Vinio akabatze-kotan ibili ei zen, dela haren zigorrez soldaduen gogoak baretzeko, dela Otonen konplize uste zuelako; azken batez, gorrotoarren. Uneak eta lekuak noraeza ekarri zuten, zeren, behin sarraskia abiatu-rik, amaitzea zaila izango baitzen, eta mezulari larrituek eta segizio-koen ihesaldiek plana zapuztu zuten, lehenengotan oldarti, leialtasun- eta kemen-erakutsia egin zuten guztien gogoek behea jorik.

**40.** Galba hara-hona zerabilen jendetza gorabeheratsuen bulkada aldakorrak, basilikak eta tenpluak, alde guztietatik, itxura goibelez beterik zirela. Eta herriaren edo plebearen hotsik bat ere ez, aurpegi durdituak eta deneranzko belarriak baizik. Ez zalapartarik ez bareta-sunik, beldur handi eta sumin handi batena bezalako isiltasuna baizik. Otoni, ostera, plebea armatzen ari zela iragartzen zioten; berbertan joan eta arriskua mozteko agintzen du. Beraz, erromatar soldaduak, Vologeso edo Pakoro artsaziden aspaldiko tronutik jaurtitzera, eta ez euren enperadore inerte eta zaharrari lepoa moztera balihoaz bezala, plebea sakabanaturik, senatua zanpaturik, armekin anker, zaldiekin dena hankaperatuz, Foroan bortxaz sartzen dira. Ez Kapitolioaren ikuspenak, ez gainetik ageri diren tenpluen benerazioak, ez lehengo eta geroko printzeen beldurrak atzeratu zituzten mendekatzaila zeinahi ondorengo izango zuen krimena burutzetik.

**41.** Jende armatu sail bat hur ikusirik, Galbaren eskolta-kohorteko estandartedunak (Atilio Vergilion ei zen) Galbaren irudia erauzi eta lurrera jaurti zuen. Seinale horrekin, soldadu guztiak Otonen alde agertu ziren, Foroa hutsik gelditu zen herriak ihes eginik, zalantza-du-

*forum, destricta adversus dubitantis tela. Iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. Extremam eius vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii suppliciter interrogasse quid mali meruisset, paucos dies exolvendo donativo deprecatum: plures obtulise ultro percussoribus iugulum: agerent ac ferirent, si ita [e] re publica videretur. Non interfuit occidentium quid diceret. De percussore non satis constat: quidam Terentium evocatum, alii Laecanium; crebrior fama tradidit Camurium quintae decimae legionis militem impresso gladio iugulum eius hausisse. Ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere; pleraque vulnera feritate et saevitia trunco iam corpori adiecta.*

*[42] Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum ut occideretur. Quod seu finxit formidine seu conscientiam coniurationis confessus est, huc potius eius vita famaue inclinat, ut conscius sceleris fuerit cuius causa erat. Ante aedem divi Iulii iacuit primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus.*

*[43] Insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. Centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi et contubernio eius abditus non religione nec caerimoniis sed latebra imminens exitium differebat, cum advenere missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatur.*

*[44] Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur, seu tum*

nen aurka armei heldu zieten. Kurtzioren urmael ondoan, Galba eramaleen dardarak jaurti zuen eta aulkia biraka joan zen. Bakoitzaren gorroto edo miresmenaren arabera, haren azken hitzak era ezberdinez eman ziren. Batzuek zioten apalki galdetu zuela ea zer txar merezi izan zuen, eta egun gutxi batzuk eskatu zituela, oparia banatzeko; gehienek, hiltzaileei berak eskaini ziela lepoa: ekin eta jo zezatela, errepublikari hala komeni bazitzaion. Hiltzaileei ez zien axola zer zioen. Hiltzailearen berri argirik ez dago. Batzuek Terentzio berrengaiatua diote, beste batzuek, Lekanio; bertsiorik zabalduenak dio Kamuriok, XV. legioko soldaduak, ezpata sartu eta lepoa zeharkatu ziola. Gainerakoek hankak eta besoak izugarriro urratu zizkioten (paparra babestua baitzuen). Kolpe sortarik handiena gorputz jada zatikatuari erantsi zioten, basakeriaz eta ankerkeriaz.

**42.** Ondoren, Tito Viniori eraso zioten, zeinaz eztabaida den ea beldurraren beldurrak ahotsa ito zion ala hots egin zuen Otonek ez zuela bera hiltzeko agindu izan. Dela hori asmatu zuela, dela konspirazioan kideza aitortu zuela, haren bizitzak eta famak areago sakatzen dute sinestera bera kausa izan zen krimenaren konplize izango zela. Julio jainkozkoaren tenpluaren aurrean, belaunetako lehen kolpean jausi zen. Gero Julio Karo soldadu legionarioak alderik alde zeharkatu zuen.

**43.** Egun hartan, gure aroak gizon guren bat ikusi zuen, Senpronio Denso. Honek, pretoriar kohorte baten zenturioi, Galbak Pisonen guardiara erantsi zuenak, sastagaia aterarik, armatuen bila irten eta haien krimena aurpegiratu eta hiltzaileak bai eskuz, bai hotsez, bere aurka bihurturik, Pisoni ihes egiten utzi zion, nahiz eta zauriturik. Pisonen Vestaren tenpluraino alde egin zuen eta, esklabo publiko eta bere etxean ezkutatuaren errukiak harturik, azken berehalakoa atzeratzen zuen, ez kultu edo zeremoniengatik, gordeleku gisan baizik; hura akabatzeko bereziki sutan zen Otonen aginduz, Sulpizio Floro, britaniar kohorteetakoa, Galbak berriki hiritargoz saritua, eta Estazio Murko eskolta-goardia iritsi ziren, zeintzuek arrastaturik, Pison tenpluaren ateetan laurdenkatzen baitute.

**44.** Otonek ezein berri ez ei zuen poz handiagoz hartu, ezein buru ez ei zuen hain begi asegaitzez arakatu, bai orduan, lehenengoz, kezka oro desagerturik, haren gogoia alaitasunerako libre egoten hasi zelako, bai Galbarengango maiestatearen, Tito Vinioirengango adiskidetasu-

*primum levata omni sollicitudine mens vacare gaudio coeperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiae in Tito Vinio quamvis immitem animum imagine tristi confuderat, Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari ius fasque credebat. Praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium iuxta aquilam legionis, certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, qui vere qui falso ut pulchrum et memorabile facinus iactabant. Plures quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit, omnisque conquiri et interfici iussit, non honori Galbae, sed tradito principibus more munimentum ad praesens, in posterum ultionem.*

[45] *Alium crederes senatum, alium populum: ruere cuncti in castra, anteire proximos, certare cum praecurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exoculari Othonis manum; quantoque magis falsa erant quae fiebant, tanto plura facere. Nec aspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans. Marium Celsum, consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant, industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. Caedis et praedarum initium et optimo cuique perniciem quaeri apparebat, sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. Ita simulatione irae vinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans praesenti exitio subtraxit.*

[46] *Omnia deinde arbitrio militum acta: praetorii praefectos sibi ipsi legere, Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum et incolumi adhuc Galba partis Othonis secutum; adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis suspectus consilia eius fovisse. Urbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. Flagitatum ut vacationes praestari centurionibus solitae remitterentur; namque gregarius miles*

naren gomutak haren gogo beti ere krudela irudi ilunez inguratu zuelako; etsai eta lehiakide zuelako, Pisonen heriotzagatik pozteari zuzen eta zilegi zeritzon. Buruak pika-puntetan zeramatzen kohorteen bereizgarrien artean, legioaren arranoaren ondoan, esku odolduak nork gehiago erakutsiz eraileek, parte-hartzaileek, benetan edo faltsuki krimenaz eder eta gogoangarritzat harrotzen zirenek. Egun hartako egintza garrantzitsuren bategatik saria eskatzen zutenen ehun eta hogeitik gora agiri aurkitu zituen gero Viteliok, eta denak bilatzeko eta hiltzeko agindu zuen, ez Galbaren errespetuz, baizik printzeengan erroturiko ohitura bategatik, hots: oraingo babesaren geroko mendeku.

**45.** Senatua beste bat, herria beste bat zela pentsatuko zenuen: denak batera oldartzen ziren kanpamendura, hurbilenei aurea hartzen zieten, aurrean zihoazenak lehian ziren, Galbagatik gaizki esaten zuten, soldaduen zentzua goratzen, Otonen eskuari muin ematen, eta egiten zutena zenbat eta faltsuago izan, hainbat gehiago egiten zuten. Otonek inor ez zuen arbuiatzen, ahotsez eta keinuz soldaduen gogo egarbera eta mehatxutia lasaitzen saiatuz. Mario Zelso, kontsul izendatu eta Galbaren lagun eta azkeneraino leialarentzat, heriotza eskatzen zuten, haren fintasan eta osotasunaren etsai, dohainok arte gaiztoak bailiran. Argi zegoen sarraskiaren eta harrapaketen eta jende onaren hondamenaren hasiera nahi zutela, baina Otonek oraindik ez zeukan krimena eragozteko autoritaterik: agintzeko bakarrik. Hala, haserre-plantan, hura kateatzeko agindu zuen eta, zigor handiagoa emango ziola esanez, berehalako heriotzatik apartatu zuen.

**46.** Gero soldaduen iritzira egin zen dena. Eurek hautatu zituzten pretorioko prefektuak: Plozio Firmo, aspaldiko manipular bat, orduan zaintzaileen buru jarria eta, Galba bizi zela ere, Otonen alde egin zuena. Lizinio Prokulo gehitzen zaio, Otonekin harreman estuko, haren planak sustatu izanaren susmagarri. Hiriko prefekturan Flavio Sabino ipini zuten, Neronen iritzia jarraituz, zeinarekin eginkizun bera izan baitzuen, askok harengan Vespasiano anaia ikusten zuela. Behin eta berriz eskatu zen zenturioiei eman ohi zitzaizkien exentzioei uko egiteko; izan ere, soldadu soilak urteroko zergatzat ordaintzen baitzuen. Manipulu laurden sakabanaturik zegoen, lizentziaz edo kanpamenduan bertan hara-hona; zenturioiari hobaria ordaintzekotan, inori ez zion ardura zenbat izango zen zen, ez nola lortua: lapurretaz eta harrapaketa edo esklabo-lanetan irabazten zuten aisialdia. Gaine-

*ut tributum annuum pendebat. Quarta pars manipuli sparsa per commeatus aut in ipsis castris vaga, dum mercedem centurioni exolveret, neque modum oneris quisquam neque genus quaestus pensi habebat: per latrocinia et raptus aut servilibus ministeriis militare otium redimebant. Tum locupletissimus quisque miles labore ac saevitia fatigari donec vacationem emeret. Ubi sumptibus exhaustus socordia insuper elanguerat, inops pro locuplete et iners pro strenuo in manipulum redibat, ac rursus alius atque alius, eadem egestate ac licentia corrupti, ad seditiones et discordias et ad extremum bella civilia ruebant. Sed Otho ne vulgi largitione centurionum animos averteret, fiscum suum vacationes annuas exoluturum promisit, rem haud dubie utilem et a bonis postea principibus perpetuitate disciplinae firmatam. Laco praefectus, tamquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus; in Marcianum Icelum ut in libertum palam animadversum.*

*[47] Exacto per scelera die novissimum malorum fuit laetitia. Vocat senatum praetor urbanus, certant adulationibus ceteri magistratus, adcurrunt patres: decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores, adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quae promisce iacta haesisse animo eius nemo sensit; omisisset offensas an distulisset brevitatem imperii in incerto fuit. Otho cruento adhuc foro per stragem iacentium in Capitolium atque inde in Palatium vectus concedi corpora sepulturae cremarique permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, Titum Vinium Crispina filia composuere, quaesitis redemptisque caputibus, quae venalia interfectores servaverant.*

*[48] Piso unum et tricensimum aetatis annum explebat, fama meliore quam fortuna. Fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant: ipse diu exul, quadriduo Caesar, properata adoptione ad hoc tantum maiori fratri praelatus est ut prior occideretur. Titus Vinium quinquaginta septem annos variis moribus egit. Pater illi praetoria familia, maternus avus e proscriptis. Prima militia infamis: legatum Calvisium*

ra, soldadurik aberatsenak lanez eta tratu txarrez lepo zebiltzan, lizentzialdia erosi arte. Baliabideak agorturik, gainera nagikerian motel-tzen baziren, aberats ordeztu pobre, kementsu ordeztu koldar, manipulura itzultzen ziren, eta bestetik, pobretasun berdina eta diziplinarik ezak sailean usteldurik, sedizio eta liskarretara eta, azkenean, gerra zibiletara oldartzen ziren. Baina Otonek, bulgoarenganako eskuzabalez, zenturioien gogoak ez galtzearen, aisialdien urteroko kopuruak fiskotik ordainduko zituela agindu zuen, neurri baliozkoa, noski, eta gero printze onek aplikazioaren jarraipenez berretsia. Lakon prefektua, irla batean konfinatua izatera balihoan, Otonek aurretiaz hura hiltzera bidalitako berrengaiatu batek sastakatu zuen. Martzelo Izelo denen bistan hil zuten, libertoa izateagatik.

**47.** Eguna krimen artean agorturik, azken gaitza alaitasuna izan zen. Hiriko pretoreak senatua deitzen du, gainerako magistratuak zurikerian lehiatzen dira, senatariak azkar datoz. Otoni tribuno boterea eta Augusto izena eta printzeen ohore guztiak ematen zaizkio, denak irainak eta isekak ezabatzen saiatuz, zeintzuk nahasian jaurtirik, inor ez baitzen ohartu haren bihotzean josita gelditu zirenik. Bere erresuminei uko egin ala atzeratu ote zituen, zalantzan gelditu zen agintaldia-  
ren laburragatik. Otonek, oraindik Foroa odoleztaturik, hilen pilakuntzan zehar Kapitoliara eta handik Jauregira eramana izan zenak, gorpuak ehortzen eta erretzen utzi zuen. Pison Verania emazteak eta Eskriboniano anaiak ehortzi zuten, Tito Vinio Krispina alabak, hiltzaileek salgaitzat gorde zituzten buruak bilatu eta eskuratutakoan.

**48.** Pisonek bizitzako hogeita hamargarren urtea betea zuen, ospe hobeztu zortez baino. Haren anaiak hil egin zituzten: Magno, Klaudiok; Kraso, Neronek. Bera ere, luzaro erbesteraturik, lau egunez Zesar, adopzio azkarrean anaia zaharragoari lehenetsia izan zen, lehenago hil zezaten bakarrik. Vinio, berrogeita hamazazpi urtez, hainbat eratarazi bizi izan zen. Aita pretore familiakoa zuen, ama aldeko aitita, pros-kriptoen artekoa. Miliziaren lehen zatia lotsagarria izan zuen: legatutzat Kalvisio Sabino izan zuen, zeinaren emaztearekin, gauez militar jantzita, kanpamenduaren jarrera ikusteko desio gaiztozt sarturik, begiraleak eta miliziako gainerako zerbitzuak lizunkeria berean ikusmiratu ondoren, kuartel nagusia bertan larrutan ausartu baitzen, gero hobeenaren errudun Tito Vinio jotzen zelarik. Hala, bada, Gaio Zesarren aginduz, kateaz zamatua, gero egoeraren aldakuntzaz askatua,

*Sabinum habuerat, cuius uxor mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temptasset, in ipsis principiis stuprum ausa, et criminis huius reus Titus Vinus arguebatur. Igitur iussu G. Caesaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso legioni post praeturam praepositus probatusque servili deinceps probro respersus est tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus, et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinus proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit; mox Galbae amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus et, prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Testamentum Titi Vinii magnitudine opum inritum, Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit.*

*[49] Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius e prioribus servis humili sepultura in privatis eius hortis contextit. Caput per lixas calonesque suffixum laceratumque ante Patrobii tumulum (libertus in Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum et cremato iam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Servius Galba, tribus et septuaginta annis quinque principes prospera fortuna emensus et alieno imperio felicius quam suo. Vetus in familia nobilitas, magnae opes: ipsi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus. Famae nec incuriosus nec venditor; pecuniae alienae non adpetens, suae parcus, publicae avarus; amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens, si mali forent, usque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium et metus temporum obtentui, ut, quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Dum vigeat aetas militari laude apud Germanas floruit. Pro consule Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit, maior privato visus dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii nisi imperasset.*

*[50] Trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem novus insuper de Vite-*



ibilbide politikoan oztopo gabe, pretoretza ondoren legioburu jarria eta onartua, esklaboei dagokien lotsaizunak joa gertatu zen, Klaudio-ren oturuntza batean urrezko kopa bat ostu ei zuelako; eta Klaudiok biharamunean Viniori bakarrik lurrezko ontzian zerbitzatzeko agindu ei zuen. Baina Viniok prokonsulaldian Narbonar Galia serio eta zintzo gobernatu zuen. Gero, Galbaren adiskidetasunak leizera arrastaturik, ausart, maltzur, prest, eta, gogoak zertara ematen zion, zital edo zintzo indar berdinez. Ondasunen ugaritasunak Tito Vinioren testamentua indargetu zuen, pobretasunak Pisonen azken borondatea errespetatu.

**49.** Galbaren gorpua, luzaz abandonatua eta ilunpearen laxoan iseka ugariz laidotua, Argio maiordomoak, esklaborik hurbilenetarikoak, ehorzte apalean estali zuen haren ortu pribatuan. Burua, kantinari eta laguntzaileek zulatua eta apurtua, azkenik biharamunean aurkitu zuten Patrobioren hilobi aurrean (Galbak zigortutako Neronen libertoa berau), gorputz jada erreari erantsia. Azke horixe izan zuen Servio Galbak, hirurogeita hamahiru urtean bost printze ezagutu zituenak, inoren agintean zorte aldekoz eta berean baino dohatsuagoz. Noblezia zaharreko familia, aberastasun handikoa; bera argitasun ertainekoa zen, areago bizio gabeko, bertutedun baino. Ospez, ez axolagabea ez harroa. Ez inoren diru gose, berearekin neurtua, publikoarekin zuhurra. Lagun eta libertoeekin, jende ona aurkituz gero, errieta gabe barkakor, gaiztoak baziren, erruraino ezjakin. Baina jatorriaren gailentasunak eta garaien beldurak ekarri zuen, geldotasuna zena jakinduria dei zezaten. Adin sendoko zeno, Germanietan aintza militarrengatik nabarmendu zen, prokonsul gisan Afrika moderazioz eta, jadanik zahar, Hispania Ziterior zuzentasun berdintsuz eraman zuen; partikularrak baino gehiagotzat joa, partikularra izan zeno, eta, denen ustez, agintearen duin, agindu ez balu.

**50.** Hiri dardarati eta, bai krimen berriki izanaren ankerkeriak, bai Otonen ohitura zaharrek ikaratua, are gehiago izutu zuen Viteliori buruzko azken berriak, Galbaren heriotza aurretik iraungia berau, Germania Garaiko armada bakarrik bihurritu zela sinets zedin. Orduan, senatuak eta zalduneriak ez ezik, zeintzuentzat bai baitzen zer publikoetan zenbait parte eta ardura, herri xeheak ere argiro deitoratzen zuen, hilkor guztietarik, zikinkeria, axolagabekeria eta lizunkeriagatik bi zantarrenak inperioa fatalki bezala hondatzeko hautatuak

*llio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicitia ignavia luxuria deterrimos velut ad perdendum imperium fataliter electos non senatus modo et eques, quis aliqua pars et cura rei publicae, sed vulgus quoque palam maerere. Nec iam recentia saevae pacis exempla sed repetita bellorum civilium memoria captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladum nomina, loquebantur. Prope eversum orbem etiam cum de principatu inter bonos certaretur, sed mansisse G. Iulio, mansisse Caeare Augusto victore imperium; mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam: nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? utrasque impias preces, utraque detestanda vota inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset. Erant qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur, et ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud atque alias cladis horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.*

*[51] Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. Caeso cum omnibus copiis Iulio Vindice ferox praeda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem et aciem, praemia quam stipendia malebat. Diu infructuosam et asperam militiam toleraverant ingenio loci caelique et severitate disciplinae, quam in pace inexorabilem discordiae civium resolvunt, paratis utrimque corruptoribus et perfidia impunita. Viri, arma, equi ad usum et ad decus supererant. Sed ante bellum centurias tantum suas turmasque noverant; exercitus finibus provinciarum discernebantur: tum adversus Vindicem contractae legiones, seque et Gallias expertae, quaerere rursus arma novasque discordias; nec socios, ut olim, sed hostis et victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partis secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos; hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis Aeduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus*

izana. Eta jada ez ziren mintzo bake ankerreko azken albisteez, baizik gogoratuz gerra zibilak, bere armadek hainbestetan harturiko Hiria, Italiaren suntsipena, probintzietako arpilaketak, Farsalia, Filipos eta Perusia eta Mutina, hondamendi publikoen izenak. Lurbira ia gainbehera etorria zela zioten, printzegoaren alde onen artean lehiatzen zirenean ere, baina inperioak iraun zuela, Gaio Julioren, Zesar Augusto-ren garaipenez; errepublikak iraun zuela Ponpeio eta Brutoren mende. Orain tenpluetara joan behar al zuten Oton eta Vitelioren alde? Bien aldeko otoitzak inpioak, bien aldeko botoak nardagarriak ziren halakoan artean, zeintzuen gerrarekin irabazlea txarrena izango zela bakarrik jakingo baitzenuen. Baziren Vespasiano eta Ekialdeko armak auguratzen zituztenak, baina, Vespasiano biak baino hobea izan arren, beste gerra bat eta beste hondamen batzuk izularri zitzaizkien. Vespasianori buruzko fama ere dudazkoa zen, eta aurreko printze guztietarik bera izan zen hobera aldatu zen bakarra.

**51.** Orain Vitelioren altxamenduaren hastapena eta arrazoiak azaldu behar ditut. Julio Vindize bere tropa guztiekin hilik, armadak, harripakiaz eta aintzaz harro, ahaleginik ez arriskurik gabe oso gerra emankorraren garaipena egokitu zitzaionak bezala, kanpaina eta gudua eta sariak nahiago zituen soldatak baino. Milizia antzua eta latza luzaro jasanak ziren lekuaren eta klimaren izaeragatik, baita diziplinaren zorrotzagatik ere, zeina, bakean gupidagabea, hiritarren liskarrek laxotzen baitute, ustelak bi aldeetan direla, eta traizioa inpunitatean. Gizon, arma, zaldi, sobera zen premiarako zein erakustaldirako. Baina gerra aurretik, euren zenturiak eta eskudroiak bakarrik ezagutu izan zituzten. Armadak probintzien mugek banaturik zeuden. Orduan legioak Vindizeren aurka batu ziren eta, euren buruak eta Galiak probatu ondoren, berriro gerra eta liskar bila ziharduten; eta ez zieten, behinola bezala, aliatu deitzen, etsai eta menperatu baizik. Eta tartean ez zen falta Rheno inguruan bizi den Galien zati bat, bando berari jarraitu ziona eta orduan Galbatarren aurkako xaxatzaile amorratua zena, izen horixe eman baitzieten Vindizeren mesprexuz. Hala, bada, sekuanoen eta eduen arerio, eta gero hirien aberastasuna nolakoa zen kontu, gogoa hirien asaltoz, lurren suntsitzez, etxe lapurretaz ase zuten, baita diru-gosez eta arrogantziaz ere, ahaltsuenen bizio nagusiak eurok, galiarren burugogorkeriaz haserre, zeintzuk Galbak zergen laurdena barkatu zielako eta ofizialki sarituak izan zirelako

*erat, infensi expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo, super avaritiam et adrogantiam, praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum iritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. Accessit callide vulgatum, temere creditum, decimari legiones et promptissimum quemque centurionum dimitti. Undique atroces nuntii, sinistra ex urbe fama; infensa Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus; sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio metu et, ubi viris suas respexerant, securitate.*

*[52] Sub ipsas superioris anni kalendas Decembris Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, adlevatae notae; plura ambitione, quaedam iudicio, in quibus sordis et avaritiam Fontei Capitonis adimendis adsignandisve militiae ordinibus integre mutaverat. Nec consularis legati mensura sed in maius omnia accipiebantur. Et [ut] Vitellius apud severos humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena; simul aviditate imperitandi ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu sicut modesti quietique ita mali et strenui. Sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum Alienus Caecina et Fabius Valens; e quibus Valens infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset, instigare Vitellium, ardorem militum ostentans: ipsum celebri ubique fama, nullam in Flacco Hordeonio moram; adfore Britanniam, secutura Germanorum auxilia: male fidas provincias, precarium seni imperium et brevi transiturum: panderet modo sinum et venienti Fortunae occurreret. Merito dubitasse Verginium equestri familia, ignoto patre, imparem si recepisset imperium, tutum si recusasset: Vitellio tris patris consulatus, censuram, collegium Caesaris et imponere iam pridem imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. Quatiebatur his segne ingenium ut concupisceret magis quam ut speraret.*

harrotzen baitziren, armada iraintzearren. Horri gehitu zitzaion, maltzurki zabaldurik, ausarkeriaz sinetsirik, legioak hamarrendu eta zenturioirik kementsuen guztiak lizentziazten zituztela. Albiste lazgarriak nondinahi, zurrumurru makurrak Hiritik. Lugdunoko kolonia etsai eta esamesatsu zebilen, Neronenganako leialtasun setatiagatik. Baina asmatzeko eta sinesteko eragile nagusia, kanpamenduan bertan, gorrotoa, beldurra eta, euren indarrei begiratzera itzultzen zirenean, segurantza ziren.

**52.** Aurreko urteko abenduko kalenda beren inguruan, Aulo Viteliok, Germania Beherean barnatuz, legioen negu-kuartelak arretaz bisitatu zituen. Askori graduak itzuli zitzaizkien, zigor lotsagarriak barkatu, diziplinazkoak jaso; neurri asko, nahastearren, zentzuz beste zenbait, zeintzuetan zuzentasunera aldatu baitzituen Fonteio Kapitonek armadako mailak kendu edo ematen izan zituen ziztrinkeria eta diru-gosea. Eta denak hartzen ziren, ez legatu kontsularraren, baizik garrantzi handiagoko eskumenen arabera. Eta Viteliorena, zorrotzentzat doilorra bazen, aldekoek adeitasuna eta eskuzabaltasuna deitzen zuten, zeren neurri gabe, bereizmen gabe berea ematen, inorena banatzen baitzuen; aldi berean, aginte gosez, bizioak ere bertutetzat hartzen zizkioten. Armada batean zein bestean, asko neurtuak eta baketsuak izanik, baziren gaiztoak eta nahasleak ere. Baina Alieno Zezina eta Fabio Valente legio-legatuek anbizio hondogabea eta ausarkeria gorena zeukaten. Horiatarik, Valentek, Galbaren aurkakoa bera, ustez hark esker txarrez hartu zuelako berak Berginioren atzerapenei eta Kapitonen errepresio-planei buruz eginiko agerpena, Vitelio kitzikatzen zuen, soldaduen oldarra erakutsiz. Berak entzute bikaina ei zeukan edonon, Flako Hordeoniorengan zalantzarik bat ere ez ei zen, Britania bere agindupean, germaniarren tropa laguntzaileak atzetik joango ei ziren; probintziak apenas ziren fidagarriak, inperioa agure batentzat prekariora ei zen eta laster aldatuko ei zen eskuz; ireki zezala toga-izur bat soilik eta irten bidera zetorren Zoriari. Arrazoiz egon zela dudan Verginio, zaldun familiako, aita ezezaguneko, aginterik hartua izateko ezgai, salbu, errefusatu izan bazuen. Viteliori aitaren hiru kontsulaldiek, bere zentsoretzak, Zesarrekiko kolegialtasunak enperadore maila aspalditik ezarri ei zioten, eta partikular baten patxada kendu. Honelakoxeek astintzen zuten izaera geldo hura, itxaroten baino desiatzenago.

[53] *At in superiore Germania Caecina, decorus iuventa, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat. Hunc iuvenem Galba, quaestorem in Baetica impigre in partis suas transgressum, legioni praeposuit: mox compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem flagitari iussit. Caecina aegre passus miscere cuncta et privata vulnera rei publicae malis operire statuit. Nec deerant in exercitu semina discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. Et Treviri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur: unde seditiosa colloquia et inter paganos corruptior miles; et in Verginium favor cuicumque alii profuturus.*

[54] *Miserat civitas Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne. Legati eorum in squalorem maestitiamque compositi per principia per contubernia modo suas iniurias, modo vicinarum civitatum praemia, et ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula et contumelias conquerentes accendebant animos. Nec procul seditione aberant cum Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digressus esset, nocte castris excedere iubet. Inde atrox rumor, adfirmantibus plerisque interfectos, ac ni sibi ipsi consulerent, fore ut acerrimi militum et praesentia conquesti per tenebras et inscitiam ceterorum occiderentur. Obstringuntur in ter se tacito foedere legiones, adsciscitur auxiliorum miles, primo suspectus tamquam circumdatis cohortibus alisque impetus in legiones pararetur, mox eadem acrius volvens, faciliore inter malos consensu ad bellum quam in pace ad concordiam.*

[55] *Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae, multa cunctatione et raris primorum ordinum vocibus, ceteri silentio proximi cuiusque audaciam expectantes, insita mortalibus natura, propere sequi quae piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum: primani quintanique turbidi*

**53.** Bestalde, Germania Garaian, Zezinak, gaztetasun bikaineko, luze-  
ra eskergako, gogoz neurrigabe, mintzaira dotoreko, ibilera tenteko,  
soldaduen ederra bereganatu zuen. Gazte hau, Betikan kuestore, Gal-  
bak, bere bandora duda gabe pasatu zelako, legio baten buru ipini  
zuen. Gero, diru publikoa gaizki erabili zuela aurkitzean, pekulatore-  
tzat sala zezaten agindu zuen. Zezinak, minki eramanez, dena nahas-  
tea eta zauri pribatuak errepublikaren gaitzekin estaltzea erabaki zuen.  
Eta armadan ez zen liskar hazirik falta, zeren Vindizeren aurkako  
gerran osorik jardun baitzuen eta Galbari Neron hildakoan baizik ez  
baitzitzaion transferitu, eta zingintzan bertan ere, Germania Behereko  
indarrek aurrea hartu baitzioten. Gainera, treviroak eta lingoiak eta  
Galbak ediktu ikaragarritz edo lurren galeraz zehatu zituen beste hiri  
batzuk estukiago nahasten dira legioen kuartelekin: hortik sedizio  
autuak eta soldadua paisanoen artean ustelena izatea; eta Verginiori  
babesa, beste edonori balioko ziona.

**54.** Lingioen hiriak, ohitura zaharraren arabera, legioei esku batzuk  
bidali zizkien oparitzat, abegiaren erakusgarri. Haien legatuek, mise-  
ria- eta tristura-itxura emateko moduan konpondurik, kuartel nagu-  
sian, dendetan zehar, behin eurekiko bidegabekerien, behin auzo  
hirientzako sarien eta, soldaduen belarri harkorrez hartuak zirenean,  
armadaren beraren arrisku eta laidoen kexu, gogoak sutu egiten zituz-  
ten. Eta ez zebiltzan sediziotik urrun, Hordeonio Flakok legatuak joa-  
teko eta, alde egitea ezkutuagoa izan zedin, kanpamendutik gauez  
irteteko agintzen duenean. Hortik zurrumurru lazgarria heldu zen,  
askok baieztatzen zuelarik akabatu egin zituztela eta, euren buruak  
zaintzen ez bazituzten, soldadurik kementsuenak eta orduko egoeraz  
kexatu zirenak ere ilunetan eta besteen ezjakinean hilko zituztela.  
Legioak itun tazitoz elkartzen dira eta indar laguntzaileetako soldadua  
ere gehitzen da, lehenengotan susmagarri berau, kohorteekin eta ingu-  
ruan jarritako hegal laguntzaileekin legioen aurkako erasoa prestatu-  
ko bailitzan, gero gauza bera gartsukiago pentsatuz, bakean konkori-  
diarako baino gerrarako errazagoa den gaiztoen arteko adostasunari  
esker.

**55.** Germania Behereko legioak, ostera, urtarrileko kalendetako ohiko  
zinera bultzatuak izan ziren Galbaren alde, lehen mailen zalantza han-  
diz eta hitzen bat edo bestez, gainerakoak isilik, inguruko norbaiten  
ausardiaren zain, hastea kostatzen denari azkar jarraitzeko hilkorren-

*adeo ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint: quinta decima ac sexta decima legiones nihil ultra fremitum et minas ausae initium erumpendi circumspectabant. At in superiore exercitu quarta ac duetvicensima legiones, isdem hibernis tendentes, ipso kalendarum Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae, quarta legio promptius, duetvicensima cunctanter, mox consensu. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, senatus populiue Romani oblitterata iam nomina sacramento advocabant, nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. Non tamen quisquam in modum contionis aut suggestu locutus; neque enim erat adhuc cui imputaretur.*

*[56] Spectator flagitii Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentis, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis pavidus et socordia innocens. Quattuor centuriones duetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. Nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed quod in seditionibus accidit, unde plures erant omnes fuere. Nocte quae kalendas Ianuarias secuta est in coloniam Agrippinensem aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat quartam et duetvicensimam legiones proiectis Galbae imaginibus in senatus ac populi Romani verba iurasse. Id sacramentum inane visum: occupari nutantem fortunam et offerri principem placuit. Missi a Vitellio ad legiones legatosque qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscitis aut, si concordia et pax placeat, faciendum imperatorem: et minore discrimine sumi principem quam quaeri.*

*[57] Proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus et legatis Fabius Valens. Is die postero coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus imperatorem Vitellium consalutavit. Secutae ingenti certamine eiusdem provinciae legiones; et superior exercitus, speciosis senatus populiue Romani nominibus relictis, tertium nonas*



gan itsatsitako izaeran. Baina legio beretan jarrera ezberdinak ziren: I.a eta V.a matrakosoak ziren, Galbaren estatuei harrika egiteraino; XV. eta XVI. legioak, marmario eta mehatxuetara baizik ez ausarturik, eztandaren hasierari inguruan begiratzen zioten. Baina goi aldeko armadan, IV. eta XXII. legioek, negu-kuartel beretan kanpaturik zeudenek, urtarrileko kalenden egun berean, Galbaren irudiak apurtzen dituzte; IV.ak zirt-zart, XXII.ak ezbaian, gero denak batera. Agintea-  
rekiko errespetutik apartatzen zirenik eman ez zezan, euren zinean senatuaren eta erromatar herriaren izen jada ahaztuak inbokatzen zituzten, Galbaz ezein legatu ez tribuno axolatu gabe, batzuek, nahasmenean ohi bezala, asaldura nabarmenkiago eraginez. Inork ez zuen, hala ere, harenga modura edo tribunatik hitz egin, artean ez baitzegon noren aurrean merituek irabazirik.

**56.** Lotsagarrikeriaren ikusle, Hordeonio Flako legatu kontsularra zegoen, zeina ez baitzen ausartu gehiegizkoei eusten, ez zalanzkorrak atxikitzen, ez zintzoak animatzen, baizik geldi egon, dardar eta ezgaitasunagatik errugabe. XXII. legioko lau zenturioi, Nonio Rezepto, Donazio Valente, Romilio Martzelo, Kalpurnio Repentino, Galbaren estatuak babesten saiatzean, soldaduen eta kateatuen oldarrez erauziak izan ziren, eta jadanik inorentzat ez zuen balio leialtasunak edo aurreko obediencia gomutak, sedizioetan gertatu ohi denak baizik: gehienak nongo, denak hango. Urtarrileko kalenden hurrengo gauean, IV. legioko arrano-eramaleak, Kolonia Agripinensean, bazkaltzen ari zen Viteliori iragartzen dio IV. eta XX. legioek, Galbaren irudiak eraitsirik, senatuaren eta erromatar herriaren izenean zin egin zutela. Zin hori alferreko begitandu zen: zori ezbaikorrari heldu eta printze bat eskaintzea pentsatu zen. Viteliok legioei eta legatuei mezulariak bidali zizkien ezen Germania Garaiko armada Galbarengandik bereizi egin zela. Beraz, edo disidenteen aurka borrokatu behar zen, edo, elkartasuna eta bakea nahiago baziren, printzea izendatu; eta printzea hautatzea bilatzea baino arrisku txikiagoa ei zen.

**57.** Hurbilenak I. legioko kuartelak ziren, eta legaturik prestena Fabio Valente. Honek, biharamunean legioko eta tropa laguntzaileetako zaldizkoekin Kolonia Agripinensean sarturik, Vitelio enperadore gisan agurtu zuen. Probintzia bereko legioek nork lehenago jarraitzen diote. Eta Garaiko armada, senatuaren eta erromatar herriaren izen engainagarriak utzirik, Viteliorengana pasatu zen urtarrileko nonen aurreko

*Ianuarias Vitellio accessit: scires illum priore biduo non penes rem publicam fuisse. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treviri, Lingones aequabant, auxilia equos, arma pecuniam offerentes, ut quisque corpore opibus ingenio validus. Nec principes modo coloniarum aut castrorum, quibus praesentia ex affluenti et parta victoria magnae spes, sed manipuli quoque et gregarius miles viatica sua et balteos phalarasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae trahebant, instinctu et impetu et avaritia.*

*[58] Igitur laudata militum alacritate Vitellius ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disponit, vacationes centurionibus ex fisco numerat, saevitiam militum plerosque ad poenam exposcentium saepius adprobat, raro simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus; Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum astu subtraxit. Exarserat in eum iracundia exercitus tamquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. Grata erat memoria Capitonis, et apud saevientis occidere palam, ignoscere non nisi fallendo licebat: ita in custodia habitus et post victoriam demum, stratis iam militum odiis, dimissus est. Interim ut piaculum obicitur centurio Crispinus. Sanguine Capitonis [se] cruentaverat eoque et postulantibus manifestior et punienti vilior fuit.*

*[59] Iulius deinde Civilis periculo exemptus, praepotens inter Batavos, ne supplicio eius erox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartae decimae legionis auxilia, tum discordia temporum a legione digressae, prout inclinassent, grande momentum sociae aut adversae. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones, de quibus supra rettulimus, occidi iussit, damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentis. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicae provinciae legatus, quem mox Vitellius generum adscivit, et Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector, cum Italica legione e ala Tauriana Lugduni tendentibus. Nec in Raeticis copiis mora quo minus statim adiungerentur: ne in Britannia quidem dubitatum.*

hirugarrenean; pentsa zenezake hura ez zela aurreko bi egunetan errepublikaren alde egon. Agripinenseek, treveroek, lingoiak armaden berotasuna berdintzen zuten, errefortzuak, zaldiak, armak, dirua eskainiz, bakoitzak indarrean, baliabideetan, telentuan zenbat balio zeukan kontu. Eta, garaipena lortuz gero, una oparo eta itxaropenak handi zitzaizkien kolonia edo kanpamenduetako printzipalek ez ezik, manipuluek eta soldadu soilak ere euren arrazioak eta soin-uhalak eta falerak, zilarrez ederturiko arma-apainduriak, diru ordeaz ematen zituzten, kitzikaz eta oldarrez eta gutiziaz.

**58.** Beraz, soldaduen berotasuna goraldu ondoren, Viteliok zaldunen artean banatzen ditu Printzipatuko zerbitzuak, libertoek eramaten zituztenak, zenturioiei lizentziamenduak fiskotik ordaintzen dizkiete, askorentzat suplizioa eskatzen zuten soldaduen ankerkeria maizegi onesten du, gutxitan saihesten ditu kateatzearen aitzakiaz. Ponpeio Propinkuo Belgikako prokuradorea berehalaxe hil zuten; Julio Burdon, germaniar flotako komandantea, maltzurtasunez libratu zuen. Armadaren haserrea haren aurka sutu zen, Fonteio Kapitonon aurkako salaketa eta, gero, azpikeriak bilbatu ei zituelako. Kapitonon gomuta atsegingarria zen eta, haserretuen artean, publikoki erailteza zilegi zen, ez, oster, barkatzea, engainuz ez bazen; hala, zaintzapean eduki eta, azkenean, garaipenaren ondoren, soldaduen gorrotoak bareturik, alde egiten utzi zioten. Bitartean, Krispino zenturioia eskaintzen dute ordain-biktimatzat. Kapitonon odolez beratu zen eta eskatzaileentzat konbiktuago eta zigortzailearentzat doilorrago izan zen.

**59.** Gero Julio Zivil, batavoen artean eragintsua, arriskutik salbatua izan zen, haren suplizioagatik herri gerrazale hura alden ez zedin. Lingoiak hirian baziren, izan ere, batavoen zortzi kohorte, XIV. legioko tropa laguntzaile, garai hartako indiziplinagatik legiotik orduantxe apartatu zirenak, indar handia bera, norantz makur zitezen kontu, aliatu ala etsaieganantz. Aurrerago aipatu ditugun Nonio, Donazio, Romilio, Kalpurnio zenturioiak erailteko agindu zuen, matxinatuen artean larriena zen desleialtasun salaketaz kondenaturik. Bandora bildu ziren Valerio Asiatiko, Belgikako probintziako legatua, gero Viteliok suhitzat hartu zuena, eta Junio Bleso, Galia Lugdunenseko gobernadorea, Lugdunon kanpaturik zeuden italiar legio eta hegal taurianoarekin batera. Tropa retikoetan ere ez zen atzerapenik izan, berehalaxe bil zitezen. Britanian ere ez zen dudarik izan.

[60] Praeerat Trebellius Maximus, per avaritiam ac sordis contemptus exercitui invisusque. Accendebat odium eius Roscius Coelius legatus vicensimae legionis, olim discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperant. Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Coelio, spoliatas et inopes legiones Coelius Trebellio obiectabat, cum interim foedis legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta eoque discordiae ventum ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus et adgregantibus se Coelio cohortibus alisque desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. Quies provinciae quamquam remoto consulari mansit: rexere legati legionum, pares iure, Coelius audendo potentior.

[61] Adiuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius duos duces, duo itinera bello destinavit: Fabius Valens adlicere vel, si abnuerent, vastare Gallias et Cottianis Alpibus Italiam inrumpere, Caecina propiore transitu Poeninis iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quintae legionis et cohortibus alisque, ad quadraginta milia armatorum data; triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetvicensima fuit. Addita utrique Germanorum auxilia, et quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus.

[62] Mira inter exercitum imperatoremque diversitas: instare miles, arma poscere, dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur: non obstande hiemem neque ignavae pacis moras: invadendam Italiam, occupandam urbem; nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis quam consulto opus esset. Torpebat Vitellius et fortunam principatus inertis luxu ac prodigiis epulis praesumebat, medio diei temulentus et sagina gravis, cum tamen ardor et vis militum ultro ducis munia implebat, ut si adesset imperator et strenuis vel ignavis spem metumve adderet. Instructi intentique signum perfectionis exposcunt. Nomen Germanici Vitellio statim additum: Caesarem se appellari etiam victor prohibuit. Laetum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum agebat,

**60.** Hango buru Trebelio Maximo zen, diru-gose eta doilorkeriagatik armadarentzat arbuaiatua eta gorrortagarria. Harenganako gorrotoa Roszio Zeliok pizten zuen, XX. legioko legatua bera, lehendik ere konpontzen ez zena, baina, gerra zibilak zirela eta, bortizkiago lehertu zena. Trebeliok Zeliori sedizio-jitea eta diziplina-ordenaren nahasmena aurpegiratzen zizkion; Zeliok Trebeliori, legioen espoliazioa eta pobretasuna, noiz eta tarte horretan, buruzagien arteko borroka nazkagarrien erruz, armadaren errespetua andeatu eta hainbesteko desordenara iritsi zirenean, ezen Trebeliok, indar laguntzaileko soldaduen laidoek ere errefusaturik, kohortek eta zaldieriak abandonaturik, Vitelioren babespera ihes egin baitzuen. Legatu kontsularra aldendu aren, Probintziaren lasaitasunak jarraitu zuen. Legioen komandanteek gobernatu zuten, eskubidez berdinak, baina Zelio ausardiagatik ahaltsuago zela.

**61.** Britaniar armadaren atxikimenduarekin indar eta balibaideetan eskerga, Viteliok bi buruzagi, bi ibilbide izendatu zituen gerrarako. Fabio Valentek Galiak erakartzeko edo, ukatzen baziren, suntsitzeko eta Alpe Kotianoetatik Italian sartzeko agindua hartu zuen; Zezinak, gailur peninoetatik jaisteko igarobiderik hurbilenetik. Valenteri Behe-reko armadako destakamenduak eman zitzaizkion, V. legioko arranoarekin eta kohorte eta hegal laguntzaileekin; berrogei bat mila gizon armatu. Zezinak hogeita hamar mila zeramatzan Germania Garaitik, zeintzuen bermea XXI. legioa zen. Biei germaniarren tropa laguntzaileak gehitu zitzaizkien, zeintzuekin Viteliok ere indarrak osatu zituen, gerraren tamaina guztiarekin jarraitzeko gertu.

**62.** Kontraste harrigarria armadaren eta jeneralaren artean: soldadua bultzaka, gudu eske; Galiak dardar, Hispaniak zalantzan zireno, ez ei ziren oztupo ez negua, ez bake traketsaren atzerapenak; Italia inbaditu behar zen, Hiria okupatu; ez ei zegoen azkartasuna baino segurragorik liskar zibiletan, non ekintza aholkua baino beharrago zen. Vitelio, berriz, taket zegoen eta printzegoaren pribilegioa aurretiaz hartzen zuen nagikeria zabarez eta oturuntza mardulez, eguerdirako mozkor eta asearen astunez, soldaduen berotasunak eta kemenak buruzagi lana mukuruz betetzen zuela, jenerala bertan balego bezala, kemen-tsuei edo koldarrei itxaropena edo beldurra sartuz. Formatuak eta erne, abiatzeko seinalea eskatzen dute. Viteliori laster erantsi zitzaion Germaniko izena, baina, garaile zela ere, Zesar dei zezaten debekatu zuen. Fabio Valente eta gerrara zeraman armadarentzako augurio

*ipso profectionis die aquila leni meatu, prout agmen incederet, velut dux viae praevolavit, longumque per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies interritae alitis fuit ut haud dubium magnae et prosperae rei omen acciperetur.*

[63] *Et Treviros quidem ut socios securi adiere: Divoduri (Mediomatricorum id oppidum est) quamquam omni comitate exceptos subitus pavor terruit, raptis repente armis ad caedem innoxiae civitatis, non ob praedam aut spoliandi cupidine, sed furore et rabie et causis incertis eoque difficilioribus remediis, donec precibus ducis mitigati ab excidio civitatis temperavere; caesa tamen ad quattuor milia hominum. Isque terror Gallias invasit ut venienti mox agmini universae civitates cum magistratibus et precibus occurrerent, stratis per vias feminis puerisque: quaeque alia placamenta hostilis irae, non quidem in bello sed pro pace tendebantur.*

[64] *Nuntium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium aut formidine permotus: bellumolvebat. Gallis cunctatio exempta est: in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus. Benigne excepti modestia certavere, sed brevis laetitia fuit cohortium intemperie, quas a legione quarta decima, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adiunxerat. Iurgia primum, mox rixa inter Batavos et legionarios, dum his aut illis studia militum adgregantur, prope in proelium exarsere, ni Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset. Frustra adversus Aeduos quaesita belli causa: iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper commeatus praebuere. Quod Aedui formidine Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica et ala Tauriana abductae: cohortem duodevicensimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens legatus Italicae legionis, quamquam bene de partibus meritis, nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.*

dohatsu gisan, abiatzeko egunean bertan, arrano bat, birunda leunez, zutabeak aurrera egin ahala, aurretik hegatu zen bide-erakusle gisan, eta soldadu poztuen oihuak, bidaldi luzean, eta hegazti izukaitzaren patxada ere hainbestekoak izan ziren, ezen gertaera handi eta prospe-roaren seinaleztat hartu baitzituzten.

**63.** Eta treveroengana beldur gabe hurreratu ziren, noski, aliatuenga-na bezala. Divoduron (mediomatrikoen hiria berau), deneriko abegi onez hartuak izan arren, bat-bateko ikarak izutu zituen, armak arrapa-taka hartuz hiri errugabearen sarraskirako, ez harrapaki bila edo espo-lío gogoz, baizik sumin eta amorru eta arrazoi ezkutuengatik eta, beraz, erremedio zailagokoengatik, harik eta, buruzagiaren erreguek mantsoturik, hiria suntsitzea baztertu zuten. Hala ere, lau bat mila gizon hil ziren. Eta Galietan zehar halako izua zabaldu zen, ezen hiri osoak euren magistratu eta erreguekin bazetorren zutabearen bila irten baitziren, bideetan emakumeak eta haurrak hedaturik, eta etsaien haserrearen beste edozein baregarri eskaintzen baitzuten, ez noski gerra-egoeran, bakearen alde baizik.

**64.** Galbaren heriotzaren eta Otonen tronuratzearen berri leukoen hirian hartu zuen Fabio Valentek. Soldaduen gogoa ez zen pozera ez beldurre-ra aldatu: gerra gainean zebilen. Galoen artean zalantza desegin zen. Otoni eta Viteliori gorroto berdina zioten; Viteliori beldurra ere bai. Hurbilena lingoien hiria zen, bandoaren fidela. Onbera hartuak izanik, moderazioan lehiatzen ziren, baina poza laburra izan zen kohorteen neu-rrigabekeriagatik, zeintzuk, XIV. legiotik bereiztu ondoren, arestian gogoratu dugunez, Fabio Valentek bere armadara batu baitzituen. Lehe-nik irainak, gero borrokak batavoen eta legionarioen artean, soldaduen hobespenak hauen edo haiengana jotzen zuela; ia guduan kateatu izan-go ziren, Valentek, bakan batzuk zigortuz, batavoak jadanik ahaztua zuten obedienciaz ohartarazi ez balitu. Eduoen aurka alferrik bilatu zen gerrabiderik: dirua eta gerra-gaiak jartzeko agindurik, hornidura doako-ak ere eman zituzten. Eduoek beldurrez egina lugdunoarrek pozik egin zuten. Baina italiar legioa eta hegal taurianoa erretiratu egin zituzten. XVIII. kohortea Lugdunon gelditzea egokitatzat jo zuten, kuartelak eza-gutzen baitzituzten. Italiar legioko legatu Manlio Valentek, bandoareki-ko merituak egina izan arren, Viteliorengan ez zeukan inolako begiru-nerik. Fabiok, hark jakin gabe, inkriminazio ezkutuz difamatu zuen eta, ezjakinago egonik engainatua izan zedin, agerian goraldu zuen.

[65] *Veterem inter Lugdunensis [et Viennensis] discordiam proximum bellum accenderat. Multae in vicem clades, crebrius infestiusque quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba relictus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat; multus contra in Viennensis honor: unde aemulatio et invidia et uno amne discretis conexum odium. Igitur Lugdunenses extimulare singulos militum et in eversionem Viennensium impellere, obsessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in praesidium Galbae referendo. Et ubi causas odiorum praetenderant, magnitudinem praedae ostendebant, nec iam secreta exhortatio, sed publicae preces: irent ultores, excinderent sedem Gallici belli: cuncta illic externa et hostilia: se, coloniam Romanam et partem exercitus et prosperarum adversarumque rerum socios, si fortuna contra daret, iratis ne relinquerent.*

[66] *His et pluribus in eundem modum perpulerant ut ne legati quidem ac duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur, cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta et infulas praeferentes, ubi agmen inceserat, arma genua vestigia prensando flexere militum animos; addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas dignitasque coloniae valuit et verba Fabi salutem incolumitatemque Viennensium commendantis aequis auribus accepta; publice tamen armis multati, privatis et promiscis copiis iuvare militem. Sed fama constans fuit ipsum Valentem magna pecunia emptum. Is diu sordidus, repente dives mutationem fortunae male tegebat, accensis egestate longa cupidinibus immoderatus et inopi iuventa senex prodigus. Lento deinde agmine per finis Allobrogum ac Vocontiorum ductus exercitus, ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce, foedis pactionibus adversus possessores agrorum et magistratus civitatum, adeo minaciter ut Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. Quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur. Sic ad Alpis perventum.*



**65.** Lugdunotarren eta vienarren arteko aspaldiko liskarrak azken gerra sutu egin zuen. Elkar-hondamen asko eta Neron eta Galbagatik bakarrik borrokatzeko baino maizago eta lazkiago gertatu ziren. Eta Galbak lugdunotarren errentak fiskorako kendu zituen, haien haserrearen okasioaz baliaturik; vienarrentzat, ostera, begirune handia izan zen; hortik zetozen etsaigoa eta gorrotoa eta ibai bakarrak bereizten zituenen ezinikusi batzailea. Hala, lugdunoarrek soldadu bakoitza vienarren suntsipenera kitzikatzen eta xaxatzen zuten, esanez euren kolonia haiek setiatua izan zela, Vindizeren saialdia babestu zutela, berriki legio batzuk sartu zituztela, Galbari laguntzeko. Eta gorrotoen arrazoiak azaldu ondoren, harrapakariaren tamaina erakusten zieten. Eta jada ez zen isilpeko harenga, erregu ageriak baizik: joan zitezela mendekatzaille, agor zezatela galiar gerraren iturburua; hangoa dena zela arrotz eta etsai; zortea beste aldera jausten bazen, ez zitzatela amorratuen esku utz eurak, erromatar kolonia eta armadaren zati eta onean zein txarrean lagun zirenak.

**66.** Horrelako eta bestelakoekin eragin zuten ezen legatuek eta alderdietako buruzagiek ere ez zezatela armadaren sumina iraungi zitekeenik sinets, eta orduan vienarrek, ez arriskuaren ezjakile, zuta-been iritsieran beloak eta infulak zeramatzatela, armak, belaunak, oinak besarkatuz, soldaduen gogoak biguntzea lortu zuten; Valentek hirurehun bana sestertzioz saritu zituen. Orduan koloniaren antzintasuna eta nortasuna indarberritu zen, eta vienarren salbamena eta onezkotasuna gomendatzen zuten Fabioren hitzak belarri aldekoz hartuak izan ziren. Hala ere, ofizialki armetan zigortuak izanik, soldaduari baliabide pribatuz eta mota ezberdinekoz lagundu zioten. Baina esamesa sinesgarri bat izan zen ezen Valente bera kopuru handi baten truke erositako izan zela. Luzaro miserian, tanpez aberats, zorte aldakuntza gaizki estaltzen zuen, neurri gabe eta irrisak txirotasun luzeak pizturik, eta gaztaro urriaren xahutzaile zahar. Gero, ibilera mantxoan, alobrogoen eta vokontzioen lurretan zehar eraman zuten armada, buruzagiak bidaldiekin eta kanpaldien aldakuntzekin tratu itsusiak eginez, hain larderiatsu, ezen zuziak Lukora (vokontzioen hiria berau) hurbildu baitzituen, diruz baretu zuten arte. Dirukia falta zenean, larru-jotzez eta adulterioz mantsotzen zen. Horrelaxe iritsi ziren Alpeetara.

[67] *Plus praedae ac sanguinis Caecina hausit. Inritaverant turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens olim armis virisque, mox memoria nominis clara, de caede Galbae ignari et Vitellii imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac festinatio unaetvicensimae legionis; rapuerant pecuniam missam in stipendium castelli quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur. Aegre id passi Helvetii, interceptis epistulis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem et quosdam militum in custodia retinebant. Caecina belli avidus proximam quamque culpam, antequam paeniteret, ultum ibat: mota propere castra, vastati agri, direptus longa pace in modum municipii exstructus locus, amoeno salubrium aquarum usu frequens; missi ad Raetica auxilia nuntii ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur.*

[68] *Illi ante discrimen feroces, in periculo pavidī, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere. Exitiosum adversus veteranos proelium, intuta obsidio dilapsis vetustate moenibus; hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus, sueta armis et more militiae exercita. Undique populatio et caedes: ipsi medio vagi, abiectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem Vocetium perfugere. Ac statim immissa cohorte Thraecum depulsi et consecrantibus Germanis Raetisque per silvas atque in ipsis latebris trucidati. Multa hominum milia caesa, multa sub corona venundata. Cumque dirutis omnibus Aventicum gentis caput infesto agmine peteretur, missi qui dederent civitatem, et deditio accepta. In Iulium Alpinum e principibus ut concitorem belli Caecina animadvertit: ceteros veniae vel saevitiae Vitellii reliquit.*

[69] *Haud facile dictu est, legati Helvetiorum minus placabilem imperatorem an militem invenerint. Civitatis excidium poscunt, tela ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem verbis et minis temperabat, cum Claudius Cos-*

**67.** Zezinak harrapaki eta odol gehiago irentsi zuen. Helvezioek haren jenio eroa irritu zuten, behinola galiar nazio gurena euren armengatik, gero izenaren gomutagatik, Galbaren heriotzaren ezjakinan eta Vitelioren agintearen muzinean. Gerraren hasbide XXI. legioaren diru-gosea eta ezinegona izan ziren: soldatarako dirua ostu egin zuten, helvezioek euren soldaduz eta estipendioz aspalditik atxikitzen zuten gaztelutik. Gertakaria oso gaizki hartu zuten helvezioek, germaniar armaden izenean panoniar legioei bidaltzen zitzairen gutuna mozturik, zenturioia eta soldadu batzuk atxilo zeuzkaten. Zezina, gerra-gose, bazihoan sortzen zen lehen falta zigortzera, haiek damutu aurretik. Kanpamendua azkar jaso zuten, zelaiak suntsitu zituzten, bake luzeari esker udalerri mailara jasotako leku bat, ur osasungarrien gozamenen maiz erabiliz, txikitu zuten. Retoen indar laguntzaileei mezulariak bidali zizkieten, helvezioei atzetik eraso ziezaieten, legioari aurre egiten zienean.

**68.** Haiek, trantzearen aurrean harro, arriskuan dardarti, iskanbila hasieran buruzagitzat Klaudio Severo hautatu bazuten ere, ez zuten armarik ezagutzen, ez ordenarik jagoten, ez batera jokutzen. Beteranoen aurkako gudua hondagarri zitzairen, eta inguru-hesia makala, denboraren joanean harresiak deseginik. Alde batetik, Zezina armada ahaltsuagaz; bestetik, retoen zaldizko eta oinezkoak, eta retoen euren gazteria, armetan ohitua eta miliziako disziplinan trebatua. Denean arpilaketa eta sarraskia; haiek, erditik noraezean, armak jaurtirik, gehienak zauriturik edo deslai, Vozetio mendian abarotu ziren. Eta, traziarren kohorte bat berehala oldarturik, jaurtiak izan ziren, eta oiha-netan eta gordelekuetan bertan ezpataz pasatuak, atzetik joan zitzaizkien germaniar eta retoen aldetik. Milaka eta milaka gizon hilak izan ziren, asko gerrako atxilo salduak; eta, dena txikiturik, eraso formazioan Aventiko nazio-hiribururantz zihoazela, hiriaren entregatzaileak bidali zituzten, eta errendizioa onartua izan zen. Zezinak Julio Alpino, gorenetariko bat, gerraren xaxatzaile gisan zigortu zuen. Besteak Vitelioren barkamen edo ankerkeriaren pentzudan utzi zituen.

**69.** Ez da erraza esatea helvezioen ordezkariak buruzagia ala soldadua aurkitu zuten ez-barkaberago. Hiriaren txikizioa eskatzen dute, arma- eta esku-plantak egiten dituzte ordezkarien aurpegira. Viteliok ere ez zuen hitzik eta mehatxurik gordetzen, ordezkarietariko Klaudio Kosok, etorri ezaguneko baina hitz egiteko artea dardara egokian

*sus, unus ex legatis, notae facundiae sed dicendi artem apta trepidatione occultans atque eo validior, militis animum mitigavit. Ut est mos, vulgus mutabile subitis et tam pronum in misericordiam quam immodicum saevitia fuerat: effusis lacrimis et meliora constantius postulando impunitatem salutemque civitati impetravere.*

*[70] Caecina paucos in Helvetiis moratus dies dum sententiae Vitellii certior fieret, simul transitum Alpium parans, laetum ex Italia nuntium accipit aliam Silianam circa Padum agentem sacramento Vitellii accessisset. Pro consule Vitellium Siliani in Africa habuerant; mox a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati ac tum in Italia manentes, instinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant, transiere in partis et ut donum aliquod novo principi firmissima transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas, adiunxere. Id Caecinae per ipsos compertum. Et quia praesidio alae unius latissima Italiae pars defendi nequibat, praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petriana, ipse paulum cunctatus est num Raeticis iugis in Noricum flecteret adversus Petronium Vrbcum procuratorem, qui concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus fidus Othoni putabatur. Sed metu ne amitteret praemissas iam cohortis alasque, simul reputans plus gloriae retenta Italia et, ubicumque certatum foret, Noricos in cetera victoriae praemia cessuros, Poenino itinere subsignatum militem et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus transduxit.*

*[71] Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere: dilatae voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita, eoque plus formidinis adferebant falsae virtutes et vitia reditura. Marius Celsus consulem designatum, per speciem vinculorum saevitiae militum subtractum, acciri in Capitolium iubet; clementiae titulus e viro claro et partibus inviso petebatur. Celsus cons-*

ezkutatuz eta horregatik sarkorrago, soldaduaren gogoa bigundu zuen arte. Ohi denez, herri xeheak, ankerkerian gehiegizko izana zen bezain tanpez aldakor eta errukirako gertu, malkoa zeriola eta tratu hobe eta iraunkorragoa eskatuz, hiriaren zigor eza eta biziraupena lortu zuen.

**70.** Zezinak, egun gutxi batzuetan, Vitelioren erabakiaren berri jakin arte, helvezioen herrian gelditu ondoren, aldi berean Alpeen igarotzea prestatuz, Italiatik albiste pozgarria hartzen du ezen siliar hegala, Pado aldean kantonaturik zegoena, Viteliorenganako zinera bildu zela. Siliarrek Vitelio prokotsul izana zuten Afrikan. Gero Neronek Egiptora aurrelari bidaltzeko deituak eta Vindizeren gerragatik etorraraziak izanik, eta garai hartan Italian egonik, dekurioien kitzikaz, zeintzuek, Oton ezagutzeke, Viteliori lotuek, bazetozen legioen sendotasuna eta germaniar armadaren ospea goratzen baitzuten, haren bandora pasatu ziren eta, printze berriarentzako opari modukotzat, Padoz handiko lurraldeko udalerririk gotortuenak eman zituzten: Mediolano eta Novaria eta Eporedia eta Verzella. Zezinari eurek azaldu zioten egoera. Eta Italiaren zati txit hedatsu hura zaldieriako destakamendu bakarraren babesez defendatzerik ez zegoenez, galiar, lusitaniar eta britaniarren kohorteak eta germaniarren eskuadroiak hegala petrianoagaz bidaliak izan ondoren, bera apur bat dudana egon zen ea retoen gailurretatik Norikorantz joko ote zuen Petronio Urbiko gobernadorearen aurka, zeina, indar laguntzaileak deiturik eta ibaietako zubiak mozturik, Otonen leialtzat jotzen baitzuten. Baina, jada bidalitako oinezko eta zaldizko indarrak galtzeko beldurrez, aldi berean pentsatuz ezen Italiari eusten aintza handiagoa izango zela eta, nonahi borrokatzen zela ere, norikoek garaipenaren beste sarietara joko zutela, soldadu legionarioa eta legioen zutabe astuna ibilbide peninotik pasatu zituen, Alpeak oraindik neguan zeudela.

**71.** Bitartean, Oton, denek usteaz bestera, ez zen atseginetan eta nagierian zabartzen. Plazerrak atzeratuak izan ziren, alferkeria disimulatua, eta dena agintearen ederrera eratu zen, eta horregatik gezurrezko bertuteak eta itzuliko ziren bizioak beldurgarriago ziren. Mario Zelso, soldaduen ankerkeriari kateatze itxuran kendua, Kapitoliara joanarazteko agintzen du. Klementzia-gradua bilatzen zen, gizon guren eta fakzioarentzat gorrotagarriaren bitartez. Zelsok, Galbari gordetako leialtasunaren salaketa irmoki aitortu zuenak, aurrekariari gogoz eutsi

*tanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit. Nec Otho quasi ignosceret sed deos testis mutuae reconciliationis adhibens, statim inter intimos amicos habuit et mox bello inter duces delegit, mansitque Celso velut fataliter etiam pro Othone fides integra et infelix. Laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus cui irascebantur.*

*[72] Par inde exultatio disparibus causis consecuta impetrato Tigellini exitio. Ofonius Tigellinus obscuris parentibus, foeda pueritia, impudica senecta, praefecturam vigilum et praetorii et alia praemia virtutum, quia velocius erat, vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, virilia scelera, exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone, quaedam ignaro ausus, ac postremo eiusdem desertor ac proditor: unde non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt, diverso adfectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium. Apud Galbam Titi Vinii potentia defensus, praetextentis servatam ab eo filiam. Haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis, sed effugium in futurum, quia pessimus quisque diffidentia praesentium mutationem pavens adversus publicum odium privatam gratiam praeparat: unde nulla innocentiae cura sed vices impunitatis. Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia, concurrere ex tota urbe in Palatium ac fora et, ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi seditiosis vocibus strepere, donec Tigellinus accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio inter stupra concubinarum et oscula et deformis moras sectis novacula faucibus infamem vitam foedavit etiam exitu sero et inhonesto.*

*[73] Per idem tempus expostulata ad supplicium Calvia Crispinilla variis frustrationibus et adversa dissimulantis principis fama periculo exempta est. Magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum, famem populo Romano haud obscure molita, totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio sub-*

zion. Eta Tononek, ez barkatuz bezala, jainkoak elkar-adiskidetzearen lekuko jarritz baizik, berehala bere lagun mintzat hartu eta gerrarako buruzagien artekotzat hautatu zuen, eta Zelsorengan, patuz bezala, Otonenganako ere leialtasun oso eta dohakabeak iraun zuen. Zelsoren salbamena, Hiriko jaunentzat pozgarri, herri xeheak ospatua, soldaduentzat ere ez zen gozakaitz izan, amorrua zioten bertute bera mires-ten baitzuten.

**72.** Arrazoi ezberdinengatik, bozkario berberak jarraitu zuen, Tigelinoren galera lortutakoan. Ofonio Tigelinok, guraso ilunetako, haurtzaro itsusiko, zahartzaro lizuneko, begiraleen eta pretorioko nagusigoa eta bertuteentzako beste zenbait sari bizioekin lortu ondoren, bide azkarragoa baitzen, gero ankerkerian, ondoren diru-gosean, gizon-krimenetan jardun zuen, Neron zeinahi gaizkintzatarako ustelaraziz, zenbait gauzatara haren ezjakinean ausartuz, eta azkenik, haren desertore eta traidore; hortik beste inoren zigorrik setatiago ez aldarrikatzea, Neronenganako gorrotoak edo desioak zirauenengan kontrako sentimenduak zirela. Galbaren aurrean babestua izan zen, Tito Vinioren itzalagatik, zeinak aitzakia ematen baitzuen bere alaba harexek salbatua izan zela. Eta salbatu egin zuen, bai, ez errukiz, hainbeste hildakoa baitzen, etorkizunerako babes gisan baizik, zeren zantar guztiek, oraineango mesfidantzaz aldakuntzaren beldur, gorroto publikoaren aurrean esker on pribatua prestatzen baitute; ez dago, beraz, inondiko errugabetasun ardurarik, inpunitate trukea baizik. Horrekin herriarentzat etsaiago, Tigelinorenganako gorroto zaharrari Tito Viniorenganako ezinikusi berria gehiturik, Hiriko alde guztietatik Jauregirantz eta plazetarantz lasterkatu eta bulgoarentzat laxokeriarik handiena dagoen zirku eta antzokietarantz sakabanatu ziren, eta sedizio oihuekin iskanbila sortu, harik eta Tigelinok, azken patuaren berri, Sinuesako bainuetan, larru-jotze eta amoranteen laztanen eta atzerapen higuin-garrien artean harturik, lepoa labanaz ebaki ondoren, bizitza infamea azken berankor eta hitsez areago orbandu zuen arte.

**73.** Garai berean, Kalvia Krispinila, supliziorako erreklamaturia, arriskutik libratua izan zen zenbait maratilaz eta ezjakin-buru egiten zuen printzearen kontrako marmarioz. Neronen plazerren andereño, Klodio Makro gerrara xaxatzeko Afrikara aldaturik, erromatar herriaren aurkako gosea ez hain ezkutuan bilbatu ondoren, gero Hiri guztiaren faborea lortu zuen, kontsular batekiko ezkontzan bermaturik eta

*nixa et apud Galbam Othonem Vitellium inlaesa, mox potens pecunia et orbitate, quae bonis malisque temporibus iuxta valent.*

[74] *Crebrae interim et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque [e] quietis prodigae vitae legisset. Paria Vitellius ostentabat, primo mollius, stulta utrimque et indecora simulatione, mox quasi rixantes stupra ac flagitia in vicem obiectavere, neuter falso. Otho, revocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum et ad legionem Italicam easque quae Lugduni agebant copias specie senatus misit. Legati apud Vitellium remansere, promptius quam ut retenti viderentur; praetoriani, quos per simulationem officii legatis Otho adiunxerat, remissi antequam legionibus miscerentur. Addidit epistulas Fabius Valens nomine Germanici exercitus ad praetorias et urbanas cohortis de viribus partium magnificas et concordiam offerentis; increpabat ultro quod tanto ante traditum Vitellio imperium ad Othonem vertissent.*

[75] *Ita promissis simul ac minis temptabantur, ut bello impares, in pace nihil amissuri; neque ideo praetorianorum fides mutata. Sed insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. Utrisque frustra fuit, Vitellianis inpune, per tantam hominum multitudinem mutua ignorantia fallentibus: Othoniani novitate vultus, omnibus in vicem gnaris, probabantur. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. Et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu: Vitellius victor clementiae gloriam tulit.*

[76] *Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. Idem ex Hispania adlatum laudatusque per edictum Cluvius Rufus: set statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam. Ne Aquitania quidem, quamquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. Nusquam fides aut*



Galba, Oton eta Viteliorekin erasoia izan gabe, gero ahaltsu diruagatik eta alarguntzagatik, aldi onetan zein txarretan berdin balio dutenak eurok.

**74.** Bitartean, Otonek Viteliori bidalitako gutun ugariz eta bigunkeria emekoiz infektatuek dirua eta grazia eta bizimodu laxorako hauta zezakeen edozein leku atsegin eskaintzen zioten. Viteliok antzeko gauzak agintzen zituen, lehenik oso xuabeki, bien aldetiko disimulu ergel eta zikinez; gero, deman bezala, euren fornikazio eta lotsagarrikeriak aurpegiratu zizkieten elkarri, batak ere ez gezurrez. Otonek, Galbak bidalitako legatuak etorrazirik, aldi berean senatuaren ize-nean beste batzuk bidali zituen germaniar armada bietara eta italiar legiora eta Lugdunon kantonaturiko tropetara. Legatuak Viteliogaz gelditu ziren, azkarregi, atxikiak iruditzeke. Otonek eskoltatzeko aitzakian legatuei erantsi zizkien pretoriarrek legioekin nahasi aurretik itzuli ziren. Fabio Valentek, germaniar armadaren izenean, pretoriar eta hiritar kohorteentzako gutunak gehitu zituen, harro euren alderdiaren indarraz eta ituna eskainiz. Horrez gainera, hainbat denbora lehenago Viteliori entregaturiko agintea Otoni transferitu izana gaitzesten zien.

**75.** Horrela, aldi berean agintzaz eta mehatxuz tentatzen zituzten, gerrarako ezgai eta bakean ezer ez galtzeko bezala. Eta horregatik ez zen pretoriarren leialtasuna aldatu. Baina Otonek Germaniara, Viteliok Hirira, azpijaleak bidali zituen. Bientzat alferrik izan zen; viteliarrrentzat inpuneki, hainbesteko gizonterian elkarren oharkabea pasatzen baitziren; otondarrak aurpegien nobedadeak salatzen zituen, denek elkar ezagutzen baitzuten. Viteliok Otonen anaia Tizianori gutuna idatzi zion, haren eta semearen galmenaz mehatxatzen zuela, bere ama eta seme-alabak onez gordetzen ez bazituen. Eta familia bitzuek iraun zuten, Otonen mende, ez jakin beldurrez edo; Vitelio garaileak klementziaren aintza eraman zuen.

**76.** Ilirikoko albiste bat izan zen Otoni konfiantza eman zion lehenengoa: Dalmazia eta Panonia eta Mesiako legioek mentasuna zin egin zioten. Hispaniatik zer bera iritsi zen eta Kluvio Rufo ediktu baten bitartez zoriondua izan zen; baina berehala jakin zen Hispaniak Vitelioren aldera jo zuela. Akitaniak ere, nahiz eta Julio Kordoren bitartez Otonen kausarekin lotu, ez zuen luzaro iraun. Inon ez zegoen leialtasunik edo maitasunik: beldurrez edo beharrez, hara-hona alda-

*amor: metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit, facili transitu ad proximos et validiores. Longinquae provinciae et quidquid armorum mari dirimitur penes Othonem manebat, non partium studio, sed erat grande momentum in nomine urbis ac praetexto senatus, et occupaverat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere; simul Aegyptus omnesque versae in Orientem provinciae nomine eius tenebantur. Idem Africae obsequium, initio Carthagine orto neque expectata Vipstani Aproniani proconsulis auctoritate: Crescens Neronis libertus (nam et hi malis temporibus partem se rei publicae faciunt) epulum plebi ob laetitiam recentis imperii obtulerat, et populus pleraque sine modo festinavit. Carthaginem ceterae civitates secutae.*

*[77] Sic distractis exercitibus ac provinciis Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat, Otho ut in multa pace munia imperii obibat, quaedam ex dignitate rei publicae, pleraque contra decus ex praesenti usu properando. Consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse; proximos mensis Verginio destinat ut aliquod exercitui Germanico delentimentum; iungitur Verginio Pompeius Vopiscus praetexto veteris amicitiae; plerique Viennensium honori datum interpretabantur. Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias, Arrio Antonino et Mario Celso in Septembris, quorum honoribus ne Vitellius quidem victor intercessit. Sed Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit, aut recens ab exilio reversos nobilis adulescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solacium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Saevino P . . . Senatorius locus. Repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant: placuit ignoscentibus verso nomine, quod avaritia fuerat, videri maiestatem, cuius tum odio etiam bonae leges peribant.*

*[78] Eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos adgressus Hispalensibus et Emeritensibus familia-*

tzen ziren. Narbonar probintzia ere beldurak Viteliorenganantz lerratu zuen, hurbil eta indartsuagoetara aisa pasatzen baita. Urrungo probintziak eta itsasoak bereizturik zeuden indar guztiak Otonen mende zeuden, ez haren alderdiarenganako zaletasunez, baizik Hiriaren ize-nak eta senatuaren ospeak pisu handia zeukatelako eta gogoak aurre-nen entzunak bereganatu zituelako. Vespasianok armada judaikoa, Muzianok Siriako legioak Otonen aldeko zinez behartu zituzten. Aldi berean, Egipto eta Ekialdeko probintzia guztiak haren izenean gorber-natuak ziren. Afrikan obedientzia berdina zegoen, ekimena Kartagon sortu zelarik, eta Vipstano Aproniano prokonsularen baimen zain egon gabe. Neronen liberto Kreszentek (une txarretan hauek ere zer publikoetan parte hartzen baitute) otordua eskaini zion plebeari agin-te berriaren pozagatik, eta gainerakoa herriak azkartu zuen. Kartago-ri beste hiriek jarraitu zioten.

**77.** Armadak eta probintziak horrela zatiturik, Viteliok, noski, gerra behar zuen, printzagoaren fortunaz jabetzeko; Otonek bake handian bezala aurre egiten zien aginte-eginkizunei: batzuei errepublikaren duintasunaren arabera, gehienei errespetuaren aurka, aldian aldiko etekinari tiratuz. Tiziano anaiarekin batera, bera izan zen kontsula martxoko kalendak arte. Hurrengo hiletarako Verginio izendatzen du, germaniar armadarenganako halako pizgarri gisan. Verginiori Pon-peio Vopisko batzen zaio, aspaldiko adiskidetasuna aitzaki. Askok ulertzen zuten vienarren ohorerako eman ziotela. Beste kontsulatuek Neronen edo Galbaren izendapenaren arabera jarraitu zuten: Zelio eta Flavio Sabino uztailenkoetara arte; Arrio Antonio eta Mario Zelso irai-lekoetara arte; kargu horiei Vitelio garaileak ere ez zien kontra egin. Baina Otonek, dignitate-gailurtzat, pontifikatuak eta auguratuak eman zizkien zahar lehendik ohoratuei, eta, ordainez, erbestetik berriki itzu-litako gazteak aititen eta aiten abadetzekin ohoratu zituen. Klaudio eta Neronen mende konkusio-salaketaz jausiak ziren Kadio Rufo, Pedio Bleso eta Eszevino Pakiori senatari postua bihurtu zieten. Barkatzai-leek egokitzen jo zuten, izena aldaturik, diru-gosea izan zena goi-trai-zio irudi zedin, zeinaren gorrotoz lege onak ere hiltzen baitziren orduan.

**78.** Bai hirietako, bai probintzietako gogoak eskuzabaltasun berdinez erakarri nahian, hispalenseei eta emeritenseei, oparitzat, familien ane-xioak eman zizkien; lingoi guztiei erromatar hiritargoa; betikar pro-

*rum adiectiones, Lingonibus universis civitatem Romanam, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit; nova iura Cappadociae, nova Africae, ostentata magis quam mansura. Inter quae necessitate praesentium rerum et instantibus curis excusata ne tum quidem immemor amorum statuas Poppaeae per senatus consultum reposuit; creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse spe vulgum adliciendi. Et fuere qui imagines Neronis proponerent: atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tamquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni Othoni adclamavit. Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu vel agnoscendi pudore.*

*[79] Conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur. Eo audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe Moesiam intruperant, ad novem milia equitum, ex ferocia et successu praedae magis quam pugnae intenta. Igitur vagos et incuriosos tertia legio adiunctis auxiliis repente invasit. Apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae dispersi aut cupidine praedae graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernecitate velut vincti caedebantur. Namque mirum dictu ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenire vix ulla acies obstiterit. Sed tum umido die et soluto gelu neque conti neque gladii, quos praelongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis et catafractarum pondere. Id principibus et nobilissimo cuique tegimen, ferreis lamminis aut praeduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum; simul altitudine et mollitia nivis hauriebantur. Romanus miles facilis lorica et missili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim scuto defendi mos est) comminus fodiebat, donec pauci qui proelio superfuerant paludibus abderentur. Ibi saevitia hiemis aut vulnerum absumpti. Postquam id Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua, Fulvus Aurelius et Iulianus Tettius ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis donantur, laeto Othone et glo-*

bintziari mauritaniar hiriak; pribilegio berriak Kapadoziari, berriak Afrikari, areago erakusgarri iraungarri baino. Uneko gorabeheren sakadagatik eta kezka estuengatik barkagarri ziren neurrian barruan, orduantxe ere amodioak ahaztu gabe, Popearen estatuak berjarri zituen senatu-konsultu baten bitartez. Herria erakartzeko itxaropenez, Neronen gomuta ospatzekotan ere ibili zela uste izan zen, eta izan ziren Neronen irudiak publikoan erakutsi zituztenak. Eta areago, zenbait egunetan, plebeak eta soldaduak, noblezia eta distira gehituko bailioten, Neron Oton gisan aldarrikatu zuten Oton. Hura, bere alde-  
tik, zalantzan ibili zen, debekatzen beldur edo onartzen lotsa.

**79.** Gogoak gerra zibilean zirela, kanpo-arazoak kezka gabe hartzen ziren. Horregatik, roxolanoak, herri sarmatak, ausardia handiagoz, aurreko neguan bi kohorte akabatu ondoren, Mesian sartu ziren itxaropen handiz, bederatzi mila zaldizko inguru, gerra-gose eta arrakas-  
tagatik borrokara baino harrapakira adiago. Hala, bada, III. legioak, tropa laguntzaileen gehigarritz, alderrai eta ezaxol zebiltzanei batbatean eraso zien. Erromatarren artean, dena gertu zegoen gudurako. Sarmatak, harrapaki grinaz sakabanatuak edo karga handiegiak trabatuak, eta zaldien abiadura bide labainek mozturik, kateatuak edo hilak ziren. Esateko ere harrigarria, noski, nola sarmaten kemen guztia nolabait euren baitatik at dagoen. Oinezko borrokarako ez dago gauza-ez denagorik; eskua droika datozenean, nekez jarki dakieke ezein gudu-formazio. Baina orduan, euri egun eta izotza urturik, ez pikek ez ezpatek, bi eskuekin txit luze erabiltzen dituztenek, ez zieten balio, zaldien labainez eta katafrakten astunez. Buruzagien eta noble nagusien babesa da berau, burdina-xaflaz edo oso larru gogorrez ehoa, kolpearen aurrean sargaitz bezain moldagaitz etsaien talkaz eraitsiak zutitzeko. Aldi berean, elurraren sakonerak eta biguntasunak irensten zituen. Erromatar soldaduak, lorika ondo maneiaturik eta lantza jaurtigarritz edo txabalinaz erasoka, aukera zenean, ezpata arina sartzen zion sarmata inermeari (ezkutuekin babesteko ohiturarik ez baitute), gudutik bizirik apartaturiko banaka batzuk zingiretan ezkutu ziren arte. Hantxe akabatu zituen neguaren edo zaurien ankertasunak. Gertaera horren berri Erroman jakin zenean, Mesia gobernatzen zuen Marko Aponio garaipen estatuarekin saritzen dute; Fulvo Aurelio eta Juliano Tetio eta Numisio Lupo, legioen legatuak, apainduria kontsularrekin, Oton pozik eta aintzaz harro zela, bera ere gerran

*riam in se trahente, tamquam et ipse felix bello et suis ducibus suisque exercitibus rem publicam auxisset.*

*[80] Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit. Septimam decimam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat; armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data. Is quo magis vacuus quietis castris iussa exequeretur, vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario iubet. Tempus in suspicionem, causa in crimen, adfectatio quietis in tumultum evaluit, et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. Fremit miles et tribunos centurionesque prodicionis arguit, tamquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur, pars ignari et vino graves, pessimus quisque in occasionem praedarum, vulgus, ut mos est, cuiuscumque motus novi cupidum; et obsequia meliorum nox abstulerat. Resistentem seditioni tribunum et severissimos centurionum obtruncant; rapta arma, nudari gladii; insidentes equis urbem ac Palatium petunt.*

*[81] Erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque; qui trepidi, fortuitusne militum furor an dolus imperatoris, manere ac deprehendi an fugere et dispergi periculosius foret, modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri; utque evenit inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. Sed haud secus discrimine senatus quam suo territus et praefectos praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat et abire prope omnis e convivio, iussit. Tum vero passim magistratus proiectis insignibus, vitata comitum et servorum frequentia, senes feminaeque per tenebras diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta et ut cuique humillimus cliens, incertas latebras petivere.*

*[82] Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus quo minus convivium inrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes, vulnerato Iulio Martiale tribuno et Vitellio Saturnino praefecto legionis, dum ruentibus obsistunt. Undique arma et*

zoriontsu bailitzan eta bere buruzagi eta bere armaden bitartez errepublika handitu bailuen.

**80.** Bitartean, hasiera koxkorreko sedizio batek, inondiko beldurrik ez zegoen lekuan sortuak, ia Hiriaren hondamena ekarri zuen. Otonek XVII. kohortea Ostiatik Hirira etorrarazteko agindu zuen. Hura armatzeko zeregina Valerio Krispino pretoriarren tribunoari utzi zioten. Honek, kanpamendu geldietan aginduak lasaiago betetzearren, armategia ireki ondoren, kohortearen ibilgailuak ilunkeran kargatzeko agintzen du. Ordua susmo bihurtu zen, motiboa salapen, lasaitasun-asmoa iskanbila, eta mozkorren artean ikusitako armek euron desioa piztu zuten. Soldaduak, marruz, tribunoak eta zenturioiak traizioz salatzen ditu, senatarien esklaboak Oton hondatzeko armatuko baliutze bezala, batzuek, ezjakin eta ardoak astundurik, txarrenek, harrapakirako aukera bila, bulgoak, ohi denez, edozein matxinada berriren irrikaz. Eta onenen portaera ona gauak ezereztu zuen. Sedizioari jarritzen zaion tribunoari eta zenturioirik zorrotzenei lepoa mozten diete; armak kentzen, ezpatak ateratzen dira; zaldira igorik, Hirirantz eta Jauregirantz doaz.

**81.** Oton oturuntza jendetsuan zegoen emakume eta gizon gurenekin. Hauek, ikaraz soldaduen bat-bateko haserrea ala enperadorearen azpikeria ote zen, gelditzea eta atxilotzen uztea ala ihes egitea eta sakabatatzea arriskutsuago ote zen, behin irmotasuna simulatzen zuten, behin beldurra nabari zuten, aldi berean Otonen aurpegia ikusmiratzen, eta, gogo susmaberetan gertatu ohi denez, Oton beldur zelarik, beldurra zioten. Baina bere arriskuaz baino ez gutxiago, senatuarenaz izuturik, pretorioko prefektuak berehalaxe bidali zituen soldaduen haserrea baretzera, eta oturuntzatik denek azkar alde egiteko agindu zuen. Orduantxe bai magistratuek noranahi jo zutela, ezaugarriak jaurtirik, kideekin edo esklaboekin topo egitea ekidinez, zaharrek eta emakumeek ilunetan Hiriko bazter-bideak bilatu zituztela, gutxik etxeak, gehienek lagunak bizilekuak, eta norbaitek oso kliente apala bazeukan, gordeleku ezezagunak.

**82.** Soldaduen oldarra Jauregiko ateetan ere ez zen oturuntzara sartzetik gelditu, Oton erakutsi ziezaietela eskatuz, Julio Martzial tribuno eta Vitelio Saturnino legio-prefektua inbaditzaileei aurre egiten zietela zauritu ondoren. Nondinahi armak eta mehatxuak, behin zenturioi eta tribunoen aurka, behin senatu osoaren aurka, gogoak izu

*minae, modo in centuriones tribunosque, modo in senatum universum, lymphatis caeco pavore animis, et quia neminem unum destinare irae poterant, licentiam in omnis poscentibus, donec Otho contra decus imperii toro insistens precibus et lacrimis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti neque innocentes. Postera die velut capta urbe clausae domus, rarus per vias populus, maesta plebs; deiecti in terram militum vultus ac plus tristitiae quam paenitentiae. Manipulatim adlocuti sunt Licinius Proculus et Plotius Firmus praefecti, ex suo quisque ingenio mitius aut horridius. Finis sermonis in eo ut quina milia nummum singulis militibus numerarentur: tum Otho ingredi castra ausus. Atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abiectis militiae insignibus otium et salutem flagitantes. Sensit invidiam miles et compositus in obsequium auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat.*

*[83] Otho, quamquam turbidis rebus et diversis militum animis, cum optimus quisque remedium praesentis licentiae posceret, vulgus et plures seditionibus et ambitioso imperio laeti per turbas et raptus facilius ad civile bellum impellerentur, simul reputans non posse principatum scelere quaesitum subita modestia et prisca gravitate retineri, sed discrimine urbis et periculo senatus anxius, postremo ita disseruit: «neque ut adfectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones, neque ut animum ad virtutem cohortarer (utraque enim egregie supersunt), sed veni postulaturus a vobis temperamentum vestrae fortitudinis et erga me modum caritatis. Tumultus proximi initium non cupiditate vel odio, quae multos exercitus in discordiam egere, ac ne detrectatione quidem aut formidine periculorum: nimia pietas vestra acrius quam considerate excitavit; nam saepe honestas rerum causas, ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. Imus ad bellum. Num omnis nuntios palam audiri, omnia consilia cunctis praesentibus tractari ratio rerum aut occasionum velocitas patitur? tam nescire quaedam milites quam scire oportet: ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplinae habet, ut multa etiam centuriones tribunosque tantum iuberi expediat. Si cur iubeantur quaerere singulis liceat, pereunte obse-*



itsuan ero eta, amorruren jomugatzat inor jakinik ezarri ezin zutenez, denen aurkako zernahikeria eskatuz, harik eta Otonek, inperioaren lotsaz bestera, ohe kontratik, erreguz eta malkoz ozta-ozta atzeratu zituen eta kanpamendura itzuli ziren arte, desgogoz eta ez errugabe. Biharamunean, hiri hartua zirudien: ateak itxita, kaleetan jende gutxi, plebea tristerik, soldaduen aurpegiak lurrera makur, eta nahigabea handiagoa damua baino. Lizinio Prokulok eta Plozio Firmok manipuluka hitz egin zuten, bakoitzaren jenioaren arabera, bigunkiago edo gogorkiago. Haien predikuen ondorioa soldadu bakoitzari bosna mila sestertzio ordaintzea izan zen. Orduantxe ausartu zen Oton kanpamendura sartzen. Tribuno eta zenturoiek berehala inguratzen dute, ezaugarri militarrek jaurtirik, erretiroa eta salbamena eskatuz. Soldaduak ulertu zuen bere gorrotagarritasuna eta, jarrera apalez, bere kautatik sedizioaren egileen suplizioa eskatzen zuen.

**83.** Otonek, egoera nahasi eta soldaduen gogo ezberdin eta guzti ere, onenek zernehikeria haren zuzenketa eskatzen zutenez, eta bulgoa eta gehienak, sedizioekin eta aginte atsegin gurakoz pozik, gerra zibilera nahasmen eta arpilaketa aukerekin aisago bultzatuak zirenez, aldi berean pentsaturik krimenez lortutako printzegoa ez zitekeela batbateko moderazioz eta antzinako zorroztasunez atxiki, baina Hiriazen kinka larriaz eta senatuaren arriskuaz kezkatu, azkenean honela arrazoi zuen: «Ez naiz, miliziakideok, zuen sentimenduak nireganako maitasunerantz handitzera etorri, ez zuen gogoia kemenara bultzatzera ere (biak bikainki ugari baitira), zuengandik zeuen kemenaren biguntzea eta nireganako samurtasunean neurria eskatzera baizik. Zalapartata berri honen hasera ez zen armada asko liskarrera eramane zuen anbizio edo gorrotoagatik izan, ezta ezeren ukoagatik edo arriskuen beldurragatik ere. Zuen ardura handiegiak tentuz baino bortizkiago bizi zuen dena. Izan ere, egintzen motibo zintzoei sarritan emaitza hondagarriak darraizkie, zuhurtziaz jokatu ezik. Goazen gerrara. Gauzen egoerak edo aukeren abiadurak mandatari guztiei publikoan entzutea, asmo guztiak denen agerian tratatzea zilegitzen al du? Soldaduek gauza batzuk jakitea bezala, beste batzuk ez jakitea komeni da. Honetan datza buruzagien agintea, honetan diziplinaren zorroztasuna: gauza askotan, zenturioiek eta tribunoek ere obeditzea bakarrik komeni izatean. Bakoitzari zergatik agintzen zaion galdetzen uzten bazaio, menpetasuna iraungitzean, agintea ere hila da. Gerran ere ez ote dira

*quo etiam imperium intercidit. An et illic nocte intempesta rapiuntur arma? unus alterve perditus ac temulentus (neque enim plaris consternatione proxima insanisse crediderim) centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet, imperatoris sui tentorium inrumpet?».*

*[84] «Vos quidem istud pro me: sed in discursu ac tenebris et rerum omnium confusione patefieri occasio etiam adversus me potest. Si Vitellio et satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentis imprecentur, quid aliud quam seditionem et discordiam optabunt? ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur, ut confusi pedites equitesque in exitium ruamus. Parendo potius, commilitones, quam imperia ducum sciscitando res militares continentur, et fortissimus in ipso discrimine exercitus est qui ante discrimen quietissimus. Vobis arma et animus sit: mihi consilium et virtutis vestrae regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum poena erit: ceteri abolete memoriam foedissimae noctis. Nec illas adversus senatum voces ullus usquam exercitus audiat. Caput imperii et decora omnium provinciarum ad poenam vocare non hercule illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant. Ulline Italiae alumni et Romana vere iuventus ad sanguinem et caedem depoposcerit ordinem, cuius splendore et gloria sordis et obscuritatem Vitellianarum partium praestringimus? nationes aliquas occupavit Vitellius, imaginem quandam exercitus habet, senatus nobiscum est: sic fit ut hinc res publica, inde hostes rei publicae constiterint. Quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? muta ista et inanima intercidere ac reparari promisca sunt: aeternitas rerum et pax gentium et mea cum vestra salus incolumitate senatus firmatur. Hunc auspicato a parente et conditore urbis nostrae institutum et a regibus usque ad principes continuum et immortalem, sicut a maioribus accepimus, sic posteris tradamus; nam ut ex vobis senatores, ita ex senatoribus principes nascuntur.».*

*[85] Et oratio ad perstringendos mulcendosque militum animos et severitatis modus (neque enim in plaris quam in duos*

armak gaueko edonoiz arrapataka hartzen? Bat edo bi gizagaldu edo mozkor (ez baitut sinetsiko azken iskanbilan gehiago zoratu zirenik) zenturioi eta tribuno baten odolez beratuko ote dira, euren enperadorearen dendan sartuko ote?».

**84.** «Zuek hori neugatik egin duzue, bai. Baina arrapaladan eta ilunpean eta zer guztien nahasmenean, neure kontrako okasioa ere ireki daiteke. Viteliori eta sateliteei guk nolako gogoia, nolako buruera izan hautatzeko ahalmena emanaz gero, zer besterik nahiko lukete sedizioa eta liskarra baino? Ez diezaiola soldaduak zenturioiari, zenturioiak tribunoari men egin; oinezko eta zaldizko nahastean hondamenera jo dezagula. Nagusien aginduak arakatzeari barik, obeditzean datza, miliziakideok, izate militarra, eta trantzeari bertan kementsuei den armada trantze aurretik mantoena da. Beude zuentzat armak eta adorea; utz neuri estrategiaren eta zuen kemenaren gidaritza. Errua gutxirena izan zen, zigorra birena izango da. Ezaba ezazue besteok hain gau zantarraren gomuta. Eta ezein armadak ez dezala inon senatuaren aurka halako oihurik entzun. Inperioaren buru eta probintzia guztien ohoreari ez lirateke, ez, Herkulesarren, zigorrera deitzen ausartuko Viteliok, oraintxe hain zuzen, zuen aurka mugitzen dituen germaniarrak. Ba ote da italiar semerik eta gazteria zinez erromatarrik, odola eta heriotza eskatuko dituenik halako ordenarako, zeinaren distiraz eta aintzaz Vitelioren alderdiaren zikinkeria eta ilunkeria itzaltzen dugun? Viteliok zenbait nazio atzeman ditu, badu armada antzeko bat, senatua gurekin dago. Horrela gertatzen da hemendik errepublika, handik errepublikaren etsaiak daudela. Zer, bada? Hiri txiki eder honek etxeengatik eta bizilekuengatik eta harrien metakuntzagatik dirauela zutik uste al duzue? Zer mutu eta bizigabeok jausi zein berritu, berdintsu dio. Inperioaren betirauna eta munduko bakea eta zuekin baterako nire salbamena senatuaren osasunean dautza. Berau, gure hiriaren aita eta sortzaileak auspizioak jasorik eratutako eta erregeengandik enperadoreengana etengabe eta hilezko datorren hau, utz diezaiegun ondorengoei arbasoengandik hartu genuen modukoa, zeren zuengandik senatariak bezala, senatariengandik printzeak jaiotzen baitira».

**85.** Bai soldaduen gogoak geldiarazteko eta biguntzeko hitzaldia, bai zorroztasunaren neurria (bi besterik ez zigortzeko agindu baitzuen) atseginez hartuak izan ziren, eta menperatu ezin zirenak orduko

*animadverti iusserat) grate accepta compositique ad praesens qui coerceri non poterant. Non tamen quies urbi redierat: strepitus telorum et facies belli, [et] militibus ut nihil in commune turbantibus, ita sparsis per domos occulto habitu, et maligna cura in omnis, quos nobilitas aut opes aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat: Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad studia partium noscenda plerique credebant: unde plena omnia suspicionum et vix secreta domuum sine formidine. Sed plurimum trepidationis in publico, ut quemque nuntium fama attulisset, animum vultumque conversis, ne diffidere dubiis ac parum gaudere prosperis viderentur. Coacto vero in curiam senatu arduus rerum omnium modus, ne contumax silentium, ne suspecta libertas; et privato Othoni nuper atque eadem dicenti nota adulatio. Igitur versare sententias et huc atque illuc torquere, hostem et parricidam Vitellium vocantes, providentissimus quisque vulgaribus conviciis, quidam vera probra iacere, in clamore tamen et ubi plurimae voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes.*

*[86] Prodigia insuper terrebant diversis auctoribus vulgata: investibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria insisterat, erupisse cella Iunonis maiorem humana speciem, statuum divi Iulii in insula Tiberini amnis sereno et immoto die ab occidente in orientem conversam, prolocutum in Etruria bovem, insolitos animalium partus, et plura alia rudibus saeculis etiam in pace observata, quae nunc tantum in metu audiuntur. Sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu proruto ponte sublicio ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca, sed secuta eius modi casuum implevit: rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti. Fames in vulgus inopia quaestus et penuria alimentorum. Corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein remeante flumine dilapsa. Utque primum vacuus a periculo animus fuit, id ipsum quod paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia iter belli esset obstructum fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen imminantium cladum vertebatur.*

baretu ziren. Hirira ez zen, oster, baretasunik itzuli: arma-hotsa eta gerra-itxura; soldaduak, multzoan nahasmenik sortu ez arren, etxeetan zehar sakabanatzen ziren janzkera ezkutuz, eta nobleziak edo mailak edo bereizgarri gurenen batek esamesagai bihurtu zituen guztien-ganako ikusmin gaiztoz. Askok uste zuen viteliar soldaduak Hirira iritsiak zirela, alderdiarenganako joera ezagutzero; dena zen, beraz, errezeloa eta etxeetan apenas zen beldur gabeko intimitaterik. Baina asaldurik handiena kalean zen, esamesak zer berri zekarren kontu, gogoa eta aurpegikera aldatuz, zer badaepadakoekin mesfidatzen eta onekin gutxi pozten zirela ez ematearren. Senatua kurian bildurik ere, neurria zaila zen auzi guztietan, isiltasuna etsai eta zabaltasuna susmagarri izan ez zedin; berriki partikularra izana zen eta berdin mintzo zen Otonen zurikeria ezagutzen zuen. Beraz, iritziak nahasten eta hara-hona bihurtatzen ziren, Viteliori etsai eta aberri-hiltzaile deituz, zuhurrenak zirtu arruntez, batzuek laido gordinak jaurtiz, baina oihu betean eta ahotsak ugalduz, edo hitzen burundadan eurak elkar zapalduz.

**86.** Horrez gainera, asmatzaile ezberdinek zabalduriko mirariek ere bazterrak izutzen zituzten: Kapitolio atarian, Viktoria haren gainean tinkatzen zen zaldiaren uhalak askatu zirela; Junoren kaperatik gizakia baino agerpen handiagoa bortizki atera zela; Tiberio irlako Julio jainkozkoaren estatua, egun bare eta geldian, Mendebaldetik Ekialdera biratu zela; Etrurian idi batek hitz egin zuela; animalien erditze ohigabeak eta beste hainbat gauza, lehen aroetan bake-garaian ere harri-garri zirenak, baina orain izu-egoeran bakarrik entzuten direnak. Baina, aldikoarekin batera, geroko hondamenaren izu nagusia Tiberren uholdea izan zen, zeinak, zurezko zubia gorakada batean apurtu eta mole oztopatzaile bat pilaturik berriro isurtzen zuela, Hiriko behe eta lau aldeak ez eze, ezbehar horietatik segur zeudenak ere urperatu baitzituen. Asko kaletik erauziak izan ziren, gehienak euren denda eta oheetan harrapatuak. Hornidura faltak eta janari-urritasunak gosea zabaldu zuen. Errenta etheen zimenduak, ur geldiek ustelduak, behe-erorri ziren gero, Ibaia erretiratutakoan. Gogoa arriskutik libre geldituz batera, espedizioa prestatzen ari zen Otonentzat Martitzen zelaia eta gerra-ibilbide zen Flaminia bidea bera ere halabeharrezko edo berezko kausek oztopaturik gelditu izana miraritzat eta hondamendi inminenteen iragarpentzat hartzen zen.

[87] *Otho lustrata urbe et expensis bello consiliis, quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vite-  
llianis exercitibus claudebantur, Narbonensem Galliam  
adgredi statuit classe valida et partibus fida, quod reliquos  
caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodia  
habitos in numeros legionis composuerat, facta et ceteris spe  
honoratae in posterum militiae. Addidit classi urbanas  
cohortis et plerosque e praetorianis, viris et robur exercitus  
atque ipsis ducibus consilium et custodes. Summa expeditio-  
nis Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemi-  
lio Pacensi, cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat,  
permissa. Curam navium Moschus libertus retinebat ad  
observandam honestiorum fidem immutatus. Peditum equi-  
tumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius  
Gallus rectores destinati, sed plurima fides Licinio Proculo  
praetorii praefecto. Is urbanae militiae impiger, bellorum  
insolens, auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem  
Galli, ut cuique erat, criminando, quod facillimum factu est,  
pravus et callidus bonos et modestos anteibat.*

[88] *Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam  
Aquinatam, neque arta custodia neque obscura, nullum ob  
crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae mons-  
tratus. Multos e magistratibus, magnam consularium partem  
Otho non participes aut ministros bello, sed comitum specie  
secum expedire iubet, in quis et Lucium Vitellium, eodem quo  
ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis. Igitur  
motae urbis curae; nullus ordo metu aut periculo vacuus.  
Primores senatus aetate invalidi et longa pace desides, seg-  
nis et oblita bellorum nobilitas, ignarus militiae eques, quan-  
to magis occultare et abdere pavorem nitebantur, manifestius  
pavidi. Nec deerant e contrario qui ambitione stolidi cons-  
picua arma, insignis equos, quidam luxuriosos apparatus  
conviviorum et inritamenta libidinum ut instrumentum belli  
mercarentur. Sapientibus quietis et rei publicae cura; levissi-  
mus quisque et futuri improvidus spe vana tumens; multi  
adflcta fide in pace anxii, turbatis rebus alacres et per incer-  
ta tutissimi.*

**87.** Otonek, Hiria garbitu eta gerra-planak aztertutakoan, Alpe Peninoak eta Kotianoak eta Galietarako beste sarbideak Vitelioren armadek itxita zeudenez, Galia Narbonenseari erasotzea erabaki zuen flota sendo eta alderdiarenganako leialez, Milvio zubi inguruetan hildako eta Galbaren ankerkeriak preso atxikitakoetatik bizirik irten zirenak legioko unitateetan sartu baitzituen, besteentzat ere, gerorako, milizia ohoragarriagoa sorturik. Flotari hiri-kohorteak eta pretoriar ugari, armadako indarrak eta sendotasuna eta buruzagientzako eurentzako aholkua eta jagoleak gehitu zizkion. Espedizioaren agintaritzaz Antonio Novelo eta Suedio Klemente eta Galbak kendutako tribunotza bihurtu zioten Emilio Pazense primipilarrei utzi zieten. Mosko liber-toak untzien ardura zeukan, maila handiagoko gizonen leialtasuna zaintzeko. Oinezko eta zaldizko tropen buru Suetonio Paulino, Mario Zelso eta Annio Galo izendatu zituzten; baina konfiantzarik handiena Lizinio Prokulo pretorioko prefektuari eman zitzaion. Honek, hiri milizian eraginkor, gerretan ohitu gabe, Paulinoren autoritatea, Zelso-ren sendotasuna, Galoren heldutasuna bakoitzari zegokion moduan kritikatu, gaiztoak eta maltzurak, onak eta modestoak gainditzen zituen, zaila ere ez zenez.

**88.** Egun haietan, Kornelio Dolabela Akinoko kolonian konfinatua izan zen, ez zaintza zorrotzean ez disimulatuan, ez ezein hobenengatik, leinu zaharragatik eta Galbarekiko ahaidetasunagatik izendatua izanagatik baizik. Otonek hainbat magistraturi eta kontsular mordorari berarekin abiatzeko agintzen die, ez gerrakide eta laguntzaile, segizio gisan baizik, zeintzuen artean Luzio Vitelio ere bazen, besteen tratu berdinarekin, ez enperadorearen anaia eta etsai gisan. Hiria-ren kezka martxan ziren, beraz. Ezein estamentu ez zegoen beldur-retik edo arriskutik libre. Senatuko gorenak, adinez herbal eta bake luzean alfer, noblezia, geldi eta gerrez ahanzia, zalduna, miliziaren ezjakin, zenbat eta izua disimulatzen eta ezkutatzen saiatuago, hainbat ageriago izutzen ziren. Ez ziren falta, oster, anbizio tentelez, arma ikusgarriak, zaldi bikainak, batzuek luxuzko oturuntza-tresnak eta plazer-eragileak gerra-tresnatzat erosten zituztenak. Zuhurren ardura bakea eta errepublika ziren. Buruarinak eta etorkizunera begiratzeko gai ez zirenak itxaropen hutsalez beteak ziren; asko, konfiantza agorturik, bakean larri, nahasmenean alai eta zalantzan txit segur.

[89] *Sed vulgus et magnitudine nimia communium curarum expers populus sentire paulatim belli mala, conversa in militum usum omni pecunia, intentis alimentorum pretiis, quae motu Vindicis haud perinde plebem attriverant, secuta tum urbe et provinciali bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. Nam ex quo divus Augustus res Caesarum composuit, procul et in unius sollicitudinem aut decus populus Romanus bellaverat; sub Tiberio et Gaio tantum pacis adversa [ad] rem publicam pertinuerunt; Scriboniani contra Claudium incepta simul audita et coercita; Nero nuntiis magis et rumoribus quam armis depulsus: tum legiones classesque et, quod raro alias, praetorianus urbanusque miles in aciem deducti, Oriens Occidensque et quicquid utrimque virium est a tergo, si ducibus aliis bellatum foret, longo bello materia. Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium adferrent: aspernatus est omnem cunctationem ut Neroni quoque exitiosam; et Caecina iam Alpes transgressus extimulabat.*

[90] *Pridie idus Martias commendata patribus re publica reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit, iustissimum donum et in speciem magnificum, sed festinata iam pridem exactio-  
ne usu sterile. Mox vocata contione maiestatem urbis et consensum populi ac senatus pro se attollens, adversum Vitellianas partis modeste disseruit, inscitiam potius legionum quam audaciam increpans, nulla Vitellii mentione, sive ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis sibi metuens contumeliis in Vitellium abstinuit, quando, ut in consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis Galeri Trachali ingenio Othonem ut credebatur; et erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori usu celebre et ad implendas populi aures latum et sonans. Clamor vocesque vulgi ex more adulandi nimiae et falsae: quasi dictatorem Caesarem aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant, nec metu aut amore, sed ex libidine servitii: ut in familiis,*



**89.** Baina bulgoa eta handiegiagatik ardura komunetatik at zegoen herria apurka-apurka gerrako gaitzak pairatzen ari zen, diru guztia soldaduen premietara eta janarien prezioak gora; horrek guztiak ez zuen plebea berdin eho Vindizeren altxamenduan, orduan Hiria lasai eta probintzietan baitzen gerra, legioen artean eta Galietan arrotz samarra izan zena. Izan ere, Augusto jainkozkoak Zesarren agintea eratu zuenetik, erromatar herria urrun eta bakarraren arduraz edo aintzaz gudukatu zen. Tiberioren eta Gaioren mendean, bakealdiko ezbeharrek bakarrik jo zuten errepublika. Klaudioren aurkako Eskribonianoren saialdiak batera entzunak eta zanpatuak izan ziren. Neron albiste eta zurrumurruekin eraitsiago izan zen armekin baino. Oraingoan, oster, legioak eta flotak eta, beste garai batzuetan bitxi, pretoriar eta hiritar soldadua gudura eramana izan ziren. Ekialdea eta Mendebalde eta bi alderdietako indarrak gerra luzerako gai izango ziren, erretagoardiatik beste buruzagi batzuekin borrokatu izan balitz. Izan ziren abian zen Otoni oraindik antzilarik ipini ez zuelako oztopoa eta erri-toa aurkeztu ziotenak. Atzerapen orori muzin egin zion, Neronentzat ere hondagarri izan zela eta. Eta Alpeak jada gaindituak zituen Zezinak akuilatzen zuen.

**90.** Martxoko iduen bezperan, errepublika senatarien esku utzirik, Neronen onura-hartzaileei konfiskaturiko eta oraindik fiskoan sartu gabeko hondakinak erbestetik deituei eman zizkien; itxuraz oso emari zuzena eta bikaina, baina praktikan alferrekoa, aspaldi bizkortutako exakzioagatik. Gero, bilkura deitu eta Hiriaren maiestatea eta herriaren eta senatuaren bere aldeko atxikimendua goraturik, Vitelioren alderdiaren aurka neurritz mintzatu zen, legioen ausardia baino gehiago ezjakintasuna kritikatu, Vitelioren inolako aipamen gabe, dela moderazio hura berezkoa zuelako, dela hizlariak, bere buruaren beldur, Vitelioren laidoak saihestu zituelako, zeren, miliziako planetan Suetonio eta Mario Paulino erabiltzen zituen bezala, barne-arazoetan Oton Galerio Trakaloren talentuaz baliatzen zela uste baitzen. Baziren mintzatzeko estiloa bera ere ezagutzen zutenak, ospetsua, foroan maiz erabili zuelako, eta ugaria eta ozena, publikoaren belarria betetzeko. Bulgoaren aldarri eta oihuak, zurikeriarako ohituraren arabera, gehiegizkoak eta faltsuak ziren. Zesar diktadoreari edo Augusto enperadoreari jarraitzen bailioten, berotasunean eta botoetan dematzen ziren, ez beldurrez ez laztanez, serbilismoaren atseginez baizik; esklaboen

*privata cuique stimulatio, et vile iam decus publicum. Profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit.*

artean bezala, bakoitza bere kinadak zerabilen, eta ohore publikoa doilorra zen. Otonek, abiatzean, Hiriaren lasaitasuna eta aginte-ardurak Salvio Tiziano anaiaren esku utzi zituen.

# *P. CORNELI TACITI HISTORIARVM LIBER SECVNDVS*

[1] Struebat iam fortuna in diversa parte terrarum initia causasque imperio, quod varia sorte laetum rei publicae aut atrox, ipsis principibus prosperum vel exitio fuit. Titus Vespasianus, e Iudaea incolumi adhuc Galba missus a patre, causam profectionis officium erga principem et maturam petendis honoribus iuventam ferebat, sed vulgus fingendi avidum disperserat accitum in adoptionem. Materia sermonibus senium et orbitas principis et intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. Augebat famam ipsius Titi ingenium quantaecumque fortunae capax, decor oris cum quadam maiestate, prosperae Vespasiani res, praesaga responsa, et inclinatis ad credendum animis loco ominum etiam fortuita. Ubi Corinthi, Achaiae urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbae et aderant qui arma Vitellii bellumque adfirmarent, anxius animo paucis amicorum adhibitis cuncta utrimque perlustrat: si pergeret in urbem, nullam officii gratiam in alterius honorem suscepti, ac se Vitellio sive Othoni obsidem fore: sin rediret, offensam haud dubiam victoris, set incerta adhuc victoria et concedente in partis patre filium excusatum. Sin Vespasianus rem publicam susciperet, obliviscendum offensarum de bello agitantibus.

# HISTORIAK

## BIGARREN LIBURUA

1. Lurren beste aldean, zoriak baziharduen hastapenak eta kausak lantzen, destinoaren gorabeheren arabera, errepublikarentzat gozo eta lazgarri, printzeentzat eurentzat ongarri edo galgarri izan zen aginterrako. Tito Vespasianok, aitak artean Galba onez zela Judeatik bidaliak, bidaiaren arrazoitzat printzearenganako mena eta karguetara jotzeko gaztetasun heldua aurkezten zituen, baina bulgo irudipenzaleak adopziorako etorrarazi zutela zabaldu zuen. Marmargai izan ziren printzearen zahartasuna eta umerik eza, eta Hiriaren neurrigabekeria asko izendatzen, bakarra hautatua izan arte. Entzutea indartzen zuen zeinahi eginkizunetarako gai zen Titoren beraren izaerak, halako maiestateko aurpegi gozoak, Vespasianoren ekintza arrakastatsuek, erantzun profetiko eta baita, dena auspiziotzat hartzeko joera zuten gogoentzat, fortuitoek ere. Akaiako hiri Korinton, Galbaren heriotzaren berri ziurra jakin zuenean, eta Vitelioren altxamendua eta gerra baieztatzen zutenak bazirenean, gogoak kezka, alde bateko eta besteko zer guztiak aztertzen ditu adiskide bakan batzuen laguntzaz: Hiri-ra bazihoan, inolako aitormenik ez zen izango besteren aldeko omenean, eta bai Vitelio edo Otonen bahi geldituko; itzultzen bazen, berriz, garailearenganako iraina nabaria zatekeen, baina garaipena ere oraindik dudazkoa zen, eta semeak bazuen aitzakia aitaren alderdiarenganako atxikimenduz. Vespasianok errepublika bere gain hartzen bazuen, oster, gerran zebiltzanek irainak ahaztu beharko zituzten.

[2] *His ac talibus inter spem metumque iactatum spes vicit. Fuerunt qui accensum desiderio Berenices reginae vertisse iter crederent; neque abhorrebat a Berenice iuvenilis animus, sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. Laetam voluptatibus adulescentiam egit, suo quam patris imperio moderatior. Igitur oram Achaiae et Asiae ac laeva maris praevectus, Rhodum et Cyprum insulas, inde Syriam audentioribus spatiis petebat. Atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiae Veneris, inclitum per indigenas advenasque. Haud fuerit longum initia religionis, templi ritum, formam deae (neque enim alibi sic habetur) paucis disserere.*

[3] *Condito rem templi regem Aeriam vetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent. Fama recentior tradit a Cinyra sacratum templum deamque ipsam conceptam mari huc adpulsam; sed scientiam artemque haruspicum accitam et Cilicem Tamiram intulisse, atque ita pactum ut familiae utriusque posterius caerimoniis praesiderent. Mox, ne honore nullo regum genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsa quam intulerant scientia hospites cessare: tantum Cinyrades sacerdos consulitur. Hostiae, ut quisque vovit, sed mares deliguntur: certissima fides haedorum fibris. Sanguinem arae obfundere vetitum: precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus quamquam in aperto madescunt. Simulacrum deae non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exurgens, set ratio in obscuro.*

[4] *Titus spectata opulentia donisque regum quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati adfingit, de navigatione primum consuluit. Postquam pandi viam et mare prosperum accepit, de se per ambages interrogat caesis compluribus hostiis. Sostratus (sacerdotis id nomen erat) ubi laeta et congruentia exta magnisque consultis adnuere deam videt, pauca in praesens et solita respondens, petito secreto futura aperit. Titus aucto animo ad patrem pervectus suspensis provinciarum et exercituum men-*

2. Honelako eta antzekoekin, itxaropen-beldurren artean astindurik zebilena itxaropenak bentzutu zuen. Baziren Berenize erreginaren maitasunak beroturik itzuli zela uste zutenak. Haren gogo gazteak ez zuen, ez, Berenize arbuio, baina horretatik ez zen eginkizunak betetzeko eragozpenik sortu. Gaztaro atseginetan alaia eraman zuen, bere agintaldian aitarenean baino neurtuago. Horrela, bada, Akaiako eta Asiako itsasertzean zehar eta itsasoa ezkerretara zuela, Rodo eta Ziproko irletarantz zihoan, handik Siriarantz, ibilbide arriskutsuagoe-tatik. Eta Pafiako Venusen tenplura, bertako eta bisitariengatik ospe-tsura, joateko eta bisitatzeko irrikak eman zion. Ez da tokiz kanpokoa izango hitz gutxitan erlijioaren hastapenak, tenpluko errittoa, jainkosa-ren eitea azaltzea, beste inon ez baita horrela.

3. Gomuta zaharrak dio tenpluaren sortzailea Aeria erregea izan zela; batzuek, hori jainkosaren beraren izena dela. Entzuten berriago-ak dakarkigu tenplua Zinirak sagaratu zuela eta jainkosa bera, itsaso-an sortua izan ondoren, honaino bultzatua izan zela, baina haruspize-en zientzia eta artea inportatua dela eta ziliziar Tamirak ekarri zuela, eta bi familletako ondorengoak zeremonien buru izatea itundu zutela. Gero, erret leinua ohore guztietan jatorri arrotzaren gainetik egon zedin, kanpotarrek dimitu egin zutela, hain zuzen, eurek sarturiko zientziatik. Abade zinirada bakarra da kontsultatua. Biktimak eskain-tzaile bakoitzaren arabera, baina arrak hautatzen dira. Akerren erraie-kiko fedea oso sendoa da. Aldare-harrian odola isurtzea debeku da; aldareak otoitzez eta su garbiz santifikatzen dira, eta euriak ez ditu zeru irekian ere beratzen. Jainkosaren irudia ez da giza imajina, oina-rri zabalagoko harrizko blokea baizik, zeinaren perimettoa gorantz kono gisan estutzen doan; baina esplikazioa, ilunetan.

4. Titok, erregeen opulentzia eta opariak, eta grekoen endak, antzi-nakoekin pozik, iragan dudazkoari esleitzen dion beste hainbat kontu aztertutakoan, lehenik bere nabigazioaz kontsultatu zuen. Bidea zaba-lik eta itsasoa aldeko zegoela jakin zuenean, bere buruaz galdetzen du bihurriki, hainbat biktima sakrifikatuak izan ondoren. Sostratok (hara zeritzon abadeari), erraiak onezkoak eta irizkideak direla eta jainko-sak haren asmo handiei baietz diotsala ikusirik, unean bertan labor eta ohikoa erantzunez, etorkizuna irekitzen dio, elkarrikuste sekretua eskaturik. Titok, aitarengana gogo berriz jorik, egoerango konfiantza handiz, probintzien eta armaden buruerekin bat egin zuen. Vespasia-

*tibus ingens rerum fiducia accessit. Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus, obpugnatione Hierosolymorum reliqua, duro magis et arduo opere ob ingenium montis et pervicaciam superstitionis quam quo satis virium obsessis ad tolerandas necessitates superesset. Tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitae bello: quattuor Mucianus obtinebat in pace, sed aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam, quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies et inexperti belli ~labor. Auxilia utrique cohortium alarumque et classes regesque ac nomen dispari fama celebre.*

*[5] Vespasianus acer militiae anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans; prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone, dispositu provisuque civilium rerum peritus: egregium principatus temperamentum, si demptis utriusque vitiis solae virtutes miscerentur. Ceterum hic Syriae, ille Iudaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes, exitu demum Neronis positus odiis in medium consulueret, primum per amicos, dein praecipua concordiae fides Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni centurionesque et vulgus militum industria licentia, per virtutes per voluptates, ut cuique ingenium, adsciscebantur.*

*[6] Antequam Titus adventaret sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, praecipitibus, ut adsolet, nuntiis et tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens tunc primum parabat. Namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta; et Pompeo, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnis trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant; auditiue saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti. Nulla seditio legionum, tantum adversus Parthos minae,*



nok gerra judaikoa ia amaitua zuen, Jerusalem hartzea falta zuela, lan gogor eta latzagoa berau, mendien izaera eta sineskeriaren setagatik, setiatuek kinka larriari eusteko zeukaten indarragatik baino. Hiru legio, arestian gogoratu bezala, Vespasianoren beraren agindupean zeuden, gerran zailduak. Lau Muzianok zeuzkan erreserban, baina lehiak eta aintzak nagikeria astindu zien, eta haiei arriskuak eta aha- leginak nolako gotortasuna, hauei halako sendotasuna eman zien atse- den etengabeak eta aritu gabeko gerraren alde egiteak. Eta bientzat ere baziren kohorteen indar laguntzaileak eta zaldieriako hegala, flotak eta erregeak eta izen handia, ospe ezberdinari esker.

5. Vespasiano, milizian gogotsu, formazio buru zihoan, kanpalekuak hautatzen zituen, etsaiei gau eta egun erasotzen zien estrategiaz eta, behar bazen, eskuz; aurkitzen zuen jateko, soldadu soilengandik ozta bereizten zuten janzkeraz eta itxuraz; hitz batez, diru-goserik ez iza- tera, antzinako buruzagien antzera. Muziano, ostera, handitasunak eta aberastasunak eta partikular baten mailatik gorako zer guztiak jaso egiten zuen. Hitzez trebeago, gai politikoetan aditua zen antolakun- tzaz eta aurreikuspenez. Printzerako konbinazio bikaina, bien akatsak erauzirik, bertuteak bakarrik geldituz gero. Baina hau Siriako, hura Judeako buru, probintzietako administrazio-auzoek eraginiko lehiaga- tik demakor, gero Neron hiltzean gorrotoei jareginik, erabakiak biek elkarrekin hartu zituzten, lehenik adiskideen bitartez; gero, konkord- iaren berme nagusi, Titok etsaigo txikiak bien onerako ezabatu zituen, aldarteaz eta trebetasunez Muzianoren izaera ere erakartzeko egokia bera. Tribunoak eta zenturioiak eta soldaduen multzoa haien jarduerak eta zabaltasunak liluratzen zituzten, bertuteen, atseginen bitartez, bakoitzaren izaeraren arabera.

6. Tito iritsi aurretik, armada biek Otoni leialtasuna zin egina zioten, mezulariek, ohitura denez, azkar jokatzaz eta gerra zibilaren moleak mantso, zeina Ekialdeak, konkordia luzean baketuak, lenenengoz prestatzen zuen. Lehenago, izan ere, elkarren arteko gerrarik bortitze- nak Italian edo Galian hasiak ziren, Mendebaldeko indarrekin. Eta gerra zibilak itsasoaz handik jarraitu zien Pompeio, Kasio, Bruto, Antoniorentzat emaitzak ez ziren aldekoak izan, eta Sirian eta Judean Zesarrek entzunak maizago izan ziren ikusiak baino. Legioen sedizio- rik ez zen izan, baizik mehatxuak bakarrik partoen aurrean, emaitza ezberdinez, eta aurreko gerra zibilean, beste leku batzuk nahasirik

vario eventu; et proximo civili bello turbatis aliis inconcussa ibi pax, dein fides erga Galbam. Mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est, ne penes ceteros imperii praemia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles et viris suas circumspicere. Septem legiones statim et cum ingentibus auxiliis Syria Iudaeaeque; inde continua Aegyptus duaeque legiones, hinc Cappadocia Pontusque et quicquid castrorum Armeniis praetenditur. Asia et ceterae provinciae nec virorum inopes et pecunia opulentae. Quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum tutumque ipsum mare.

[7] Non fallebat duces impetus militum, sed bellantibus aliis placuit expectari. Bello civili victores victosque numquam solida fide coalescere, nec referre Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret. Rebus secundis etiam egregios duces insolescere: discordia militis ignavia luxurie et suis vitiis alterum bello, alterum victoria periturum. Igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis; optimus quisque amore rei publicae, multos dulcedo praedarum stimulabat, alios ambiguae domi res: ita boni malique causis diversis, studio pari, bellum omnes cupiebant.

[8] Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae velut Nero adventaret, vario super exitu eius rumore eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. Ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus: tunc servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharae et cantus peritus, unde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides, adiunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur; ac vi tempestatum Cythnum insulam detrusus et militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit vel abnuentis interfici iussit, et spoliatis negotiatoribus mancipiorum valentissimum quemque armavit. Centurionemque Sisennam dextras, concordiae insignia, Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem variis artibus adgressus est, donec Sisenna clam

zebiltzala, han bake hautsezina zen, eta ondoren Galbarenganako leialtasuna. Gero, Oton eta Vitelio arma kriminalez erromatar inperioa elkarri kendu nahaian zebiltzala zabaldu zenean, soldaduak, agintearren abantailak inoren esku eta berari morrontzaren derrigorra bakarrik gera ez zekion, orrore egiten eta inguruko bere indarrak aztertzen zituen: zazpi legio berbertan eta indar laguntzaile handiekin, Sirian eta Judean; harago, Egipto mugakidea eta bost legio; beste aldean, Kapadozia eta Ponto eta Armenien aurrean hedatzen diren kanpamendu guztiak; Asia eta gainerako probintziak, gizon faltarik gabe eta diruz indartsuak; itsasoz inguratutako irlak eta itsasoa bera, bitartean aldeko eta segur, gerra prestatzeko.

**7.** Buruzagiei ez zitzaien oharkabeen joan soldaduen oldarra, baina zain egotea komeniago iruditu zitzaien, besteak borrokan ziren bitartean, pentsatuz gerra zibilean, garaileak eta galtzaileak inoiz ez direla leialtasun sendoa elkartzen eta ez ziola axola zoriak Vitelio ala Oton biziraule uzten zuen. Onaldietan, buruzagi gurenak ere harrotu egiten direla; soldaduen diskordia, alferkeria, laxokeriarekin, eta euren buruen bizioekin, bata gerrak, bestea garaipenak akabatuko ei zuen. Hala, bada, ekintza armatua hurrengorako atzeratu zuten, Vespasianok eta Muzianok berriki, besteek lehenago, asmoen batasunean: onenei errepublikaren maitasunak, askori harrapakien gozoak, beste batzuei euren ondasunen arriskuak eragiten zien. Hala, onek eta txarrek, arrazoi ezberdinez, irrika berdinez, denek gerra nahi zuten.

**8.** Aldi hartan bertan, Asia eta Akaia funsgabeki izularritu ziren Neron bazetorrelakoan, haren heriotzari buruzko kontaera ezberdinekin, eta, beraz, batzuek bizirik zegoela asmatuz eta sinetsiz. Beste batzuen gorabeherak eta saialdiak obraren joanean azalduko ditugu. Orduko hartan, Pontoko esklabo bat edo, batzuek diotenez, Italiatik zetorren liberto bat, zitaran eta kantuan trebe, nondik, aurpegiaren antzaz gainera, engainatzeko sineskortasun handiagoa baitzeukan alde, zenbait desertore, lazerian deslai, bere promesekin usteldu zituenak bildu zitzaizkiolako, itsasoratzen da eta, ekaitzaren indarrak Zitno irlara jaurtirik, batetik, Ekialdetik baimenarekin zetozen soldadu batzuk bereganatu edo hartaratzen ez zirenak hiltzeko agindu zuen eta, bestetik, merkataria batzuk espoliatu ondoren, esklaborik balioesekinak armatu zituen. Eta Sisena zenturioiari, konkordiaren banderatzat eskuak zeramatzanari, eta pretoriarrei, Siriako armadaren izenean,

*relicta insula trepidus et vim metuens aufugeret. Inde late terror: multi ad celebritatem nominis erecti rerum novarum cupidine et odio praesentium. Gliscentem in dies famam fors discussit.*

*[9] Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Datae e classe Misenensi duae triremes ad prosequendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit: nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. Is in maestitiam compositus et fidem suorum quondam militum invocans, ut eum in Syria aut Aegypto sisterent orabat. Trierarchi, nutantes seu dolo, adloquendos sibi milites et paratis omnium animis reversuros firmaverunt. Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata, cuius cohortatione expugnata navis et interfectus quisquis ille erat. Corpus, insigne oculis comaque et torvitate vultus, in Asiam atque inde Romam pervectum est.*

*[10] In civitate discordi et ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta parvae quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus, pecunia potentia ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes facitaverat, ad cognitionem senatus vocabat; nam recens Galbae principatu censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur. Id senatus consultum varie iactatum et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum, retinebat adhuc [aliquid] terroris. Et propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere, traxeratque magnam senatus partem, ut indefensum et inauditum dedi ad exitium postularent. Contra apud alios nihil aequae reo proderat quam nimia potentia accusatoris: dari tempus, edi crimina, quamvis invisum ac nocentem more tamen audiendum censebant. Et valere primo dilataque in paucos dies cognitio: mox damnatus est Faustus, nequaquam eo adsensu civitatis quem pessimis moribus meruerat: quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerant, nec poena criminis sed ultor displicebat.*

zenbait trikimainaz tiratzen saiatu zen, Sisenak, ikaraturik eta erasoaren beldur, ihes egin arte. Hortixek zabaldu zen izua. Izenaren ospea bide, asko matxinatu egin ziren, egoera berrien irrikaz eta presenteen gorrotoz. Egunez egun handitzen zihoan entzutea halabeharrak desegin zuen.

**9.** Galbak Galazia eta Panfiliako probintzien agintea Kalpurnio Asprenateri utzi zion. Eskoltatzat Misenoko flotako bi trirreme esleitu zitzaizkion, zeintzuekin Zitno irlan eskala egin zuen. Eta ez zen falta izan untzi-kapitainak Neronen izenean tentatu zituenik. Honek, goibel airez eta soldaduen behinolako leialtasuna inbokatuz, Sirian edo Egipton utz zezatela eskatzen zuen. Kapitaineak, dudaz edo engainuz, soldaduei dei egingo zietela eta, denen gogoak prest zeudenean, itzuliko zirela hitzeman zuten. Baina dena Asprenateri zehatz kontatu zioten, zeinaren aholkuz untzia asaltatu eta zena zelakoa hil baitzuten. Burua, begi eta ile eta aurpegikera zatarragatik deigarria, Asiara eta handik Erromara eramane zuten.

**10.** Hiri desadoskor eta, printzeen aldakuntza ugariak bide, askatasunaren eta laxokeriaren artean zalanzkorrean, leba txikiko kontuak ere zalaparta handian zebiltzan. Vivio Krispok, diruz, ahalez, telen-tuz, areago ospetsuen arteko onen arteko baina, Annio Fausto, zaldi sailekoa, Neronen garaian salaketak bultzatu zituena, senatuaren ikerketara deitu zuen. Berriki, izan ere, Galbaren printzealdian, salatzailen auziak instruitu zitezela erabaki zuten senatariek. Senatu-konsulta hori, era ezberdinez aplikatua eta, erruztatua ahaltsua eta apala zen kontu, eragingabea edo eraginkorra, oraindik izurako gordetzen zen. Eta Krispo indar propioz oldartu zen bere anaiaren salatzaila hondatzera, eta senatuaren zati handia arrastatu zuen hura, defentsa gabe eta entzun gabe, hiltzera eman zezaten eskatzera. Beste batzuen aurrean, oster, erruztatuarentzat ez zegoen ezer zuzenki ongarriagorik salatzailaren ahal handiegia baina. Denbora eman, salaketak argitu, gorrotagarri eta errudun izanik ere, ohi bezala entzuna behar zuela irizten zioten. Eta lehenengotan horixe nagusitu zen eta kausa atzeratu. Gero Fausto kondenatua izan zen, inola ere ez Hiriaren onespenez, nahiz eta hain portaera txarragatik merezi izan. Izan ere, gogoan zuten Krispok berak ere diruagatik egin zituela salaketa berdinak, eta, hobenaren zigorra barik, mendekatzaila zen gaitzi.

[11] *Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur, septima a Galba conscripta, veteranae undecima ac tertia decima et praecipui fama quartadecumani, rebellione Britanniae compressa. Addiderat gloriam Nero eligendo ut potissimos, unde longa illis erga Neronem fides et erecta in Othonem studia. Sed quo plus virium ac roboris e fiducia tarditas inerat. Agmen legionum alae cohortesque praeveniebant; et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque praetoriae cohortes et equitum vexilla cum legione prima, ac deforme insuper auxilium, duo milia gladiatorum, sed per civilia arma etiam severis ducibus usurpatum. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus, quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso iam Alpibus Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus, veterani e praetorio, classicorum ingens numerus. Nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus est et ante signa pedes ire, horridus, incompertus famaeque dissimilis.*

[12] *Blandiebatur coeptis fortuna, possessa per mare et navis maiore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium, quibus temptandis adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedius Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum victus, Antonio Novello nulla auctoritas: Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinae corruptus, ita proeliorum avidus. Non Italia adiri nec loca sedesque patriae videbantur: tamquam externa litora et urbes hostium urere, vastare, rapere eo atrocius quod nihil usquam provisum adversum metus. Pleni agri, apertae domus; occurrentes domini iuxta coniuges et liberos securitate pacis et belli malo circumveniebantur. Maritimas tum Alpibus tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente (nec deest iuventus) arcere provinciae finibus Othonianos*

**11.** Bitartean, gerraren hasiera Otonen aldekoa zen, Dalmaziako eta Panoniako armadak bere aginduz abiarazita. Lau legiok osatzen zituzten, zeintzuetarik bakoitzeko bi mila gizon aurretik bidali zituzten. Multzo nagusiak distantzia neurtuan jarraitzen zien: VII.a, Galbak zerrendatua; XI.a eta XIII.a, beteranoak; eta ospean gorenak, XIV.enekoak, Britaniako altxamenduaren errepresioagatik. Neronek haien aintza handitu egin zuen, trebeen bezala hautaturik, eta hortik haien Neronenganako leialtasun iraunkorra eta Otonenganako babes sutsua. Baina zenbat eta indar eta ahalmen handiagoa izan, konfiantzatik harako mantxotasuna ere bazen. Hegalak eta kohorteak legioen zutabearen aurretik zihoazen. Hiritik bertatik ere bazen kontingente ez nolanahikoa: bost kohorte pretoriar eta zaldieriako eskudroiak, I. legioarekin batera, eta gainera bi mila gladiadoreko errefortzu itsusi bat, baina gerra zibiletan buruzagi zorrotzek ere erabili ohi zutena. Tropa horien buruzagi nagusi Annio Galo izendatu zuten, Vestrizio Espurinarekin aurretik bidalia Padoren ertzak okupatzera, lehenengo asmoak ustel gertatu baitziren, Zezinak Alpeak zeharkatuak zituelako, zeina Galien barruan geldiaraztea itxaroten zuten. Otoni berari esploratzaileen sail hautatuek laguntzen zioten gainerako pretoriar kohortekin batera, pretorioko beteranoek eta hainbat eta hainbat itsas infante. Eta ez zeraman berak martxa nagia eta gehiegikerian usteldua, baizik, burdinazko koraza jantzirik, banderen aurrelari zihoan, zakar, baldres eta ospez bestera.

**12.** Zoria haren hastapenaren alde zen, Italiarik gehiena itsasoz eta untziekin harturik zegoela Itsas Alpeen oinetaraino, zeintzuk ikertzeko eta narbonar probintziari erasotzeko, Suedio Klemente, Antonio Novelo eta Emilio Pazense buru jarri baitzituen. Baina Pazense atxilotua izan zen, soldaduen matxinada bat bide; Antonio Novelorengan ez zegoen inolako autoritaterik; Suedio Klementek aginte harroz gobernatzen zuen, diziplinaren zaintzak galdurik bezala, nahiz eta gudu gose. Ez zirudien Italian eta leku eta egoitza aberritarretan zebiltzanik. Itsasertz atzerritarrek eta etsaien hiriak bailiran, horregatik ankerkiago su eman, txikitu, arpilatzen zituzten, beldurraren aurka inon ez baitzen ezer aurreikusi. Soroak beterik, etxeak zabalik; emazte eta seme-alabekin bidera zetozen jabeak bakearen ezaxolak eta gerraren zorigaitzak inguratutik aurkitzen ziren. Orduan itsas Alpeak Mario Maturo prokuradoreak gobernatzen zituen. Hura, jendea astin-

*intendit: sed primo impetu caesi disiectique montani, ut quibus temere collectis, non castra, non ducem noscitantibus, neque in victoria decus esset neque in fuga flagitium.*

*[13] Inritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium. Quippe in acie nihil praedae, inopes agrestes et vilia arma; nec capi poterant, pernix genus et gnari locorum: sed calamitatibus insontium expleta avaritia. Auxit invidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent eoque per cruciatus interrogarent ubi filium occuleret, uterum ostendens latere respondit, nec ullis deinde terroribus aut morte constantiam vocis egregiae mutavit.*

*[14] Imminere provinciae Narbonensi, in verba Vitellii adactae, classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere; aderant legati coloniarum auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortis, quattuor equitum turmas, universam Trevirorum alam cum Iulio Classico praefecto misit, e quibus pars in colonia Foroiuliensi retenta, ne omnibus copiis in terrestre iter versis vacuo mari classis adceleraret. Duodecim equitum turmae et lecti e cohortibus adversus hostem iere, quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, et quingenti Pannonii, nondum sub signis. Nec mora proelio: sed acies ita instructa ut pars classicorum mixtis paganis in collis mari propinquos exurgeret, quantum inter collis ac litus aequi loci praetorianus miles expleret, in ipso mari ut adnexa classis et pugnae parata conversa et minaci fronte praetenderetur: Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortis densis ordinibus post equitem locant. Trevirorum turmae obtulere se hosti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis urgeret apta ad iaciendum etiam paganorum manus, qui sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. Additus percussis terror invecta in terga pugnantium classe: ita undique clausi, deletaeque omnes copiae forent ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.*



durik (eta ez gazte faltan), otondarrak probintziako lurretatik jaurtitzzen saiatu zen, baina menditarrak lehen talkan deseginak eta sakababatuak izan ziren, bidezko hori ere, kasualki bildurik eta kanpamendurik ez buruzagirik ezagutu gabe, ez garaipenean ohorerik, ez ihesean lotsarik ez dutenengan.

**13.** Gudu horren amorruz, Otonen soldadua Albintimilioko udalerriaren aurka sumindu zen. Izan ere, borrokan ez zen harrapakirik, nekazariak txiroak ziren eta haien armak alferrekoak; haiek harrapatzerik ere ez zegoen, enda bizkor eta lekuen ezagutzaile; baina diru-gosea errugabeen zorigaitzez asetu zen. Ezinikusia areagotu zuen emakume ligur baten etsenplu bikainak, zeinak, semea ezkutaturik, soldaduek, dirua ere ezkutatzen zuelakoan, semea non ezkutatzen zuen tortura artean galdetu ziotenean, sabela erakutsiz, hantxe gordetzen zuela ihardetsi baitzuen, eta gero, inolako izuz ez heriotzaz, ez zuen erantzun gailenaren irmotasunik aldatu.

**14.** Viteliori zin egina zen narbonar probintzia Otonen flotak mehatxatzen zuela jakinarazi zioten gutun izutuek Favio Valenteri. Kolonietako ordezkariak laguntza eske zeuden han. Tungroen bi kohorte bidali zituen, zaldizkoen lau eskudroi, treviroen hegala osoa Julio Klasisiko prefektuarekin, euren zati bat foroiular kolonian atxikirik gelditu ziren indarrak, ez zedin gerta, tropa guztiak lehorreko ibilbidetik joz gero, flotak itsaso hutsean azkarrago joka zezan. Zaldizkoen hamabi eskudroi eta kohorteetatik hautatuak etsaiaren aurka abiatu ziren, zeintzuei ligureen kohorte bat, ingurua ezagutzen zuen indar laguntzailea, eta oraindik zerrendatu gabeko bostehun panoniar batu zitzaizkien. Eta gudua ez zen atzeratu, baizik lerroa halako eran atondurik gelditu, ezen itsas infanteen zati bat, bertakoak tarteko, itsasotik hurbileneko mendisketara igotzeraino zabaldua baitzen; mendisketatik itsasertzera bitarteko lautada pretoriar soldaduak okupatzen zuen, eta hala flota, bat eginez eta borrokarako gertu, aurrean kokatzen zen, brankaz aurrera eta mehatxuti. Oinezkoetan indar txikiagoz, zaldizkoetan sendo zeuden viteliarrek alpetarrak goierarik hurbilenetan jartzen dituzte, kohorteak lerro estuetan zaldizkoen atzean. Treviroen eskudroiak etsaiaren aurka prebentzio gabe oldartu ziren, soldadu betarinoa bidera irten zitzaIELA, aldi berean hartarako gai ziren bertakoen sail batek albotik harrika uxatuz, zeintzuk, soldadu artean zabaldurik, kementsu zein beldurti, garaipenean berdin lehiatzen ziren. Atzera

[15] *Nec Vitelliani quamquam victi quievere: accitis auxiliis securum hostem ac successu rerum socordius agentem invadunt. Caesi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud navis, donec sidente paulatim metu, occupato iuxta colle defensi, mox inrupere. Atrox ibi caedes, et Tungrarum cohortium praefecti sustentata diu acie telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvide secutos conversi equites circumvenerunt. Ac velut pactis indutiis, ne hinc classis inde eques subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium, Othoniani Albingaunum interioris Liguria revertere.*

[16] *Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope adflixit Decumi Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in summam profutura, ipsi exitiosa. Namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio etiam si provenisset. Vocatis principibus insulae consilium aperit, et contra dicere ausos, Claudium Pyrrichum trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quintium Certum equitem Romanum, interfici iubet: quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperitorum turba in verba Vitellii iuravere. Sed ubi dilectum agere Pacarius et inconditos homines fatigare militiae muneribus occepit, laborem insolitum perosi infirmitatem suam reputabant: insulam esse quam incolerent, et longe Germaniam virisque legionum; direptos vastatosque classe etiam quos cohortes alaeque protegerent. Et aversi repente animi, nec tamen aperta vi: aptum tempus insidiis legere. Digressis qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops balineis interficitur; trucidati et comites. Capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere; neque eos aut Otho praemio adfecit aut puniit Vitellius, in multa conluvie rerum maioribus flagitiis permixtos.*

[17] *Aperuerat iam Italiam bellumque transmiserat, ut supra memoravimus, ala Siliana, nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad*

egin zutenen izua handitu egin zuen borrokarien bizkarrerantz zuzenduriko flotak. Hala, alde guztietatik zarratuta gelditu ziren, eta tropa guztiak deuseztuak izango ziratekeen, armada garailea gauaren ilunak, iheslarien babes, geldiarazi ez balu.

**15.** Eta viteliarrek, menperaturik ere, ez zuten atsedetik hartu. Errefortzuak etorrazita, berriro eraso zioten ustez segur eta ekintzen arrakastagatik ezaxol samar zebilen etsaiari. Zaintzaileak hiltzen dituzte, kanpamenduak txikitu eta bertan sartzen, untziak ikarak jo zituen, harik eta, beldurra apurka-apurka bareturik, babesturik, ondo-ko mendia harturik, berehala jauki zuten arte. Orduan, sarraski izugarria, eta kohorte tungroen prefektuak, guduari luzaro eutsi ondoren, gezika josirik jausten dira. Garaipena ez zen odolgabea izan otondarrentzat ere, zeintzuetarik arreta gabe jarraitu zutenak zaldizkoek, eurt eginik, inguratu zituzten. Eta, batetik flotak, bestetik zaldizkoak, kolpeko almararik sor ez zezan, suetena itundurik bezala, viteliarrak Narbonar Galiako Antipoli udalerrira itzuli ziren, otondarrak barne Ligu-riako Albigaunora.

**16.** Korsika eta Sardinia eta itsaso hurbileko gainerako irlak Otonen alderdian garaile fama zeukan flotak gelditu zituen. Baina Korsika Dezimo Pakario prokuradorearen ausarkeriak ia hondatu zuen, gerraren hainbesteko tamainaren barruan ezertarako ez, eta berarentzat hondagarri. Izan ere, Otonenganako gorrotoz, Viteliori laguntzea erabaki zuen korsikarren kontingenteekin, laguntza makala bera, ondo irten balitz ere. Irlako gorenak deiturik, asmoa agertu zien, eta aurka mintzatzen ausartu zirenak, Klaudio Pirriko, untzi liburnikoen kapitaina, eta Kintio Zerto, zaldun erromatarra, hiltzeko agindu zuen. Han zeudenek, haien heriotzaz izuturik, berdin esperientzia gabekoen jendetzak, ezer ez zekiela eta inoren beldurraren kide, Viteliori leialtasuna zin egin zioten. Baina Pakario erreklutatzen eta milizian zaildu gabeko gizonak nekarazten hasi zenean, ohitu gabeko ahalegina gorrotatuz, euren ahultasunaz pentsaketan hasi ziren: irla batean bizi ziren eta Germania eta legioen indarrak urrun zeuden, eta kohorteak eta hegalak babesten zituztenak ere arpilatu eta txikitu egin ei zituen flotak. Eta gogokerak tanpez aldatu ziren eta ez, hala ere, indar ageriz. Amarrurako une egokia hautatu zuten. Pakariori ohiki laguntzen zitotenak urrundu zirenean, bainuetan hiltzen dute, biluzik eta laguntza gabeko. Ingurukoak ere labanatu zituzten. Hiltzaileek eurek eraman

*omne servitium fregerat facilis occupantibus et melioribus incuriosos. Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpisque camporum et urbium, armis Vitellii (namque et praemissae a Caecina cohortes advenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum cohors apud Cremonam; intercepti centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque. Quo successu Vitellianus miles non iam flumine aut ripis arcebatur; inritabat quin etiam Batavos transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi raptis quibusdam exploratoribus ita ceteros terruere ut adesse omnem Caecinae exercitum trepidi ac falsi nuntiarent.*

*[18] Certum erat Spurinnae (is enim Placentiam optinebat) necdum venisse Caecinam et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem nec tris praetorias cohortis et mille vexillarios cum paucis equitibus veterano exercitui obicere: sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque: quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. Fit temeritatis alienae comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis si seditio mitesceret.*

*[19] Postquam in conspectu Padus et nox adpetebat vallari castra placuit. Is labor urbano militi insolitus contundit animos. Tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostendere si cum exercitu Caecina patentibus campis tam paucas cohortis circumfudisset. Iamque totis castris modesti sermones, et inserentibus se centurionibus tribunisque laudari providentia ducis quod coloniam virium et opum validam robur ac sedem bello legisset. Ipse postremo Spurinna, non tam culpam exprobrans quam rationem ostendens, relictis exploratoribus ceteros Placentiam reduxit minus turbidos et imperia accipientis. Solidati muri, propugnacula addita, auctae turres, provisa parataque non arma modo sed obsequium et parendi amor, quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud paeniteret.*

zizkieten buruak Otoni, etsaienak balira bezala. Ez Otonek saritu zituen, ez Viteliok zigortu, gertaeren zurrumbilo handian zantarkeria handiagoekin nahasirik.

**17.** Lehenago esana dugunez, Italia irekia eta gerra zabaldua zuen siliar hegala; Otonenganako begi onik ez zegoen inoren aldetik, eta ez, Vitelio nahiago zutelako, bake luzeak hautsi zituelako baizik, aurea hartzen zutenentzat eskuragarri eta onenentzat nagi bihurturik. Italiako lurralderik oparoena, Pado eta Alpeen arteko lur eta hiri guztiak, Vitelioren armek harturik zegoen (Zezinak abanguardiatzat bidalitako kohorteak ere iritsiak baitziren). Panoniarren kohortea Kremona ondoan harrapatu zuten; ehun zaldizko eta itsasoko mila gelditu zituzten Plazentzia eta Tizino artean. Garaipen honekin, Vitelioren soldadua ez zegoen ibaitik eta inguruetatik jaurtitzerik. Areago, batavoak eta Rhenoz handikoak Padok berak kintzen zituen, zeina Plazentziaren aurrean supituan igaro eta esploratzaile batzuk harrapatu-rik, hainbeste izutzen zituzten gainerakoak, ezen, dardaraz eta nahasirik, Zezinaren armada osoa iritsi zela iragarri baitzuten.

**18.** Espurinarentzat ziurra zen (Plazentzia berak baitzeukan) Zezina oraindik ez zela iritsi eta, hurbiltzen bazen, soldadua gotorlekuetan atxiki eta armada beterano bati ez zizkiola jarki behar hiru kohorte pretoriar eta mila banderadun, zaldizko bakan batzuekin. Baina soldadu mengaitz eta gerraren ezjakinak banderak eta estandarteak zapla beragandu, oldartu eta armak geldiarazi nahi zituen buruzagiaren aurka zuzendu zituen, zenturioiak eta tribunoak arbuiaturik. Behin eta berriro Oton traditua eta Zezina deitua zela hots egiten zuten. Espurina besteen ausarkeriaren lagun bilakatzen da, beharturik lehenengotan, onesten zuela simulatuz gero, bere aholkuek autoritate handiagoa izan zezaten, sedizioa baretzen bazen.

**19.** Pado bistan eta gaua hur zela, kanpamendu bat hesitzea pentsatu zuten. Hiritar soldaduarentzat ohigabea den lan honek gogoak abaildu egiten ditu. Orduan beteranoen euren sineskortasuna gaitzesten, beldurra eta arriskua azaltzen zuten, Zezinak armada batekin, zelai irekian, hain kohorte urriak inguratzen bazituen. Eta jada kanpamendu guztian autu neurtuak zebiltzan eta, zenturioi eta tribuno nahastean, buruzagiaren zuhurtzia goratzen zen, indarrez eta baliabidez kolonia baliozkoa hautatu zuelako gerrarako babes eta oinarri. Azkenik, Espurinak berak, ez hainbeste errua gaitzetsiz nola bere arrazoia ager-

[20] *At Caecina, velut relicta post Alpīs saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo, bracas [barbarum tegmen] indutus togatos adloqueretur. Uxorem quoque eius Saloninam, quamquam in nullius iniuriam insignis equo ostroque veheretur, tamquam laesi gravabantur; insita mortalibus natura recentem aliorum felicitatem acerbis oculis introspicere modumque fortunae a nullis magis exigere quam quos in aequo viderunt. Caecina Padum transgressus, temptata Othonianorum fide per conloquium et promissa, isdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et inritis nominibus iactata sunt, consilia curasque in obpugnationem Placentiae magno terrore vertit, gnarus ut initia belli provenissent famam in cetera fore.*

[21] *Sed primus dies impetu magis quam veterani exercitus artibus transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque prae graves. In eo certamine pulcherrimum amphitheatrum opus, situm extra muros, conflagravit, sive ab obpugnatoribus incensum, dum faces et glandis et missilem ignem in obsessos iaculantur, sive ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus, primum ad suspiciones, fraude inlata ignis alimenta credidit a quibusdam ex vicinis coloniis invidia et aemulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. Quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur; in levi habitum, reddita securitate, tamquam nihil gravius pati potuissent, maerebant. Ceterum multo suorum cruore pulsus Caecina, et nox parandis operibus absumpta. Vitelliani pluteos cratisque et vineas subfodiendis muris protegendisque obpugnatoribus, Othoniani sudis et immensas lapidum ac plumbi aerisque molis perfringendis obruendisque hostibus expediunt. Utrumque pudor, utrumque gloria et diversae exhortationes hinc legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus attollentium; illi ut segnem et desidem et circo ac theatri corruptum militem, hi peregrinum et externum increpabant. Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve uberius inter se probris quam laudibus stimulabantur.*

tuz, esploratzaileak han utzirik, besteak Plazentziara daramatza bueltan, ez hain bihurri eta aginduak onartuz. Harresiak gotortu ziren, bastioiak erantsi, dorreak luzatu; armak ez ezik, menpetasuna eta obeditzeko gogoia prestatu eta atundu ziren, horixe baitzen bando hark behar zuen bakarra, adore faltarik ez baitzen.

**20.** Zezinak, berriz, ankerkeria eta laxokeria Alpeen ondoren utzirik bezala, Italian zehar formazio ordenatuan jo zuen. Haren apainduria udalerri eta koloniek harrokeriari esleitzen zioten, zeren, longain koloretsua eta galtza motzak soinean, barbaroen janzkera berau, toga eta guzti hitz egiten baitzuen. Emazte Salonina ere berarekin zeraman zaldiz eta purpuraz nabarmen, nahiz eta inorenganako irain gabe, baina gaizki pairatzen zuten, mindurik bezala, hilkorren berezko izaeraren arabera, non inoren zorion berria begi zakarrez barne-ikusten den eta inori ez zaion zorian neurri gehiago eskatzen, lehen parean ikusi zituztenei baino. Zezinak, Pado zeharkaturik, elkarrizketa eta agintzekin otondarren leialtasuna tentaturik, bakea eta konkordia hitz apainez eta alferrez erabiliak izan ondoren ere berdin eskatua zelarik, planak eta ardurak Plazentziaren asaltora zuzendu zituen, izugarrikeria handiz, gerraren hasiera nolakoa izan, gainerakoan halakoxe entzutea izango zela jakinik.

**21.** Baina lehenengo eguna erasoan joan zen, armada beteranoaren taktiketan baino gehiago. Agerian eta prekauzio gabe, harresietara hurreratu ziren, janak eta ardoak erabat astundurik. Borroka hartan anfiteatroko eraikin ezin ederragoa erre zen, harresietatik kanpora zegoena, dela erasotzaileek su emanik, setiatuen aurka zuzi eta bala eta suzko jaurtigaiak botatzen zituztela, dela setiatuek, bueltan jaurtitzen zituztela. Herriko jendeak, susmorako prest, kolonia hurbilen batek, gorrotoz eta emulazioz, gai sukoiak zitalki jaurti zituela pentsatu zuen, Italia guztian ez baitzen hainbeste edukierako eraikinik. Zeinahi arrazoigatik izan zela, gertaera lazgarriagoen beldur zirenez, zer txikitzat jo zuten; lasaitasuna itzultitakoan, ezer larriagorik jasan ezin izan balute bezala samintzen ziren. Gainerakoan, Zezina beretarren galera handiz ezetsia izan zen, eta gaua prestakizunak burutzen igaro zen: viteliarrek parapetoak, koltzak eta manteleteak dauzkate, harresiak hondeatzeko eta asaltatzaileak babesteko; otondarrek, lantzak eta berunezko eta brontzezko mole itzelak, etsaiak hausteko eta zanpatzeko. Bi aldeetatik gailentasuna, bi aldeetatik aintza eta haren-

[22] *Vixdum orto die plena propugnatoribus moenia, fulgentes armis virisque campi: densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus altiora murorum sagittis aut saxis incessere, neglecta aut aevo fluxa comminus adgredi. Ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu adversus temere subeuntis cohortis Germanorum, cantu truci et more patrio nudis corporibus super umeros scuta quatientium. Legionarius pluteis et cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas: contra praetoriani dispositos ad id ipsum molaris ingenti pondere ac fragore provolvunt. Pars subeuntium obruti, pars confixi et exangues aut laceri: cum augeret stragem trepidatio eoque acrius e moenibus vulnerarentur, rediere infracta partium fama. Et Caecina pudore coeptae temere obpugnationis, ne inrissus ac vanus isdem castris adsideret, traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit. Tradidere sese abeunti Turullius Cerialis cum compluribus classicis et Iulius Briggantius cum paucis equitum, hic praefectus alae in Batavis genitus, ille primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.*

[23] *Spurinna comperto itinere hostium defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffusus paucitati cohortium, ne longius obsidium et vim Germanici exercitus parum tolerarent. Ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit, aegre coercitam legionem et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus infaustusque. Isdem diebus a Martio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum; namque promptus animi Martius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, et ceteris Cremonam fugientibus caesi qui restiterant: sed repressus vincentium impetus ne novis subsidiis firmati hostes fortunam proelii mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia ducum facta prave aestimantibus. Certatim, ut quisque animo ignavus,*



ga ezberdinak, batzuek legioen eta germaniar armadaren sendotasuna, besteez hiritar miliziaren eta pretoriar kohorteen ohorea goratuz. Haiek soldadua trufatzen ziren, alfer, nagi eta zirkuak eta antzokiak usteldutzat jorik; hauek, arrotz eta etorkintzat. Aldi berean, Oton eta Vitelio goretsiz edo kulpatuz, elkar berotzen zuten, gorespen baino irain ugariagoz.

**22.** Eguna zabaldu baino ez, harresiak defendatzailez beteak ziren, zelaia armaz eta gizonez dirdir. Legioen zutabe trinkoak, indar laguntzaileen kontingenteak formazio irekian, harresi goienei gezika eta harrika erasotzen diete, zaindu gabeak edo denborak makalduak hurretik jotzen. Otondarrek goitik azkonak jaurtitzen dituzte, kolpe prestatuagoz eta ziurragoz, germaniarren kohorteen aurka, zeintzuk, kanta basati eta gorputz biluzian, aberri ohituran, ausartegi hurbiltzen baitziren, ezkutuak sorbaldean kolpatuz. Legionarioak, parapetoz eta koltzaz babesturik, harresiak hondeatzen ditu, lubeta jasotzen, ateak irekitzen. Aurrean, pretoriarrek pisu eta burrunba itzeleko harkaitzak, hartarakoxe jarriak, pirritatzen dituzte. Hurreratzen direnetariko batzuk zanpatuak dira, beste batzuk zulatuak eta odolustuak edo zaurituak. Durdidurak triskantza areagoturik eta, horregatik, harresietatik gogorkiago atzemanak izanik, atzera egin zuten, bandoaren fama gaizki utzirik. Eta Zezina, ausarkeriaz hasitako asaltoaren lotsaz, kanpamenduan bertan barregarri eta hutsal ez kantonatzearen, berriro Pado zeharkaturik, Kremona beregantzen saiatzen da. Abian zihoala, berarengana pasatu ziren Tulio Zerial, itsas armadako infante dezentez, eta Julio Brigantiko, zaldizko gutxi batzuekin, hau hegal baten prefektu, batavoen artean sortua, hura primipilarra eta Zezinarentzat ez arrotza, Germanian indarren buru izana baitzen.

**23.** Espurinak, etsaien ibilbidea jakindakoan, Annio Galori Plazentziaren defentsaren berri ematen dio gutunez, zer gertatu zen eta Zezina zer prestatzen ari zen. Galok I. legioa Plazentziari laguntzera zerman, kohorteen urritasunean mesfidati, setio luzeegiari eta germaniar armadaren indarrari eutsi ezinean gerta ez zitezen. Zezina, ezetsia, Kremonarantz zihoala jakin zuenean, Bedriakon gerarazi zuen legio bat, ozta atxikia eta borroka garrez sedizioraino iritsi zena. Herriska hori Verona eta Kremona artean kokaturik dago, erromatarren bi hondamenengatik jada ezaguna eta madarikatua. Egun haietan beretan, Martzio Makro arrakastaz gudukatu zen Kremonatik ez urrun. Mar-

*procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum—nam eos quoque Otho praefecerat—variis criminibus incessebant. Acerrima seditionum ac discordiae incitamenta, interfectores Galbae scelere et metu vaecordes miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem litteris; qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat, rebus prosperis incertus et inter adversa melior. Igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit.*

*[24] Interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae. Angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. Pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu proelia, inferior, propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, recipere gloriam avidius quam consultius properabat. Ad duodecimum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocissimos auxiliarium imminetibus viae lucis occultos componit: equites procedere longius iussi et inritato proelio sponte refugi festinationem sequentium elicere, donec insidiae coererentur. Proditum id Othonianis ducibus, et curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere. Tertiae decimae legionis vexillum, quattuor auxiliorum cohortes et quingenti equites in sinistro locantur; aggerem viae tres praetoriae cohortes altis ordinibus obtinere; dextra fronte prima legio incessit cum duabus auxiliariis cohortibus et quingentis equitibus: super hos ex praetorio auxiliisque mille equites, cumulus prosperis aut subsidium laborantibus, ducebantur.*

*[25] Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos: Vitelliani temere exurgentes cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur; nam a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerant equites. Signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum: cunctator natura et cui cauta potius consilia cum ratione quam prospera ex casu placerent, compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis cito incipi vic-*

tziok, gogotsu, Padoren beste aldetik untzietan aldaturiko galdiadoreak berehalaxe hedatu zituen. Viteliarren indar laguntzaileak hantxe suntsitu zituzten, gainerakoak Kremonarantz ihesi, jarki zirenak bertan hilik. Baina garaileen oldarrari eutsi egin zioten, etsaiek, indar berriz sendoturik, guduaren zortetik alda ez zezaten. Otondarrei susmagarri egin zitzaien hori, buruzagien ekintzak oker ulertuz. Elkarren lehian, nor gogoz nagi, nor ahoz gordin zen kontu, Annio Galo eta Suetonio Paulino eta Mario Zeltsori (hauei ere Otonek agintea eman baitzieten) hainbat salaketaz erasotzen zieten. Sedizioen eta diskordiarren eztenik ankerrenek, Galbaren hiltzaileek, krimenez eta beldurrez euren onetik at, dena nahaspilatzen zuten, batzuetan ageriki hitz ozarrez, beste batzuetan Otonentzako isil gutunez. Hau, doilorrenen sineskor, dardar zegoen onen beldurrez, aldeko egoeretan zalanzkor eta okerretan hobeto. Beraz, Tiziano anaia etorrazazi eta gerraren buru ezarri zuen.

**24.** Bitartean, operazioak bikain burutu ziren Paulino eta Zeltsoren agindupean. Zezina alferrik larritzen zuten alferrik hasi zuen denak eta ahultzen zihoan armadaren ospeak. Bera Plazentziatik ezetsirik, indar laguntzaileak berriki ezerezturik, esploratzaileen gudusketan ere apalago, borroka ugariak areago gogoangarri baino, Fabio Valente hurbiltzen ari zela, gerraren ohore guztia hari ez uztearren, aintza berreskuratzen presatzen zen, irrits handiagoz zuhurtziaz baino. Kremonatik hamabigarrenean (lekuari Kastoreena deritzo), indar laguntzailerik beldurgarrienak jartzen ditu, bide gaineke basoetan ezkutaturik. Zaldizkoei urrunago aurreratzeko agindu zitzaien, eta gudua hasitakoan, jazarleen arrapalada xaxatzeko, erretiratuz, enboskatuak altxatu arte. Buruzagi otondarrei planaren berri eman zitzaien eta oinezkoen gidaritzaz Paulinok, zaldizkoena Zeltsok hartu zuen. XIII. legioko bandera bat, indar laguntzaileen lau kohorte eta bostehun zaldizko ezker aldean jartzen dituzte; bide goiena hiru pretoriar kohortek hartu zuten oso formazio itxian; aurrealdearen eskuinetik, I. legioa aurreratu zen, laguntzaileen bi kohorte eta bostehun zaldizkorekin. Hauez gainera, pretorioko eta indar laguntzaileetako mila zaldizko zihoazen, garaipenaren erremate eta larri zebiltzanen sorospen.

**25.** Armadak talkara heldu aurretik, viteliarrek eurt egitean, Zeltsok, amarrua igarririk, beretarrak gelditu egin zituen. Viteliarrak, astiro-astiro erretiran zihoan Zeltsori urrunegi jarraitu ondoren, ausartegi

*toriam ratus ubi provisum foret ne vincerentur. Ea cunctatione spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas refugiendi; et modica silva adhaerebat, unde rursus ausi promptissimos praetorianorum equitum interfecere. Vulneratur rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens.*

[26] *Tum Othonianus pedes erupit; protrita hostium acie versi in fugam etiam qui subveniebant; nam Caecina non simul cohortis sed singulas acciverat, quae res in proelio trepidationem auxit, cum dispersos nec usquam validos pavor fugientium abriperet. Orta et in castris seditio quod non universi ducerentur: vinctus praefectus castrorum Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditio-nem ageret, cum fratrem eius, Iulium Frontonem tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. Ceterum ea ubique formido fuit apud fugientis occurrentis, in acie pro vallo, ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus percrebuerit. Timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens e castris fessos adgrederetur et percussis nullum retro subsidium foret. Apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.*

[27] *Haud proinde id damnum Vitellianos in metum compulit quam ad modestiam composuit: nec solum apud Caecinam, qui culpam in militem conferebat seditioni magis quam proelio paratum: Fabii quoque Valentis copiae (iam enim Ticinum venerat) posito hostium contemptu et recipi-  
randi decoris cupidine reverentius et aequalius duci parebant. Gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio (neque enim rerum a Caecina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant, ut cuiusque legionis tentoria accessissent, coercitos a se quar-*

oldarturik, eurak jausten dira enboskadetan, zeren, alboetatik kohortek, aurrez legioen muturrak eta hedatze azkarrean zaldizkoek atzeko lerroak inguratu baitzituzten. Suetonio Paulinok oinezkoei ez zien borrokarako seinalerik berehala eman. Berez zalanzkor eta halabehararren ondoriozko zer aldekoak baino gogoetazko erabaki zuhurrak maiteago zituela, lubakiak betetzeko agintzen zuen, zelaia libratzeko, lerroa zabaltzeko, garaipena nahikoa bizkor hasten dela pentsatuz, menperatuak ez izateko neurriak hartzen direnean. Luzapen horrek viteliarrei astia eman zien, aihenen elkar-lotzez igarogaitz ziren mahasti batzuetara erretiratzeko. Ondoan, gainera, bazen oihan txiki bat, nondik, berriro aurre eginik, pretoriar zaldizkorik ausartenak hil zituzten. Epifanes erregea zauritzen dute, Otonen aldeko borrokara aspertzeke sakatzen zuena.

**26.** Orduan Otonen oinezkoak eztandatzen dira. Etsaiek lerroa txikiturik, laguntzera zetozenek ere ihesari eman zioten, Zezinak ez baitzitu kohortek batera mugiarazi, banan-banan baizik; taktika horrek nahasmena areagotu zuen borrokan, ihestunen izuak sakabanatuak eta inon indarrrik gabeak arrastatzen baitzituen. Kanpamenduan altxamendua ere izan zen, denak batera eramana ez izatearren. Julio Grato kanpamenduko prefektua kateatu zuten, Otonen alde militatzen zen anaiaaren aldeko traizioa prestatuko bailuen, bitartean anaia hori, Julio Fronton tribunoa, otondarrek kargu beraren pean atxilotua zutela. Gainerakoan, hainbesteko beldurra zebilen ihestunen artean, borrokagileen artean, gudu zelaian, oholesi aurrean, ezen bi bandoetan zabaldu baitzen Zezina armada osoagaz suntsitua izango zatekeela, Suetonio Paulinok erretira jo ez balu. Paulinok argudiatzen zuen benetan ahalegin handiegia eta martxa luzeegia izan zuela, soldadu viteliarrak kanpamendutik irten eta nekatuei eraso ez ziezaien, eta ezetsiak inolako laguntza gabe gera ez zitezen. Egun gutxitan, buruzagiaren arrazoi hori onartua izan zen; bulgoan kontrako marmarra sortu zuen.

**27.** Ezbehar horrek viteliarrak ez zituen hainbeste beldurrera bultzatu, nola moderaziora bideratu, eta ez Zezinaren inguruan bakarrik, zeinak errua soldaduari egozten baitzion, borrokarako baino sediziorako presatuago bera. Fabio Valenteren indarrek ere (Tizinora iritsia baitzen), etsaienganako arbuioa utzirik eta ohorea berreskuratzeko irrikaz, buruzagiari makurberago eta tinkoago men egiten zioten. Lehenago, sedizio larria piztua zen, hasiera-hasieratik (ez baitzen bidezko Zezinak egin-

*tadecimanos, ablatam Neroni Italiam atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum duci; corrupta iurgiis aut rixis disciplina; ad postremum Valens e petulantia etiam perfidiam suspectabat.*

*[28] Igitur nuntio adlato pulsam Trevirorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri, simul cura socios tuendi et militari astu cohortis turbidas ac, si una forent, praevalidas dispergendi, partem Batavorum ire in subsidium iubet. Quod ubi auditum vulgatumque, maerere socii, fremere legiones. Orbari se fortissimorum virorum auxilio; veteres illos et tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. Si provincia urbe et salute imperii potior sit, omnes illuc sequerentur; sin victoriae [sanitas sustentaculum] columen in Italia verteretur, non abrumpendos ut corpori validissimos artus.*

*[29] Haec ferociter iactando, postquam immissis lictoribus Valens coercere seditionem coeptabat, ipsum invadunt, saxa iaciunt, fugientem sequuntur. Spolia Galliarum et Viennensium aurum, pretia laborum suorum, occultare clamitantes, direptis sarcinis tabernacula ducis ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur; nam Valens servili veste apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alfenus Varus praefectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti et id ipsum quod nemo regeret paventes; silentio, patientia, postremo precibus ac lacrimis veniam quaerebant. Ut vero deformis et flens et praeter spem incolumis Valens processit, gaudium miseratio favor: versi in laetitiam, ut est vulgus utroque immodicum, laudantes gratantesque circumdatum aquilis signisque in tribunal ferunt. Ille utili moderatione non supplicium cuiusquam poposcit, ac ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit, gnarus civilibus bellis plus militibus quam ducibus licere.*

dakoaren ordena etetea) gogoratuko dudana. Batavoen kohorteek, Neronen gerran XIV. legiotik bereiziek, Britaniantz zihoazela, Vite-lioren altxamenduaren berri lingoien hirian jakinik, Fabio Valenterekin batu zirela kontatua dugun haiek, lotsagabe ziharduten, harrotuz ezen, legio bakoitzaren dendetara hurreratu ahala, XIV.ekoei errespetua sartu ziotela, Neroni Italia kendu ziotela eta gerraren izate guztia euren esku zegoela. Hori soldaduentzat laidogarri, buruzagientzat mingots zen. Diziplina hankaz gora joan zen irainez, liskarrez. Valentek, funtsean, traizioa ere susmatzen zuen petulantzian.

**28.** Hala, berria heldurik treviroen eta tungroen hegala Otonen flotak menperatua izan zela eta Narbonar Galia aldi berean aliatuak babesteko eta kohorte nahasiak eta, batera egonik, oso indartsuak amarru militarrez banatzeko ardurak blokeaturik zegoela, batavoen parte bat sorostera etortzeko agintzen du. Agindua entzun eta zabaldu zenean, indar laguntzaileak goibeldu egin ziren. Oso gizon kementsuen laguntza kentzen ei zitzaien; hainbat gerratako beterano eta garaile zirenak, etsaia bistan zela, gudutik kendu egiten zituzten nolabait; probintzia bat Hiria eta inperioaren osasuna baino garrantzitsuagoa bazen, denek hantxe jarraituko zutela; baina garaipenaren giltza (osasunaren euskarria) Italian bazegoen, ez ei zitzaizkien, gorputz bati bezala, lohadarrik indartsuenak erauzi behar.

**29.** Horrelako hotsak basaki eginez, Valentek, liktoreak bidalita, sedizioari eusten saiatu ondoren, berari erasotzen diote, harriak jaurtitzen, jazartzen, ihesi doala. Galietako eta vienarren harrapakia, euren nekeen prezioa, gordeta zeukala oihuka, ekipajeak astindu eta pikaz eta lantzaz buruzagiaren denda eta zorua ere azterkatzen dituzte, Valente esklabo-jantziz zaldieriako dekurioi batenean ezkutaturik baitzegoen. Orduan Alfeno Varok, kanpamenduko prefektuak, sedizioa apurka-apurka iraungitzean, zenturioiei zaintzaileak ikuskatzea debekatzeko burutapena izan zuen, eta eten zedila soldaduari gerrako zereginetara deitzen dion tronpeta hotsa. Hala, denak taket gelditu ziren, elkarri zurturik begira eta inork agindurik eman ez zezan beldurrez, hain zuzen. Isilik, geldi-geldi, azkenean erreguz eta malkoz barkamena eskatzen zuten. Valente, ostera, itxuragabe, negarrez eta, usteaz bestera, onez agertu zenean, hura zen poza, errukia, berotasuna. Alaitasunera jorik, bulgoa neurrigabea baita bi muturretan, goraipatuz eta zorionduz, tribunara daramate, arranoz eta banderaz inguraturik. Berak, moderazio

[30] Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non expectare ducem, anteire signa, urgere signiferos; rapido agmine Caecinae iunguntur. Improspere Valentis fama apud exercitum Caecinae erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur, simul in suam excusationem et adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur. Et quamquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclinabant, super benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vigore aetatis, proceritate corporis et quodam inani favore. Hinc aemulatio ducibus: Caecina ut foedum ac maculosum, ille ut tumidum ac vanum inridebant. Sed condito odio eandem utilitatem fovere, crebris epistulis sine respectu veniae probra Othoni obiectantes, cum duces partium Othonis quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia absternerent.

[31] Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur: addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae, contra illi initium belli nemo imputabat. Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu saevitia audacia rei publicae exitiosior ducebatur. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora quin totis viribus certarent: Otho consultavit trahi bellum an fortunam experiri placeret.

[32] Tunc Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem disseruit: exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant et deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat; Britannicum militem hoste et mari destineri: His-



baliagarritz, ez zuen inoren zigorrik eskatu eta, disimulatuz susmagarriegi ez bihurtzeko, bakan batzuk salatu zituen, gerra zibiletan soldaduei buruzagiei baino gehiago zilegitzen zaiela jakinik.

**30.** Tizino ondoko kanpamendua gotortzen ari zirenean, Zezinaren borroka okerraren berri jakinik, ia sedizioa berritu zen, Valenteren iruzur eta ezbaiengatik huts egin zutela gudura pentsatuz. Atsedetik ez dute nahi, buruzagiari ez diote itxaroten, banderei aurea hartzen diote, banderadunak presatzen; martxa azkarrean Zezinarekin batzen dira. Valenteren entzutea kontrakoa zen armadan; kexu ziren eurak, hain kopuru txikian, etsaien indar osoen aurrean ipini zituztelako, aldi berean euren aitzakitza eta zetozenen sendotasuna zurikerian goretsez, menperatu eta koldartzat arbuiaituak ez izateko. Eta Valentek indar ugariago, ia bi halako legio kopuru eta tropa laguntzaile, zeukan arren, soldaduen gogoak, oster, Zezinarenganantz makurtzen ziren, izaera onagatik ez ezik, zeinagatik ulerkorragotzat jotzen zuten, baita adinaren sendoagatik, gorputzaren luzeagatik eta halako xarma leun bategatik ere. Hortik buruzagien arteko lehia. Zezina hartaz burlatzen zen, mikatz eta usteltzat; hura honetaz, harro eta marrotzat. Baina, gorrotoa gorderik, interes berdina bultzatzen zuten, gutun ugaritan Otoni irainak jaurtiz, barkamenari begiratu gabe, Otonen alderdiko buruzagiak Vitelioren laido kontutik, txit emankorra izan arren, abstentitzen ziren bitartean.

**31.** Nolahai ere, bien heriotza aurretik, zeinagatik Otonek ospe gurena, Viteliok oso lotsagarria irabazi baitzuten, beldur txikiagoa zitzairen Vitelioren apeta laxoei, Otonen grina beroei baino. Honi Galbaren heriotzak izua eta gorrotoa erantsi zizkion; hari, oster, inork ez zion gerraren hasierarik egozten. Vitelio, urdailez eta jangalez, bere buruarrentzat desonest, Oton luxuz, ankerkeriaz, ausardiaz, errepublikaren hondagarri jotzen zuten. Zezina eta Valenteren tropak bat eginik, viteliarren artean ez zen indar guztiekin borrokatzeko inolako atzerapenik izan. Otonek gogoeta egin zuen gerra luzatzea ala zortea probatzea komeni ote zen.

**32.** Orduan Suetonio Paulinok, pentsatuz bere famari, zeinaren arabera garai hartan inor ez baitzen gai militarrean trebeago, gerraren plan osoa epaitzea zegokiola, etsaiei presa, eurei denbora-galtzea komeni zitzaieiela azaldu zuen: Vitelioren armada iritsia zela eta haren bizkarrean ez zela indar handirik, Galiak pil-pilean baitzeuden, eta Rhenoren

*panias armis non ita redundare; provinciam Narbonensem incursu classis et adverso proelio contremuisse; clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse: iam Germanos, quod genus militum apud hostis atrocissimum sit, tracto in aestatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli caelique haud toleraturos. Multa bella impetu valida per taedia et moras evanuisse. Contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam Moesiam Dalmatiam Orientem cum integris exercitibus, Italiam et caput rerum urbem senatumque et populum, numquam obscura nomina, etiam si aliquando obumbrentur; publicas privatasque opes et immensam pecuniam, inter civilis discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus; obiacere flumen Padum, tutas viris murisque urbis, e quibus nullam hosti cessuram Placentiae defensione exploratum: proinde duceret bellum. Paucis diebus quartam decimam legionem, magna ipsam fama, cum Moesicis copiis adfore: tum rursus deliberaturum et, si proelium placuisset, auctis viribus certaturos.*

*[33] Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur rettulerant. Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur, neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. Postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret dubitavere. Paulino et Celso iam non adversantibus, ne principem obiectare periculis viderentur idem illi deterioris consilii auctores perpulere ut Brixellum concederet ac dubiis proeliorum exemptus summae rerum et imperii se ipsum reservaret. Is primus dies Othonianas partis adflixit; namque et cum ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus, quando suspecti duces et*

urertza hain herri etsaikorren, gainera etorriko zirenen, esku uzterik ez zela komeni; britaniar soldadua etsaiak eta itsasoak isolaturik zegoen; Hispaniak ez zeuden hain ugari armetan; narbonar probintzia ikaraturik zegoen flotaren inkurtsioz eta borroka okerre; Padoz handiko Italia Alpeek itxia eta itsasotik inolako laguntza gabe eta armadaren iragai-tzak berak desegina zegoen; ez armadarentzako garirik inon, ez armada iraun zezakeen hornidura gabe; laster germaniarrek, etsaietan soldadu motarik beldurgarriena zirenek, gerra udara arte atzeratuz gero, gorputzak ahiturik, ez zuten zoru eta klima aldakuntzarik jasango; oldar bortitzeko gerra asko asperrean eta astiroan ezabatu izan dira. Eurentzat, oster, dena ei zen oparo eta leial: Panonia, Mesia, Dalmazia, Ekialdea armada osoekin, Italia eta Hiria, inperioaren hiriburua, eta senatua eta herria, izen inoiz ere ez ilunak, noizbait iluntzen baziren ere; baliabide publikoak eta pribatuak eta dirutza izugarria, liskar zibiletan burdina baino indartsuagoa; soldaduen gorputzak edo Italiara edo beroetara ohituak; aurrean Pado ibaia zegoen, gizonen eta harresiz defendaturiko hiriak, zeintzuetarik batek ere ez ziola etsaiari amore emango frogatua baitzuen Plazentziaren defentsak; beraz, luza zezala gerra. Egun gutxi barru, XIV. legioa etorriko zen, ospe handikoa bera, Mesiako tropekin; orduantxe eztabaidatuko zela berriro eta, gudua erabakitzen bazen, indar handituekin borrokatuko zirela.

**33.** Paulinoren iritziarekin bat zetorren Mario Zelso; egun batzuk lehenago zalditik jausi eta nahigabez zegoen Annio Galok ere horixe uste zuela jakinarazi zuten haren iritziaren berri jakitera bidaliek. Oton borrokatzearen alde zegoen; Tiziano bere anaiak eta Prokulo pretorioko prefektuak, inesperientziak presaturik, segurtatzen zuten zoria eta jainkoak eta Otonen numena euren asmoen alde zeudela, euren ahalegina babestuko zutela, eta euren iritziari kontra egiten inor ausar ez zedin, zurikeriara jaitsi ziren. Borrokatzea erabaki eta gero, dudan egon ziren printzeak guduan parte hartu ala erreserbatu behar zuen. Oraingoan Paulino eta Zelsoren kontrakorik gabe, printzea arriskupean jartzen zutela eman ez zezan, aholkurik okerrenaren autore haiek Briselora erretiratzera bultzatu zuten, eta, gudueta zalan-tzetatik libre, bere burua operazioen eta inperioaren goren gidaritza-rako gordetzera. Egun horixe izan zen Otonen alderdia abaildu zuen lehenengoa, berarekin pretoriar kohorte eta esploratzaile eta zaldizko-en kontingente indartsuak alde egin baitzuen eta gelditzen zirenen

*Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.*

*[34] Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis; et exploratores cura diversa sciscitandi sua non occultabant. Quietis intentique Caecina ac Valens, quando hostis imprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus obpositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. Naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus conexae, adversum in flumen dirigebantur, iactis super ancoris quae firmitatem pontis continerent, sed ancorarum funes non extenti fluitabant, ut augescente flumine inoffensus ordo navium attolleretur. Claudebat pontem imposita turris et in extremam navemeducta, unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur.*

*[35] Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando praelabebantur. Ac forte pluris transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur: sed neque ea constantia gladiatoribus ad proelia quae militibus, nec proinde nutantes e navibus quam stabili gradu e ripa vulnera derigebant. Et cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppis, scandere foros aut comminus mergere: quae cuncta in oculis utriusque exercitus quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur.*

*[36] Et proelium quidem, abruptis quae supererant navibus, fuga diremptum: Macer ad exitium poscebatur, iamque vulneratum eminus lancea strictis gladiis invaserant, cum intercursum tribunorum centurionumque protegitur. Nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit. Dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer*

gogoa hautsi, buruzagiak susmagarriak baitziren eta Otonek ere, zeinaz bakarrik fidatzen ziren soldaduak, bera ere soldaduez baizik fidatzen ez zela, buruzagien atribuzioak airean utzi baitzituen.

**34.** Viteliarrei horrelako ezer ez zitzaien oharkabean pasatzen, desertzio ugariei esker, gerra zibilean ohi denez; eta esploratzaileek, etsaiarena egiaztatu guran, ez zuten eurenik ezkutatzen. Zezina eta Valente, geldi eta etsaia bere itsumenean noiz oldartuko zen begira, jakinduriaren ordezkotik, besteen argelkeriaren zain zeuden, zubi bat hasirik, Pado igarotzea simulatuz aurrean kokatua zen gladiadore-kontingente baten aurka, eta euren soldadua aisia laxoan alferrik gal ez zedin. Untziak, elkarren arteko distantzia berdinean, bi muturretatik haga sendoz lotuak, urez kontra jarrita zeuden, zubiaren irmotasuna mantentzeko aingurak ere botarik, baina ainguren kableak teink flotatu gabe, ura handitzean, untzi lerroa oztopo gabe igo zedin. Zubiburu, gainean jarri eta azken untziraino arrastatua, dorrea zegoen, nondik etsaiak tramankuluz eta makinaz ezets zitezkeen. Otondarrek dorrea urertzean eraiki zuten eta harriak eta zuziak jaurtitzen zituzten.

**35.** Eta ibai erdian bazen irla bat, norantz untziekin maniobratzen ziren gladiadoreei germaniarrek aurrea hartzen baitzieten igeri. Pasatuak zirenei, asko beharbada, Makrok, liburniak bete ondoren, gladiadorerik prestenean erasotzen die; baina ez gladiadoreek zeukaten borrokarako soldaduek beste erresistentzia, ez untzietatik, kulunkatzean, zuzentzen zituzten tiroak ertzetik oin tinkoan bezala. Eta, bate-tik bestera lasterkatzen zirenek eraginiko okertze etengabeetan, arraunlari eta gudulari, elkar trabatuz, aldrebestu zirenean, germaniarrek, erasora joz, uretara jauzi egiten zuten, untziei heltzen, kareletik igotzen edo eskuekin hondoratzen. Eta dena bi armaden bistan, viteliarrentzat zenbat pozgarriago, otondarrek hainbat sutsuago gaitzesten zuten hondamendiaren eragilea eta egilea.

**36.** Eta gudua, jakina, gelditzen ziren untziak erauzitakoan, ihesarekin erabaki zen. Makro heriotzarako eskatzen zuten eta jada erasoa zuketan ezpatak zorrotik aterata, lantzaz urrundik zauritu ondoren, tribunoen eta zenturioien erdian babestu ez balitz. Eta ez asko geroago, Vestrizio Espurina, Otonen aginduz, Plazentziako guarnizio txikia utzirik, bere kohorteekin dator. Geroago, Otonek Flavio Sabino konsul izendatua bidali zuen Makrok gidaturiko tropen buru, soldadua

*praefuerat, laeto milite ad mutationem ducum et ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.*

*[37] Invenio apud quosdam auctores pavore belli seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur, dubitasse exercitus num posito certamine vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permetterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini, quod vetustissimus consularium et militia clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. Ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetiturum, ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse corruptissimo saeculo tantam vulgi moderationem reor ut qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent, neque aut exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere, aut legatos ac duces magna ex parte luxus egestatis scelerum sibi conscios nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passuros.*

*[38] Vetus ac iam pridem insita mortalibus potentiae cupidum cum imperii magnitudine adolevit erupitque; nam rebus modicis aequalitas facile habebatur. Sed ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excisis securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarsere. Modo turbulenti tribuni, modo consules praevalidi, et in urbe ac foro temptamenta civilium bellorum; mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompeius occultior non melior, et numquam postea nisi de principatu quaesitum. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint: eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eaedem scelerum causae in discordiam egere. Quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est. Sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem venio.*

buruzagien aldakuntzaz pozik eta buruzagiak hainbeste sedizioatik hain arriskutsua zen milizia arbuiauz.

**37.** Autore batzuegan aurkitzen dut armadak, gerraren beldurrez edo bi printzeenganako asperrez, zeintzuen lotsagarrikeriak eta desohorea egunetik egunera entzute nabariagoz ezagutzen baitziren, dudan egon zirela ea, borroka amaitutzat emanik, eurak adostasunera iritsi ala senatuari enperadorea hautatzen utziko zioten, eta, horregatik, buruzagi otondarrek denbora eta atzerapena aholkatu zutela; horixe itxaroten zuen Paulinok batipat, kontsul ohietariko zaharrena eta milizian gurena izanik, britaniar espedizioetan aintza eta ospea irabazia zelako. Nik neuk, banaka batzuek, gogo isilean, gerra ordeztakea, hain txar eta lotsagarrien ordeztake printze ona eta errugabea bilatu zutela onartzeko gertu egonik ere, ez dut uste, oster, ez Paulinok itxarongo zuenik, zeukan argitasunean, hain aro usteleanean bulgoarengan hainbesteko moderaziorik, ezen bakea gerra gogoz irauli zutenek gerra bakearen maitasunez utzi zezaten, ez armadak, hizkuntza eta ohituretan ezberdinak, halako itunean bil zitezkeenik, edo legatuek eta buruzagiek, euren larkerien, pobreziaren eta krimenen ohartun gehienbat, printze orbangabe eta euren zerbitzura behartu gaberik jasango zutenik.

**38.** Aginte-grina zahar eta hilkorrengan jada aspalditik txertatua inperioaren hedakuntzarekin hazi eta zabaldu zen, egoera apalean berdintasuna aisa mantzentzen baitzen; baina, lurbira menperaturik eta hiriak eta errege etsaiak deseginik, arrisku gabeko agintea irrikatzea libre izan zenean, senatarien eta plebearen arteko lehen demak sortu ziren. Batzuetan tribuno nahasleak, beste batzuetan kontsul gailenak ziren, eta Hirian eta foroan, gerra zibil saiakerak. Gero Gaio Mariok, pleberik apalenekoak, eta noblerik ankerrenak, Luzio Silak, armekin irabazitako askatasuna tirania bihurtu zuten. Hauen ondoren, Gneo Ponperio dator, ezkutuagoa, ez hobe, eta harrezkero printzeagoz beste konturik ez zen. Hiritarren legioak Farsalian eta Filiposen ez ziren armetatik aldendu; Otonen edo Vitelioren armadek arrazoi handiagoz ez zuten gerra euren gogoz utziko. Jainkoen haserre berak, gizakien amorru berak, krimenen arrazoi berek eraman zituzten haiek liskarrera. Gerrak kolpe banaz bukatzea printzeen zabarkeriagatik gertatu zen. Baina ohitura zahar-berrien gogoetak urrunegi eraman nau. Orain gertaeren harira nator.

[39] *Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpa praetendebantur; tribuni centurionesque ambigui quod spretis melioribus deterrimi valebant; miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exequi mallet. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit, adeo imperite ut quamquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur. Ibi de proelio dubitatum, Othone per litteras flagitante ut maturarent, militibus ut imperator pugnae adesset poscentibus: plerique copias trans Padum agentis acciri postulabant. Nec proinde diiudicari potest quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse quod factum est.*

[40] *Non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentis Padi et Ardae fluminum, sedecim inde milium spatio distantis, petebant. Celso et Paulino abnudentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti, non omissuro quo minus expeditus et vix quattuor milia passuum progressus aut incompósitos in agmine aut dispersos et vallum molientis adgrederetur, Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei impatiens.*

[41] *Eodem die ad Caecinam operi pontis intentum duo praetoriarum cohortium tribuni, colloquium eius postulantes, venerunt: audire condiciones ac reddere parabat, cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere. Interruptus tribunorum sermo, eoque incertum fuit insidias an proditorem vel aliquod honestum consilium coeptaverint. Caecina dimissis tribunis reiectus in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere; et mirum dictu, a paucioribus Othonianis quo minus in vallum impingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt: ea strictis*



**39.** Oton Bisellorantz abiatzean, agintearen ohorea Tiziano anaiaren, indarra eta boterea Prokulo prefektuaren esku zeuden. Zelsok eta Paulinok, haien gaitasunik inork ez erabiltzean, inoren erruaren estalki ziren, buruzagi izen faltsuz. Tribunoak eta zenturioiak ezbaian zeuden, onenak arbuiaurik, txarrenak nagusitzen baitziren. Soldadua gogotsu zebilen, buruzagien aginduak interpretatzea betetzea baino nahiago zuen baina. Kanpamendua Bediakrotik laugarrenera mugitzea erabaki zen, baina hain taxu gabe, ezen, udaberri sasoian eta inguruan hainbeste ibairekin ere, ur faltan akitu baitziren. Han duda sortu zen borrokaz, Otonek gutunekin azkartzeko ekinez, soldaduek enperadorea borrokan izan zedila eskatuz. Askok Padoz handik zeuden tropei deitzeko eskatzen zuen. Eta ez dago argitzerik zer onena egin zitekeen, egin zena txarrena izan zela argi dago baina.

**40.** Gudura barik kanpainara abiaturik, Pado eta Arda ibaien bilgunerantz zihoazen, handik hamasei miliara. Zelso eta Paulino ukatzen zirelarik martxak nekaturiko soldadua, fardelez zamatua, halako etsaiari jarkitzera, zeinak, libre eta lau milia doi aurrera eginik, ez baitzuen baztertuko zutabea desordenatuei edo sakabanatuei eta ohole-siginan zebiltzanei erasotzea, Tizianok eta Prokulok, euren arrazoiketen menpeko, agintearen legera jotzen zuten. Hain zuzen, numida bat lauhazka bizian iritsi zen agindu latzekin, non Otonek, buruzagien geldotasuna gaitzetsi ondoren, behin betiko ekintzari ekiteko agintzen baitzuen, atzerapenagatik minez eta itxaropenik jasan ezinez.

**41.** Egun berean, zubi-lanean ziharduen Zezinarengana pretoriar kohorteen bi tribuno heldu ziren, harekin elkarrizketa eske. Proposamenak entzutera eta erantzutera zihoala, esploratzaile batzuek, arrapaladan, etsaia bazetorrela iragarri zuten. Tribunoen azalpena etenda gelditu zen eta, horrela, ez zen ziur jakin azpikerian edo traizioan ala plan zintzoan saiatu ziren. Zezinak, tribunoak bidalirik, kanpamendura itzultzean, borrokarako seinalea Valenteren aginduz emana eta soldadua armetan aurkitu zuen. Legioek abantzuaren ordena zotz egin bitartean, zaldizkoek eraso egin zuten eta, bai harrigarria, otondar bakan batzuek oholesiaren aurka ezetsiak izatetik italiar legioaren kemenak libratu zituen; honek, altzairuak airean, menperatuak itzultzera eta borroka berrastera behartu zituen. Viteliar legioen lerroa arrapalada gabe eratu zen, zeren, etsaia hur izanik ere, armen ikustea zuhaitzen trinkoak eragozten baitzuen. Otondarren artean, buruzagiak

*mucronibus redire pulsos et pugnam resumere coegit. Disposita Vitellianarum legionum acies sine trepidatione: etenim quamquam vicino hoste aspectus armorum densis arbustis prohibebatur. Apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quaerere alii; incertus undique clamor adcurrentium, vocantium: ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.*

*[42] Attonitas subito terrore mentis falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris quae causa salutandi, metum proditionis fecere. Tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero praestantior: Othoniani, quamquam dispersi, pauciores, fessi, proelium tamen acriter sumpserunt. Et per locos arboribus ac vineis impeditos non una pugnae facies: comminus eminus, catervis et cuneis concurrebant. In aggere viae conlato gradu corporibus et umbonibus niti, omisso pilorum iactu gladiis et securibus galeas loricasque perrumpere: noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius belli certabant.*

*[43] Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. Primani stratis unaetvicensimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa legio et impulit rursus primanos, interfecto Orfidio Benigno legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. A parte alia propulsa quintanorum impetu tertia decima legio, circumventi plurium adkursu quartadecimani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam*

beldurti ziren, soldadua buruzagiekin haserre, ibilgailuak eta urketa-riak nahastean, eta, lubakiak bi aldeetatik amilean, zutabe lasaiaren-tzat ere bide estua. Batzuek euren banderak inguratzen zituzten, beste batzuek bilatzen. Bazen nondinahi lasterka iristen zirenen eta hara-hona lasterkatzen zirenen oihuteria nahasi bat. Bakoitzaren ausardia edo beldurra bide, lehen lerrora oldartzen edo azkenekora atzeratzen ziren.

**42.** Bat-bateko izuak onetik ateratako gogoak funts gabeko poz batek abailmenera eraman zituen, armadak Viteliorengandik desertatu zue-lako gezurra iragarri baitzuten batzuek. Zurrumurru hori, Vitelioren esploratzaileek zabaldua, edo, Otonen alderdian bertan, dela iruzu-rrez, dela halabeharrez, sortu ote zen, gutxi frogaturik dago. Borroka-ren beroa utzirik, otondarrek agurtu ere egin zituzten beste aldekoak; eta oihu etsaikorrez hartuak izan ziren, eta euretar askorengan, agu-rraren arrazoia zein zen ez jakinik, traizioaren beldurra sortu zen. Orduan etsaien lerroak indar osoz jo zuen, indarrez eta kopuruz gehia-go zirela. Otondarrek, nahiz eta sakabanaturik, gutxiago eta nekaturik, borrokari suharki heldu zioten, hala ere. Eta zuhaitz eta mahatsenga-tik sargaitz ziren lekuetatik, borrokaren aurpegia ez zen bakarra: hurretik, urrundik, multzoan eta zirian esesten zuten; galtzadaren zoruan, eskuetaraino iritsirik, gorputzekin eta ezkutuekin sakatzen zioten elkarri; pikak jaurtitzeari utzirik, kaskoak eta korazak ezpataz eta aizkoraz birrintzen zituzten; elkar ezagutzean, besteen ikusgai, gerra osoaren amairako gudukatzen ziren.

**43.** Hain zuzen, Pado eta bidearen artean, bi legiok zelai irekian elkar jo zuten. Vitelioren aldetik, XXI.a, Harrapari ezizenekoa, aspaldiko aintzagatik ospetsua; Otonen aldetik, Lehen Laguntzailea, artean inoiz gudura eraman gabea, baina suhar eta ohore berriaren gose. Lehenekoe, XXI.eko aurrelariak eraitsirik, arranoa kendu zieten; legioak, irain horrek amorraturik, Lehenekoei atzerantz eragin zie-ten, Orfidio Benigno legatua hilez, eta etsaiei bandera eta zutoihal asko kendu zieten. Beste leku batean, XIII. legioa Varen erasoak uxatua izan zen, XIV.eko indar askoren iritsierak inguraturik. Eta Otonen buruzagiak aspaldi ihes eginak zirela, Zezinak eta Valentek euretarrak erreserbako tropaz indartzen zituzten. Azken sorospena iritsi zen, Varo Alfeno batavoekin, gladiadoreen kontingentea dese-gindakoan, zeina, untzietan translatua, kohortek, aurrean jarririk,

*navibus transvectam obpositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti.*

[44] *Et media acie perrupta fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes. Immensum id spatium, obstructae strage corporum viae, quo plus caedis fuit; neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur. Suetonius Paulinus et Lici-  
nius Proculus diversis itineribus castra vitavere. Vedium Aquilam tertiae decimae legionis legatum irae militum inconsultus pavor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur; non probris, non manibus abstinens; desertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum et Celsum nox iuvit, dispositis iam excubiis compressisque militibus, quos Annius Gallus consilio precibus auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent: sive finis bello venisset seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum. Ceteris fractus animus: praetorianus miles non virtute se sed proditione victum fremebat: ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila; superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit, venire Moesicas legiones, magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos et, si ita ferret, honestius in acie perituros. His cogitationibus truces aut pavidi extrema desperatione ad iram saepius quam in formidinem stimulabantur.*

[45] *At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eadem die obpugnationem castrorum; simul voluntaria deditio sperabatur: sed expeditis et tantum ad proelium egressis munimentum fuere arma et victoria. Postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate et qui ferociores fuerant ad paenitentiam inclinantibus missa legatio; nec apud duces Vitellianos dubitatum quo minus pacem concederent. Legati paulisper retenti: ea res haesitationem attulit ignaris adhuc an impetrassent. Mox remissa legatione patuit vallum. Tum victi victoresque in*

ibaian bertan akabatu baitzuten. Hala garaile, etsaien alboaren aurka jaurti zituzten.

**44.** Eta lerroa erditik hautsirik, otondarrek eragabe ihes egin zuten, Bediakrorantz eginez. Distantzia izugarria bera, bideak gorputzen pilaketaz trabaturik gelditu ziren, horrekin sarraskia aeragotuz, gerra zibiletan atxiloak ez baitira harropaki bihurtzen. Suetonio Paulinok eta Lizinio Prokulok kanpamendua ibilbide apartatuetatik saihestu zuten. Vedio Akila, XIII. legioko legatua, belduritsuak soldaduen amorrura bota zuen. Barrutian oraindik egun argiz sartu zelarik, sedi-ziogile eta ihestunen oihuek erasaten diote; ez irainez, ez eskuz abstenitzen dira; desertore eta traidoretzat salatzen dute, ez ezein hoben bereziki bereagatik, baizik, bulgoaren ohituran, bakoitzak bere lotsagarrikeria besteei gaitzetsiz. Tiziano eta Zelsori gauak lagundu zien, guardiak jada banaturik eta soldaduak geldiarazirik, zeintzuk Annio Galok aholkuz, erreguz, autoritatez konbentzitu baitzituen ez zitezela, gudu galtzailearen hondamenaren ondoren, elkarren arteko sarraskian anker: dela gerraren amaia iritsia zela, dela berriro armei heltzea nahiago zutela, garaituen leungarri bakarria konkordian zetzala. Beste guztien gogoia hautsirik, pretoriar soldaduak hots egiten zuten ez zituela kemenak garaitu, traizioak baizik: viteliarrentzat ere ez ei zen garaipena odolgabea izan, zaldieria ezetsirik, legio baten arranoa erauzirik; Padoz handik egoniko indarrak Otonekin berarekin gelditzen ei ziren; Mesiako legioak bazetozen; armada zati handi bat Bedriakon geratu zen; hauek oraindik ez zeuden, noski, garaituak eta, aukerarik bazen, gudu zelaian duinkiago hilko ei ziren. Horrelako gogoetekin anker, edo azken desesperazioan izu, amorrura maizago elkar berotzen zuten beldurrera baino.

**45.** Vitelioren armada, berriz, Bedriakotik bosgarren harrira gelditu zen, buruzagiak egun berean kanpamendua asaltatzen ausartzeke. Aldi berean, errendizio boluntarioa itxaroten zuten. Baina ekipajega-beek eta gudura bakarrik irten zirenek armak eta garaipena zituzten gotorleku. Biharamunean, otondar armadaren desio ez anbiguoaz eta basatien izan zirenak damura makurtuz, legazio bat bidali zuten; eta viteliar buruzagien artean ez zen bakea eskaintzeko dudarik izan. Legatuak apur batean atxiki egin zituzten. Horrek zalantza eraman zituen lortu zutenik oraindik ez zekitenak. Legazioa itzuli eta laster, oholesia ireki zuten. Orduan garaile eta garaitu, denak malkotan urtu

*lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes; isdem tentoriis alii fratrum, alii propinquorum vulnera fovebant: spes et praemia in ambiguo, certa funera et luctus, nec quisquam adeo mali expers ut non aliquam mortem maereret. Requisitum Orfidii legati corpus honore solito crematur; paucos necessarii ipsorum sepelivere, ceterum vulgus super humum relictum.*

*[46] Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus et consilii certus. Maesta primum fama, dein profugi e proelio perditas res patefaciunt. Non expectavit militum ardor vocem imperatoris; bonum haberet animum iubebant: superesse adhuc novas viris, et ipsos extrema passuros ausurosque. Neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. Qui procul adstiterant, tendere manus, et proximi prensare genua, promptissimo Plotio Firmo. Is praetorii praefectus identidem orabat ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui; fortis et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. Quas inter voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant, ut nemo dubitet potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus.*

*[47] Ipse aversus a consiliis belli 'hunc' inquit 'animum, hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. Experti in vicem sumus ego ac fortuna. Nec tempus computaveritis: difficilius est temperare felicitati qua te non putes diu usurum. Civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis initium illic fuit: ne plus quam semel certemus penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis: mihi non ultione neque solaciis opus est.*

ziren, gerra zibilen zortea alaitasun penagarritz gaitzesten zutela. Denda beretan, batzuek anaien, besteek ahaideen zauriak sendatzen zituzten. Itxaropena eta sariak dudan, hiletak eta nahigabeak segur, eta inor ere ez heriotzaren bat ez deitoratzeko bezain gaitzetik libre. Orfidio legatuaren gorpua, bila jardun ondoren, ohiko ohorez erretzen da. Bakan batzuk euren ahaideek ehortzi zituzten; gainerako multzoa zoruan bertan behera utzi zuten.

**46.** Oton albistearen zain zegoen, inola ere ez beldurti eta erabakian segur. Zurrumurru ilun batek lehenengotan, ondoren gudutiko iheslariak egoera galdua agertzen diote. Soldaduen berotasunak ez zion itxaron enperadorearen ahotsari. Gogo gertu edukitzeko agintzen zioten: bazirela oraindik indar berriak eta eurak ere azkeneraino eutsiko eta arriskatuko zirela. Eta ez zegoen zurikeriarik; gudura jotzeko eta euren alderdiaren zoria nolabaiteko amorruez eta kitzikaz jasotzeko beroturik zeuden. Urrun geratu zirenek eskuak luzatzen eta hurbilenek belaunak besarkatzen zizkieten, prestena Plozio Firmo zela. Pretorioko prefektu honek erregu eta erregu egiten zion ez uzteko bertan behera hain armada leiala, meriturik handienak eginak ziren soldaduak: okerra gogo handiagoz jasaten zela uzten baino; kementsuak eta suharrak zoriz kontra ere itxaropenean tematzen zirela; beldurtiak eta kikilak ikaraz desesperaziora presatzen zirela. Horrelako hitzekin, Otonek aurpegia makurtu ala gogortu, oihuak eta auhenak ziren. Eta pretoriarrek, Otonen soldadurik hurbilenek, ez ezik, Mesiako aurretaldeek ere iristen ari zen armadaren seta berbera iragartzen zuten, legioak Akileian sartuak zirela, inork ez dezan dudarik izan gerra larregarri, beltz, garaile eta garaituentzat dudazko hura berrasia izan zitekeela.

**47.** Hark, oster, gerra proposamenei bizkar emanik, esan zuen: «Zuen gogo hori, zuen kemen hori luzaroago arriskueta jartzea nire biziarentzat prezio handiegia iruditzen zait. Zuek zenbat eta itxaropen handiagoa erakutsi, bizitzea atsegin balitzait, hainbat ederragoa izango da nire heriotza. Zoriak eta biok elkar probatu dugu. Eta ez denborarik kontu: zailagoa da moderatzea luzaro erabiltzerik ez daukazula uste duzun zoriona. Gerra zibila Viteliok abiatu zuen, eta printzegogatik armaz lehia gintezen, hasiera handik izan zen. Behin besterik lehia ez gaitezen, etsenplua neuregan geldituko da. Honetaz geroak epaituko du Oton. Vitelio anaiatz, emazteaz, seme-alabez gozatuko da.

*Alii diutius imperium tenuerint, nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus sterni rursus et rei publicae eripi patiar? eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis, set este superstites. Nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extremis loqui pars ignaviae est. Praecipuum destinationis meae documentum habete quod de nemine que-  
ror; nam incusare deos vel homines eius est qui vivere velit.*

[48] *Talia locutus, ut cuique aetas aut dignitas, comiter appel-  
llatos, irent propere neu remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate, senes precibus movebat, placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coercens. Dari navis ac vehicula abeuntibus iubet; libellos epistulas-  
que studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignis abo-  
let; pecunias distribuit parce nec ut periturus. Mox Salvium Cocceianum, fratris filium, prima iuventa, trepidum et mae-  
rentem ultro solatus est, laudando pietatem eius, castigando formidinem: an Vitellium tam inmitis animi fore ut pro inco-  
lumi tota domo ne hanc quidem sibi gratiam redderet? mere-  
ri se festinato exitu clementiam victoris; non enim ultima des-  
peratione sed poscente proelium exercitu remisisse rei publi-  
cae novissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis  
nobilitatis quaesitum. Post Iulios Claudios Servios se primum  
in familiam novam imperium intulisse: proinde erecto animo  
capesseret vitam, neu patrum sibi Othonem fuisse aut obli-  
visceretur umquam aut nimium meminisset.*

[49] *Post quae dimotis omnibus paulum requievit. Atque  
illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus  
avertit, nuntiata consternatione ac licentia militum; namque  
abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi,  
quem clausa domo obsidebant. Increpitis seditionis auctori-  
bus regressus vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes  
inviolati digrederentur. Vesperascente die sitim haustu geli-  
dae aquae sedavit. Tum adlatis pugionibus duobus, cum  
utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit. Et explora-  
to iam profectos amicos, noctem quietam, utque adfirmatur,*



Nik ez dut mendekurik ez kontsolamendurik behar. Beste batzuek agintea luzaroago izango zuten; inork ez zuen hain adorez utziko. Ala nik hainbeste erromatar gazte, hainbeste armada bikain berriz erortzen eta errepublikari kenduak izaten utzi behar al dut? Bihoa gogo hori nirekin, nire alde hiltzeko gertu egon bazinete bezala, baina segi ezazue bizirik. Eta ez dezagun gehiago atzera, nik zuen bizia, zuek nire irmotasuna. Mutur-egoerez gehiago mintzatzea ahultasun seinalea da. Izazue nire erabakiaren froga nagusitzat ez naizela inoren kexu, jainkoak edo gizakiak salatzea bizi nahi duenaren kontua baita».

**48.** Horrela hitz eginik, bakoitzaren adin edo karguaren arabera, adeitsuki deitu zituenek azkar joan zitezen eta, gelditurik, garailearen sumina areago ez zezaten sakatzen zien, gazteei autoritatez, nagusiei erreguz, aurpegiz bare, hitzetan bipil, beretarren malko ezordukoei eutsiz. Joatunei untxiak eta ibilgailuak emateko agintzen du; bereganako adeiz edo Viteliorenganako laidoz nabarmentzen ziren memoriak eta gutunak erre egiten ditu; dirua neurritz eta ez hiltzera doanak bezala banatzen du. Gero Salvio Kokzeiano, anaiaren semea, gazte-gaztea, beldurti eta goibel, gogoz kontsolatzen du, haren pietatea goretsiz, beldurra gaitzetsiz: Vitelio hain barru gogorrekoa izango ote zen, bada, familia osoa onez izan truke, mesedea berari ez itzultzeko? Bere azken azkartuan, merezi ei zuen garailearen klementzia. Ez azken orduko desesperazioz, baizik, armada gudu eske ari zela, errepublikari azken ezbeharrak aurreztu zion. Bazuen aski entzute hartua beretzat, aski noblezia ondorengoentzat. Julioen, Klaudioen, Servioen ondoren, inperioa berak eraman zuen lehenengoz familia berrira. Hel ziezaiola, beraz, biziari gogo tentez eta ez zezala inoiz ahantz ez gehiegi oroitu Oton bere osaba izan zela.

**49.** Honen ondoren, denak joanda, atsedean apur bat hartu zuen. Eta bera, azken ardurak gogoan biraka zerabiltzala, bat-bateko iskanbilak astindu zuen, soldaduen zalaparta eta lotsagabekeria iragartzean. Izan ere, joatunak heriotzaz mehatxatzen zituzten, izugarriena zela Verginioren aurkako bortizkeria, zeina etxe itxian inguratzen zuten. Sediziogileei agirak egin eta itzulirik, abiatzen zirenen agurrei erantzutea, denak onik aldenitu arte. Ilunkeran, egarria zurrut bat ur hotzez ase zuen. Jarraian, bi sastagai ekartzeko agindurik, bata oheburuan ipini zuen. Eta adiskide guztiak joanak zirela egiaztatutako ondoren, gau lasaia igaro zuen eta, baieztatzen dutenez, ez lo

*non insomnem egit: luce prima in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis ingressi liberti servique et Plotius Firmus praetorii praefectus unum vulnus invenere. Funus maturatum; ambitiosis id precibus petierat ne amputaretur caput ludibrio futurum. Tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis, vulnus manusque eius exosculantes. Quidam militum iuxta rogam interfecere se, non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. Ac postea promisce Bedriaci, Placentiae aliisque in castris celebratum id genus mortis. Othoni sepulchrum exstructum est modicum et mansurum. Hunc vitae finem habuit septimo et tricenisimo aetatis anno.*

*[50] Origo illi e municipio Ferentio, pater consularis, avus praetorius; maternum genus impar nec tamen indecorum. Pueritia ac iuventa, qualem monstravimus. Duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae. Ut conquirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim, ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. Die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedissee incolae memorant, nec deinde coetu hominum aut circumvolitantium alitum territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis: et tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse.*

*[51] In funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coereret. Ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentemungeretur, minitantes orabant: Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrumpentis frustratus est. Earum quae Brixelli egerant cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis quibus praefuerat.*

*[52] Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae*

gabe. Egunsentian, bularrez arma gainera etzan zen. Hilurranaren auhenetara sarturik, libertoek eta esklaboek eta Plozio Firmo preto-rioko prefektuak zauri bakarra aurkitu zuten. Hileta azkartu egin zen; horixe eskatu zuen arren eta arren, burua moztu ez ziezaioten burlagai izateko. Hilotza pretoriar kohortek eraman zuten gorespenez eta malkoz, haren zauriei eta eskuei muinka. Soldadu batzuek euren burua hil zuten su ondoan, ez aladuraz edo beldurrez, printzearenganako ohore lehian eta maitasunean baizik. Eta gero heriotza modu hori, bereizgabe, Bedriakon, Plazentzian eta beste kanpamendu batzuetan zabaldu zen. Otoni hilobi modesto eta iraunkorra prestatu zitzaion. Biziaren azken horixe izan zuen hogeita hamazazpi urterekin.

**50.** Ferentzioko udalerria izan zuen sorterri, aita kontsul, aitita preto-re. Ama parteko leinua, apalagoa eta, hala ere, ez ohoregabea. Haurtzaro-gaztaroak, esana dugun modukoak. Bi egintzarengatik, bata oso zantarra, bestea bikaina, gerokoen artean hain entzute ona bezain txarra merezi izan zuen. Xehetasun fabulosoak biltzea eta irakurleen gogoak asmatuekin gozatzea hasitako obra honen seriotasunetik urrun dagoela pentsa nezakeen arren, ez nintzateke, hala ere, zabaldu eta transmititu den zer bati federik kentzen ausartuko. Bedriakon borrokatzen ziren egunean, hangotarrek gogoratzen dute itxura ezezaguneko hegazti bat oso oihan jendetsuan kokatu zela Regio Lepido ondolan, eta gero ez zela izutu edo jendearen edo inguruan etengabe hegatzten ziren hegaztien etorreraz uxatu, Otonek bere burua hil arte; orduantxe aldendu ei zen begietatik. Eta denbora kalkulatzten zutenentzat, mirariaren hasiera-amaierak Otonen azken uneekin bat etorri ei ziren.

**51.** Hiletan, nahigabez eta erreminez, soldaduen sedizioa berritu zen, eta ez zegoen hura kontrola zezakeenik. Verginiorenganantz bihurturik, mehatxuka eskatzen zioten, behin agintea hartzeko, behin Zezina eta Valenteren aurrerako legazioaz arduratzeke. Verginiok etxe osteko atetik ezkutuan irtenik saihestu zituen oldarka sartuak. Rubrio Galok Brisellon egoniko kohorteen eskaerak aurkeztu zituen eta berehala lortu zuen barkamena, Flavio Sabinoren bitartez, bera buru izan zen tropak garaileari emanaz.

**52.** Gerra legu guztietan bertan behera gelditurik, senatu zati handiak oso arrisku larria izan zuen, Otonekin Hiritik irten eta gero, Mutinan

*relicta. Illuc adverso de proelio adlatum: sed milites ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius; conviciis postremo ac probris causam et initium caedis quaerebant, cum alius insuper metus senatoribus instaret, ne praevalidis iam Vitellii partibus cunctanter excessisse victoriam crederentur. Ita trepidi et utrimque anxii coeunt, nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpaе tutior. Onerabat paventium curas ordo Mutinensis arma et pecuniam offerendo, appellabatque patres conscriptos intempestivo honore.*

*[53] Notabile iurgium fuit quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. Nec ceteri sententias aperiebant: sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caecinam, ut novus adhuc et in senatum nuper adscitus magnis inimicitiis claresceret. Moderatione meliorum dirempti. Et rediere omnes Bononiam, rursus consiliaturi; simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiae, divisus per itinera qui recentissimum quemque percontarentur, interrogatus Othonis libertus causam digressus habere se suprema eius mandata respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis. Hinc admiratio et plura interrogandi pudor, atque omnium animi in Vitellium inclinavere.*

*[54] Intererat consiliis frater eius L. Vitellius seque iam adulantibus offerebat, cum repente Coenus libertus Neronis atroci mendacio universos perculit, adfirmans superventu quartae decimae legionis, iunctis a Brixello viribus, caesos victores; versam partium fortunam. Causa fingendi fuit ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalerent. Et Coenus quidem raptim in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit: senatorum periculum auctum credentibus Othonianis militibus vera esse quae adferebantur. Intendebat formidinem quod publici consilii facie discesum Mutina desertaeque partes forent. Nec ultra in commu-*

utzia izanik. Borroka okerraren berria haraino iritsi zen. Baina soldaduek, zurrumurrua gezurtzat arbuiatuz, senatua Otonen etsaikor jotzen baitzuten, haien solasak zelatatzen, haien aurpegia eta portaera erarik txarrenera ulertzen zituzten. Azkenean, isekaz eta laidoz, hilketarako arrazoia eta abiakera bilatzen zuten, bitartean senatariak beste beldur batek jotzen zituelarik, alegia, jada Vitelioren aldeko ahaltsuei irudi zekiela garaipena zalantzan hartu zutela. Hala, bi aldeetarik beldurrez eta artega biltzen dira, inor ere ez plan propiorik azalduz, askoren artean er ruaren partaidetzaz segurrago. Izutuen kezkak Mutinako kontzejua astuntzen zituen, armak eta dirua eskainiz, eta ezorduko ohorez guraso konskriptuak deitzen zieten.

**53.** Lizinio Zezinak Martzelo Epriori arrazoi anbiguoak mantentzen zituela-eta eraso zion liskarra nabarmena izan zen. Besteek ere ez zuten iritzirik ematen, baina salaketen gomutagatik nardagarri eta gorrotopeko zen Martzeloren izenak Zezina kitzikatu zuen, gizon oraindik berri eta senatuan berriki onartua izanik, etsaitasun handiekin distira zedin. Zentzudunagoen moderazioak banatu zituen. Eta denak Bononiara itzuli ziren, berriz deliberatzekotan. Aldi berean, albiste berriak itxaroten ziren tartean. Bononian, azken berri guztiez informatzekoak bideetan zehar banaturik, Otonen liberto batek, zergatik abiatu zen galdeturik, erantzun zuen haren azken mandatuak zeuzkala; bera bizirik utzi zutela, noski, baina geroarekiko ardura bakarrez eta bizitzaren gozotasunak apurtuta. Hortik miresmena eta gehiago galdetzeko lotsa, eta denen gogoak Viteliorenganantz makurtu ziren.

**54.** Deliberazioetan Luzio Vitelio anaia zegoela eta losintxarien aldeko ageri zela, bat-batean Zenok, Neronen libertoak, denak gezur handi batekin zirrarratu zituen, segurtatuz ezen, XIV. legioaren etorreraz, Briselloko aurreko indarrak baturik, garaileak deuseztuak izan zirela, bandoen zoria irauli egin zela. Asmakizunaren arrazoia izan zen ezen jaramonik egiten ez zitzairen Otonen ibil-baimenen balioa handitu egingo zela albiste baikorrako batekin. Eta Zenok, jakina, Hirira berehala eramana izanik, errua galanki ordaindu zuen egun batzuk geroago, Vitelioren aginduz. Senatarien arriskua handitu egin zen, Otonen aldeko soldaduek zetozen berriak sinestean. Haien beldurra areagotzen zuen Modenatik irten eta bandoa laga izanak, erabaki ofizial gisan. Eta gehiago kontseiluan bildu gabe, bakoitza bere buruaz ardu-

*ne congressi sibi quisque consulere, donec missae a Fabio Valente epistolae demerent metum. Et mors Othonis quo laudabilior eo velocius audita.*

*[55] At Romae nihil trepidationis; Ceriales ludi ex more spectabantur. Ut cessisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis quod erat in urbe militum sacramento Vitellii adactum certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plausere; populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur; additae erga Germanicum exercitum laudes gratesque et missa legatio quae gaudio fungeretur. Recitatae Fabii Valentis epistolae ad consules scriptae haud immoderate: gratior Caecinae modestia fuit quod non scripsisset.*

*[56] Ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflatabatur. Dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare, rapere, vi et stupris polluere: in omne fas nefasque avidi aut venales non sacro, non profano abstinebant. Et fuere qui inimicos suos specie militum interficerent. Ipsique milites regionum gnari refertos agros, ditis dominos in praedam aut, si repugnatum foret, ad exitium destinabant, obnoxiiis ducibus et prohibere non ausis. Minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis: Valens ob lucra et quaestus infamis eoque alienae etiam culpae dissimulator. Iam pridem attritis Italiae rebus tantum peditum equitumque, vis damnaeque et iniuriae aegre tolerabantur.*

*[57] Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus viris trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relictis, festinatis per Gallias dilectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur. Cura ripae Hordeonio Flacco permissa; ipse e Britannico [exercitu] delecta octo milia sibi adiunxit. Et paucorum dierum iter progressus prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit: vocata contione virtutem*

*[80] Dum quaeritur tempus locus quodque in re tali difficillimum est, prima vox, dum animo spes timor, ratio casus obversantur, egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere: tum ceteri adcurrere, Caesarem et Augustum et omnia principatus vocabula cumulare. Mens a metu ad fortunam transierat: in ipso nihil tumidum, adrogans aut in rebus novis novum fuit. Ut primum tantae altitudinis obfusam oculis caliginem disiecit, militariter locutus laeta omnia et affluentia excepit; namque id ipsum opperiens Mucianus alacrem militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentis et in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia, omniumque quae diceret atque ageret arte quadam ostentator. Nihil aequae provinciam exercitumque accendit quam quod adseverabat Mucianus statuisset Vitellium ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mutarentur; quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus mixti, et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum penatium diligebantur.*

*[81] Ante idus Iulias Syria omnis in eodem sacramento fuit. Accessere cum regno Sohaemus haud spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens et servientium regum ditissimus. Mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat. Nec minore animo regina Berenice partis iuvabat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. Quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere; sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociae legionibus. Consilium de*

zebiltzano, logelatik irtena zen Vespasiano soldadu batzuek, legatua agurtzeko ohiko formazioan kokaturik, enperadore deituz agurtzen dute. Orduan badatoz gainerakoak, eta Zesar eta Augusto eta printze-  
goaren titulu guztiak pilatzen dituzte. Aldartea beldurretik zoriango itxaropenera igaro zen. Berarengan ez zen ezer harrorik, burgoirik edo egoera berriango ezer berririk izan. Aurrean hedaturiko lainoa, hainbesteko goierari dagokiona, aienatu zueneko, militarki hitz egin ondoren, denen zorionak eta ugari zetozenak hartu zituen. Muzianok, izan ere, horixe itxaronez, soldadu alaia Vespasianoren aldeko zinera eramane zuen. Orduan, haiek deliberatu ohi duten antiokiarren antzokian sarturik, lasterka zetozenei eta zurikeriarako barreiatsu zirenei hitz egiten die, etorri grekoan ere aski distiratsu, eta esaten eta egiten zuen guztia halako artez adierazten zuela. Ezer ez zen probintzia eta armadaren hain amorragarri izan nola Muzianok segurtatzea Viteliok germaniar legioak Siriara translatzea erabaki zuela, milizia oparo eta lasairako, eta Siriako legioak, berriz, germaniar koarteletera, klimaz eta nekez gogorretara, aldatzea. Batetik, izan ere, probintziarrek soldaduen ohiko konpainiaz gozatzen zuten, asko adiskidetasun eta ahaidetasunez baturik; bestetik, soldaduei, zerbitzuen aspaldiari esker, kanpamendua, ezaguna eta etxekoia, penateak bezain maitagarri zitzairen.

**81.** Uztaileko Idusen aurretik, Siria osoa zegoen zin berean. Erreinuarekin batu ziren Sohemo, ez indar arbuia garrituna; Antioko, baliabide tradizioaletan eskerga eta menpeko erregerik aberatsena. Gero Agripa, etxekoen isil-mezuz Hiritik aterea, Viteliok oraindik jakin gabe, azkar ibili zen nabigazio lasterrean. Eta alderdia ez zuen gogo txikiagoz babesten Berenize erregekin, adin- eta edertasun-loretan, eta, oparien handiagatik, Vespasiano zaharraren ere begiko zenak. Itsasoak Asia eta Akaiaraino bustitzen duen probintzia eremu guztiak zin egin zuen, eta Ponto eta Armenia barrurantz zabaltzen denak. Baina armada gabeko legatuek gobernatzen zituzten horiek, artean Kapadoziari legiorik ez baitzitzaion eman. Egoera orokorrari buruzko kontseilua Beriton izan zen. Muziano haraino iritsi zen legatu eta tribunoekin, eta zenturioi eta soldadurik nabarienekin, baita Judeako armadako selekzio bikain batekin ere. Hainbeste oinezkok eta zaldizkok batera eta euren artean nor gehiagoka ziruditen erregeen arrandiak printze izaeraren antza ematen zuen.

*summa rerum Beryti habitum. Illuc Mucianus cum legatis tribunisque et splendidissimo quoque centurionum ac militum venit, et e Iudaico exercitu lecta decora: tantum simul pedum equitumque et aemulantium inter se regum paratus speciem fortunae principalis effecerant.*

*[82] Prima belli cura agere dilectus, revocare veteranos; destinantur validae civitates exercendis armorum officinis; apud Antiochensis aurum argentumque signatur, eaque cuncta per idoneos ministros suis quaeque locis festinabantur. Ipse Vespasianus adire, hortari, bonos laude, segnis exemplo incitare saepius quam coercere, vitia magis amicorum quam virtutes dissimulans. Multos praefecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros et mox summa adeptos; quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. Donativum militi neque Mucianus prima contione nisi modice ostenderat, ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit quam alii in pace, egregie firmus adversus militarem largitionem eoque exercitu meliore. Missi ad Parthum Armeniumque legati, provisumque ne versis ad civile bellum legionibus terga nudarentur. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit: sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac nihil arduum fatis. Ad omnis exercitus legatosque scriptae epistulae praeceptumque ut praetorianos Vitellio infensos reciperae militiae praemio invitarent.*

*[83] Mucianus cum expedita manu, socium magis imperii quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat, gnarus modicas viris sibi et maiora credi de absentibus; sed legio sexta et tredecim vexillariorum milia ingenti agmine sequebantur. Classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii num omissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque, quas inermis exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur; atque ipsum Vitellium in incerto fore quam partem Italiae protegeret, si sibi*

**82.** Gerrako lehen ardura erreklutatzeak egitea, beteranoak berdeitzea da. Gai diren hiriak armagintzak abiatzeko hautatzen dira. Antiokian urrea eta zilarra irartzen dira, eta dena dagokien tokietan azkar burutzen da, arduradun egokien bitartez. Vespasianok berak ere joan eta onak aholkatzen, goersten zituen, nagiak etsenpluz kintzen zituen derrigorrean baino gehiago, adiskideen akatsak bertuteak baino gehiago disimulatuz. Asko prefekturaz eta prokuradoretzaz gailendu zituen, beste batzuk senatari mailako ohorez, gizon guren eta gero gailurra jo zutenak eurak. Soldaduen sari konturik ez Muzianok aipatu zuen moderatuki baizik lehen biltzarrean, ez Vespasianok ere eskaini zuen gerra zibilean bakean baino gehiagorik, gailenki tinko soldaduekiko eskuzabalkeriaren aurka eta horregatik armada hobearekin. Partoari eta armeniarri legazioak bidali zitzaizkien eta, legioak gerra zibiler gidaturik, bizkarrak biluzik geldu ez zitezen arduratu zen. Titok Judeari erasotzea, Vespasianok Egiptoko giltzak okupatzea erabaki zen. Armada eta legatu guztiei gutunak bidali zitzaizkien eta Vitelioren aurkako pretoriarrek milizia berrasteko sariagaz gonbidatzeko agindu zen.

**83.** Muzianok, eskudroi arinez, ministro baino areago inperiokide portatuz, ez martxa geldoan, zalantzan zebilela eman ez zezan, eta, bestetik, presatu gabe, ospea distantziak berak handi zezan uzten zuen, tropa urria zeukala eta ausenteei kontatua handiago uste izaten dela jakinik. Baina VI. legioak eta hamahiru mila vexilariok zutabe itzelean jarraitzen zioten. Pontoko armada Bizantziora eramateko agindua zuen, dudan zela, planari buruz, ea, Mesia utzita, Dirrakio oinezkoz eta zaldizkoz eta, aldi berean, gerra-untziekin Italiaranzko itsasoa blokeatuko ote zituen, bizkarrean Akaia eta Asia babestuta utzirik, Vitelioren arriskupean inermirik eurok, guarnizioekin sendotu ezik; eta Vitelio bera ere dudan egongo zen Italiako zer alde babes- tu, flota etsaiek Brundisio eta Tarento, eta Kalabria eta Lukaniako irtsasertzak jotzen bazizkioten.

**84.** Beraz, probintziak untzien, soldaduen, armen prestakuntzaz ozendu ziren, baina ezerk ez zituen diru-batzeak beste ahitzen. Horiek gerra zibilaren nerbio zirela errepikatuz, Muzianok instrukzioetan ez zion justiziari edo egiari begiratzen, baliabide kopuruari bakarrik baizik. Nonahi salaketak ziren, eta aberatsak harra- pakitzat lumatuak. Egintza horiek, larri eta barkaezinek, baina

*Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.*

*[84] Igitur navium militum armorum paratu strepere provinciae, sed nihil aeque fatigabat quam pecuniarum conquisitio: eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat. Passim delationes, et locupletissimus quisque in praedam correpti. Quae gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata etiam in pace mansere, ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante, donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit aususque est. Propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit, largus privatim, quod avidius de re publica sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti, rarissimus quisque eandem in recipiendo licentiam habuerunt.*

*[85] Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partis: tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebeuit; octava erat ac septima Claudiana, imbutae favore Othonis, quamvis proelio non interfuissent. Aquileiam progressae, proturbatis qui de Othone nuntiabant laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus, rapta postremo pecunia et inter se divisa, hostiliter egerant. Unde metus et ex metu consilium, posse imputari Vespasiano quae apud Vitellium excusanda erant. Ita tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant. In eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum septimae legionis legatum ob simultates, quibus causam partium praetendebat. Iulianus comperto discrimine et gnaris locorum adscitis per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit; nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens et ex nuntiis cunctabundus aut properans.*

*[86] At in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes, haud cunc-*



gerrako premiengatik desenkusatuak, bakean ere iraun zuten, nahiz eta Vespasiano bera, inperioaren hastapenean, bidegabekeriak pila-tzen ez tematu, harik eta zoriaren indulgentziaz eta zorigaitzeko aholkulariekin ikasi eta ausartu zen arte. Muzianok bere ondasu-nekin ere lagundu zuen gerra, pribatuki eskuzabal, errepublikatik gale handiagoz hartuko zuenez gero. Besteek dirua jartzeko etsen-pluari jarraitu zioten; oso gutxik izan zuen berreskuratze baimen bera.

**85.** Bitartean, Vespasianoren proiektuak azkartu egin ziren, bere aldera pasatu zen Ilirikoko armadaren joranez. III. legioak Mesiako beste legioei jarraibidea eman zien. VIII.a eta VII.a, Klaudiarra, Ot-nenganako xeraz beratuak ziren, artean borrokan sartu gabeak baina. Akileiaraino aurreraturik, Otoni buruzko berri-emaileak zauriturik eta Vitelioren izena zeramaten banderak urratuak, dirua ere, azkenik, ostu eta euren artean banaturik, etsaikor jokatu zuten, eta hortik bel-durra eta beldurretik pentsakizuna, Vespasianoren aurrean lor zeza- ketela Viteliorekin barkatua izan beharrekoa. Hala, Mesiako hiru armadak, gutun bidez, panoniar armada erakarri nahian edo, jarki- tzen baziren, indarra prestatzen zebiltzan. Nahasmen hartan, Mesia- ko gobernadore Aponio Saturnino gaiztakeria txit zantarrera ausar- tzen da, zenturioi bat Tetio Juliano, VII. legioko legatua, erailtzera bidaliz ezinikusiengatik, nahiz eta alderdiaren kausa aurretik jarri. Julianok, arriskuaz jabeturik eta inguruen ezagutzaileak deiturik, Mesiako malkar-bideetatik Hemo mendiaz bestera ihes egin zuen; eta gero gerra zibilean ez zuen parterik hartu, Vespasianorenganantz har- turiko bidea hainbat aitzakigaz luzatuz eta albisteen arabera geldituz edo azkartuz.

**86.** Baina Panonian XIII. legioa eta VII.a, Galbatarra, Bedriakoko guduaren samina eta amorrua gorderik, Vespasianorengana duda gabe pasatu ziren, Primo Antoniok sakaturik batez ere. Honek, lege- en hausle eta Neronen garaian faltsukeriagatik kondenatuak, gerrako beste okerren artean, senatari maila berreskuratua zuen. Galbak VII. legioaren buru jarririk, Otoni zenbait aldiz idatzi ziola uste zen, bere burua buruzagitzat eskainiz haren alderdirako. Honek bazterturik, Otonen gerrako inongo ekintzatan ez zen izan. Vitelioren martxak behera egitean, Vespasianori jarraitu ziolarik, pisu handia erantsi zuen, ekintzan suhar, hitzez jarein, inoren aurkako gorrotoa ereiten

*tanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii. Is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem recipaverat. Praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur, ducem se partibus offerens; a quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit. Labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande momentum addidit, strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non spernendus. Iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Dalmaticum militem traxere, quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes; sed procurator aderat Cornelius Fuscus, vicens aetate, claris natalibus. Prima iuventa quietis cupidine senatorium ordinem exuerat; idem pro Galba dux coloniae suae, eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculorum quam ipsis periculis laetus pro certis et olim partis nova ambigua ancipitia malebat. Igitur movere et quater, quidquid usquam aegrum foret, adgrediuntur. Scriptae in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistolae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat; sparguntur per Gallias litterae; momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis.*

[87] *Dum haec per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur, Vitellius contemptior in dies segniorque, ad omnis municipiorum villarumque amoenitates resistens, gravi urbem agmine petebat. Sexaginta milia armatorum sequebantur, licentia corrupta; calorum numerus amplior, procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis; tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur. Onerabant multitudinem obvii ex urbe senatores equitesque, quidam metu, multi per adulatorem, ceteri ac paulatim omnes ne aliis proficiscentibus ipsi remanerent. Adgregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurrae, histriones, aurigae, quibus ille ami-*

artista, liskar eta sedizioetan ahaltsu, lapur, eskuzabal, bakean nardagarri, gerran ez arbuiaigarri. Harrezkero, Mesia eta Panoniako armadak baturik, Dalmaziako soldadua arrastatu zuten, legatu kontsularrak ezertan matxinatu gabe baina. Tanpio Flaviok Panonia, Ponpeio Silvanok Dalmazia zeukaten, agure aberatsak eurok; baina han zen Kornelio Fusko prokuradorea, adin gordineko, leinu gaile-neko. Lehen gaztaroan, senatari maila utzi egin zuen lasaitasun gogoz. Ostera, Galbaren alde bere koloniaren buruzagi eta langintza horregatik prokuradoretza beragandurik, Vespasianoren alde agertu ondoren, oso zuzi bizia ekarri zion gerrari. Ez hainbeste arriskusarien nola arriskuen euren pozean, zer segur eta astiz lortua baino nahiago baitzuen berria, badaezpadakoa, arrisksua. Hala, bada, nonahi zernahi oker zena irabiatzera, zartatzera jotzen dute. Britaniako XIV.ari, Hispaniako I.ari gutunak bidali zitzaizkien, bi legioak Otonen aldeko, Vitelioren aurkako izan baitziren. Galietan idazkiak zabaltzen dira, eta denbora-izpi batean gerra ikaragarria zen sutan, Ilirikoko armadek agerian marro eginik, besteak zoriari jarraitzeko gertu.

**87.** Vespasianok eta alderdiko buruzagiek probintzietan horretan diharduten bitartean, Vitelio, egunean baino egunean nardagarriago eta fardelago, udalerrri eta villa guztietako atseginetan geldituz, Hiritantz zihoan martxa astunean. Hirurogei mila gizonek jarraitzen zioten, indiziplinak ustelduta. Egurketarien kopurua handiagoa zen, urketarien ohiturak esklaboen artean ere txit lotsagarriak. Hainbeste legatu eta adiskideren segizioa, obeditzeko ezgai, moderazio osoz agintzen bazitzaion ere. Jendetza hura Hiritik bila irteniko senadore eta zaldunek zamatzen zuten, batzuk beldurrez, asko zurikeriaz, gainerakoak eta apurka-apurka denak, besteek alde egitean, eurak baka-rrik ez geratzearren. Plebetik Vitelioren ezagun ziren mozkorrak gehitzen ziren, bufoiak, histrioiak, aurigak, haiekin izugarri gozatzen zuen adiskide nazkagarriak. Eta koloniak eta udalerrriak ondasun-biltzez ez ezik, lur etsaikor gisan, nekazariak eta fruitu jada helduko zuhaitzak ere suntsitzen zituzten.

**88.** Soldaduen artean, hilketa asko eta lazgarriak, Tizinoko sedizioaren ondorengo legioen eta indar laguntzaileen arteko haserreak hantxe jarraitzen baitzuen; paganoen aurka borrokatu behar zenean, orduan ados. Baina triskantza nagusia Hiritik zazpi miliara izan zen.

*citiarum dehonestamenti mire gaudebat. Nec coloniae modo aut municipia congestu copiarum, sed ipsi cultores arvaeque maturis iam frugibus ut hostile solum vastabantur.*

*[88] Multae et atroces inter se militum caedes, post seditio-  
nem Ticini coeptam manente legionum auxiliorumque dis-  
cordia; ubi adversus paganos certandum foret, consensu.  
Sed plurima strages ad septimum ab urbe lapidem. Singulis  
ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam  
dividebat; et effusa plebes totis se castris miscuerat. Incurio-  
sos milites—vernacula utebantur urbanitate—quidam spo-  
liavere, abscisis furtim balteis an accincti forent rogitan-  
tes. Non tulit ludibrium insolens contumeliarum animus: in-  
erem populum gladiis invasere. Caesus inter alios pater mili-  
tis, cum filium comitaretur; deinde agnitus et vulgata caede  
temperatum ab innoxiiis. In urbe tamen trepidatum praecu-  
rrentibus passim militibus; forum maxime petebant, cupidine  
visendi locum in quo Galba iacuisset. Nec minus saevum  
spectaculum erant ipsi, tergis ferarum et ingentibus telis  
horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent,  
aut ubi lubrico viae vel occursu alicuius procidissent, ad iur-  
gium, mox ad manus et ferrum transirent. Quin et tribuni  
praefectique cum terrore et armatorum catervis volitabant.*

*[89] Ipse Vitellius a ponte Mulvio insigni equo, paludatus  
accinctusque, senatum et populum ante se agens, quo minus  
ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus,  
sumpta praetexta et composito agmine incessit. Quattuor  
legionum aquilae per frontem totidemque circa e legionibus  
aliis vexilla, mox duodecim alarum signa et post peditum  
ordines eques; dein quattuor et triginta cohortes, ut nomina  
gentium aut species armorum forent, discretae. Ante aquilas  
praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida  
veste, ceteri iuxta suam quisque centuriam, armis donisque  
fulgentes; et militum phalerae torquesque splendebant: deco-  
ra facies et non Vitellio principe dignus exercitus. Sic Capi-  
tolium ingressus atque ibi matrem complexus Augustae nomi-  
ne honoravit.*

Han Viteliok soldadu bakoitzari janari prestatuak banatzen zizkion, gladiadoreen errazio gisan; eta plebea nahastu eta kanpamendu guztian barreiatu zen. Batzuek soldadu ezaxolei lapurretan egin zieten (hiri-txantxak egin), fardelak ezkutuan ebaki eta armatzerik bazuten galdetuz. Laidoetara ohitzeke zegoen gogoak ez zuen iseka jasan: plebe armagabeari ezpataz eraso zioten. Besteren artean, soldadu baten aita hil zuten, semeari laguntzen ziola. Gero ezagutu eta hilketa zabaldurik, errudunei barkatu zitzairen. Hirian, ostera, beldurra zabaldu zen, soldaduek nonahi aurea harturik; batez ere, Foroa bilatzen zuten, Galba non jausi zen ikusteko irrikan. Eta ikuskizun ez gutxiago ankerra eurak ziren: piztia larruz eta pika handiz beldurgarriro jantzirik, jendetza nahasia baldarkeriaz gaizki saihesten zutenean, edo zoruaren labainez edo norbaitekiko talkaz jausten zirenean, laidora, gero eskuetara eta armetara jotzen zuten. Tribunoak ere hara-hona lasterkatzen ziren, izuak eta jende armatuzko sailek lagundurik.

**89.** Viteliok berak Mulvio zubitik aurrera egin zuen zaldi ikusgarrian, kapa militarrez eta armaturik, aurrean senatua eta herria zeramala, adiskideen aholkuek hiri hartuan bezala sartzetik disuaditurik. Pretes- ta soinean eta zutabea formazio egokian, oinez sartu zen. Lau legioen arranoak aurrelari, alboetan beste legioetako beste hainbeste bandera, atzean hamabi hegalekin entseinak, eta oinezkoen lerroen ondoren, zaldieria; jarraian, hogeita hamalau kohorte, nazioen edo arma moten arabera bereizirik. Arranoen aurretik, kanpamendu prefektuak eta tribunoak eta lehen zenturioiak uniforme zuriz; gainerakoak, bakoitza bere zenturiaren ondoan, armak eta kondekorazioak dizdiz; zaldi-apaingarriek eta soldaduen idunekoez ere distira egiten zuten: ederra ikuskizuna eta Vitelios beste printze baten duina armada. Horrelaxe sartu zen Kapitolioan, eta han, ama besarkatu ondoren, Augusta tituluz ohoratu zuen.

**90.** Biharamunean, beste hiri bateko senatu eta herriaren aurrean bezala, bere buruaren gorapuzko hitzaldia egin zuen, bere fintasuna eta neurritasuna laudorioetan goratuz; haren lotsagarrikerien berri bazekitelarik, hain zuzen, han zeudenek eta Italia osoak, non zehar alferrez eta enulez barregarri ibili baitzen. Bulgoa, ostera, kezketatik huts eta gezurra eta egia bereizteko ahalmen gabe, ohiko zurikeri- eta irakatsia, oihuka eta aldarrika burrunbatzen zen; eta Augusto izena

[90] *Postera die tamquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam orationem de semet ipso prompsit, industriam temperantiamque suam laudibus attollens, consciis flagitiorum ipsis qui aderant omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat. Vulgus tamen vacuum curis et sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum clamore et vocibus adstrepebat; abnuentique nomen Augusti expressere ut adsumeret, tam frustra quam recusaverat.*

[91] *Apud civitatem cuncta interpretantem funesti ominis loco acceptum est quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publicis XV kalendas Augustas edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus: adeo omnis humani divinique iuris experts, pari libertorum amicorum socordia, velut inter temulentos agebat. Sed comitia consulum cum candidatis civiliter celebrans omnem infimae plebis rumorem in theatro ut spectator, in circo ut fautor adfectavit: quae grata sane et popularia, si a virtutibus proficiscerentur, memoria vitae prioris indecora et vilia accipiebantur. Ventitabat in senatum, etiam cum parvis de rebus patres consulerentur. Ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. Commotus primo Vitellius, non tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spectatae potestatis advocavit; mox mitigantibus amicis, qui altiore ira-cundiam eius verebantur, nihil novi accidisse respondit quod duo senatores in re publica dissentirent; solitum se etiam Thraseae contra dicere. Inriscere plerique impudentiam aemulationis; aliis id ipsum placebat quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset.*

[92] *Praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum a praefectura cohortis, Iulium Priscum tum centurionem: Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant; inter discordis Vitellio nihil auctoritas. Munia imperii Caecina ac Valens obibant, olim anxii odiis, quae bello et castris male dissimulata pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitii civitas auxerat, dum ambitu comitatu et immensis salutantium agminibus contendunt comparanturque, variis in hunc aut*

hartu nahi ez zuenari onartzera sakatzen zioten, uko egin balio bezain alferrik.

**91.** Dena interpretatzen zuen hirian, adur txarreko seinaleztat hartu zuten Viteliok, Goren Pontifizearen kargua erdietsi ondoren, zere-monía publikoei buruzko ediktua argitaratzea abuztuko kalenden aurreko hamabosgarrenean, aspalditik egun madarikatua bera, Kre-mera eta Alliako hondamenengatik. Giza eta jaingo-zuzenbide oro-tarik hain at, bere liberto eta adiskideen pareko ergelkeriaz, hordi artean bezala zebilen. Baina kontsulen komizioetara hautagaiekin zibilki joanez, pleberik narratsenaren esamesak irabazten saiatu zen, antzokian ikusle, zirkuan partaide. Xehetasun horiek, atsegi-nak eta herrikoiak, noski, bertuteen ondorio izanez gero, zatartzat eta doilortzat hartzen ziren haren aurreko bizimoduaren gomutaga-tik. Senatura maiz joaten zen, senatariak huskeriez ari zirenean ere. Eta, hain zuzen, Prisko Helvidio pretore izendatua haren nahiaren aurka azaldua zen. Viteliok, lehenengotan minbera, ez zien, hala ere, plebe-tribunoei baizik dei egin aginte arbuaiatuaren laguntzara. Gero adiskide leuntzaileei, haren haserre handiagoaren beldur zire-nei, erantzun zien ezer berririk ez zela gertatu, bi senadore estatu kontu bati buruz bat ez etortzeagatik; bera ere Trasearen aurka hitz egin beharrean aurkitu zela. Konparazioaren lotsagabekeriari barre egin zion askok; beste batzuk poztu egin ziren, benetako ain-tzaren etsenplutzat, prepotenteetariko norbait barik, Trasea hautatu zuelako.

**92.** Pretoriarren buru, kohorte prefekturatik harako Publilio Sabino ipinia zuen, eta Julio Prisko, orduan zenturioia. Prisko Valenteren, Sabino Zezinaren eraginez ziren boteretsu; haien desadostasunetan, Viteliok ez zeukan inolako autoritaterik. Zezinak eta Valentek aginte zereginak zeramatzaten, aspaldiko gorrotoek astindurik, zeintzuk, gerrak eta kanpamenduak gaizki disimulaturik, adiskideen txarkeriak eta etsaigo-sortzaile ugaria den Hiriak areagotu baitzituen, omen, segizio eta kliente aldra itzeletan lehiatzen eta konparatuak diren bitartean, Viteliok behin haren behin honen aldeko joerak txandatur. Eta agintea inoiz ez da fidagarri, gehiegizkoa denean. Aldi berean, Viteliori berari, bat-bateko iraineekin edo ezgaraiko losentxeekin alda-kor, arbuio eta beldur zioten. Eta ez horregatik alferrago, etxe, ortu eta inperioko ondasunak inbadituak zituzten, noble pilo penagarri eta

*illum Vitellii inclinationibus; nec umquam satis fida potentia, ubi nimia est: simul ipsum Vitellium, subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebantque. Nec eo segnius invaserant domos hortos opesque imperii, cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla principis misericordia iuarentur. Gratum primoribus civitatis etiam plebs adprobavit, quod reversis ab exilio iura libertorum concessisset, quamquam id omni modo servilia ingenia corrumpabant, abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus, et quidam in domum Caesaris transgressi atque ipsis dominis potentiores.*

*[93] Sed miles, plenis castris et redundante multitudine, in porticibus aut delubris et urbe tota vagus, non principia noscere, non servare vigiliis neque labore firmari: per inlecebras urbis et inhonesta dictu corpus otio, animum libidinibus imminuebant. Postremo ne salutis quidem cura infamibus Vaticani locis magna pars tetendit, unde crebrae in vulgus mortes; et adiacente Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditas et aestus impatentia labefecit. Insuper confusus pravitate vel ambitu ordo militiae: sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur, quis singula milia inessent. Plus in eo dilectu Valens audebat, tamquam ipsum Caecinam periculo emisisset. Sane adventu eius partes convaluerant, et sinistrum lenti itineris rumorem prospero proelio verterat. Omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur, unde primum creditur Caecinae fides fluitasse.*

*[94] Ceterum non ita ducibus indulisit Vitellius ut non plus militi liceret. Sibi quisque militiam sumpserunt: quamvis indignus, si ita maluerat, urbanae militiae adscribebatur; rursus bonis remanere inter legionarios aut alaris volentibus permisum. Nec deerant qui vellent, fessi morbis et intemperiem caeli incusantes; robora tamen legionibus alisque subtracta, convulsum castrorum decus, viginti milibus e toto exercitu permixtis magis quam electis. Contionante Vitellio postulatur ad supplicium Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. Nec coercebat eius modi voces*



behartsuari, Galbak eurak eta seme-alabak aberrira itzularazi zituenari, printzearen ezein errukik laguntzen ez zion bitartean. Hiriko goi-  
ren atsegingarri, plebeak ere onartu zuen erbestetik itzulie liberto-  
kiko eskubideak eman izana, nahiz eta izaera zuri horiek hura guztia  
andeatzen zuten, diruak sakela ezkutu edo anbiziotsuetan ostendurik;  
eta batzuk Zesarren etxera pasatu eta ugazabak eurak baino ahaltsua-  
go izan ziren.

**93.** Baina soldaduak, kanpamenduan lepo eta ostea arkupeetan edo  
tenpluetan gainezka eta Hiri guztian zehar deslai, ez zuen kuartel  
nagusia ezagutzen, ez guardiarik egiten, ez ahaleginean zailtzen zen.  
Hiriko tentazio eta esateko ere ez diren ekintza likitsen bitartez, gor-  
putza aisian, gogo atseginetan ahultzen zuten. Azkenean, osasunaren  
ardurarik ere ez. Asko Vatikanoko toki txit osasungaitzetan kanpatu  
ziren, bulgoa erruz hiltzen zen lekuan; eta, Tiberitik hur egonik, ibai  
gogoak eta beroarekiko euspenik ezak germaniarren eta galien gort-  
putz gaixoberak hondatu egin zituen. Gainera, gaiztakeriak edo intri-  
gak miliziako hierarkia irauli egin zuen: hamasei kohorte pretoriar eta  
lau hiritar zerrendatzen ari ziren, sein milia gizonen. Erreklutatze  
horretan, Valentek ekimen handiagoa zerabilen, Zezina bera ere arris-  
kutik salbatu zuela argudiatuz. Egia da, hura iristean, alderdia indar-  
beritu egin zela eta martxa geldoaren zurrumurru gaiztoa gudu arra-  
kastatsuz irauli zuela. Eta Germania Behereko soldadu orok Valenterik  
jarraitzen zion, nondik Zezinaren leialtasuna lehenengoz zalantzatu  
zela uste baita.

**94.** Gainerakoan, Vitelio ez zen buruzagiekin barkakorrago izan, sol-  
daduei utziko ziena baino. Bakoitzak milizia bere erara hartu zuen:  
ezduin ere, nahiago bazuen, hiri-milizian sartzen zen; nahi zuten onei,  
ostera, legionarioen edo hegalekoen artean jarraitzen utzi zieten. Eta  
ez zen nahi zuenik falta, gaixotasunek jota eta klimaren lardatsaz  
kexu. Horrela, legioei eta hegalei sendotasuna kendu, kanpamenduari  
ohorea erauzi zitzaion, armada osotik hoge milia nahasirik, hautaturik  
baino areago. Viteliok harengatzen ziharduela, suplizioa eskatzen da  
Asiatiko eta Flavio eta Rufinorentzat, Galietako buruzagientzat, Vin-  
dizeren alde gudukatu zirelako. Eta Viteliok ez zuen halako hotsik ito-  
tzen: gogoaren berezko ustelaz gainera, oparia presazkoa zela eta  
dirurik ez zegoela jakinik, gainerako guztia eskuzabal ematen zion  
soldaduari. Printzeen libertoek, esklabo kopuruaren arabera, zerga

*Vitellius: super insitam [mortem] animo ignaviam conscius sibi instare donativum et deesse pecuniam omnia alia militi largiebatur. Liberti principum conferre pro numero mancipiorum ut tributum iussi: ipse sola perdendi cura stabula aurigis extruere, circum gladiatorum ferarumque spectaculis opplere, tamquam in summa abundantia pecuniae inludere.*

*[95] Quin et natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urbe vikatim gladiatoribus celebravere, ingenti paratu et ante illum diem insolito. Laetum foedissimo cuique apud bonos invidiae fuit quod exstructis in campo Martio aris inferias Neroni fecisset. Caesae publice victimae cremataeque; facem Augustales subdidere, quod sacerdotium, ut Romulus Tatius regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit. Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat. Nemo in illa aula probitate aut industria certavit: unum ad potentiam iter, prodigis epulis et sumptu ganeaeque satiare inexplibilis Vitellii libidines. Ipse abunde ratus si praesentibus frueretur, nec in longius consultans, noviens miliens sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur. Magna et misera civitas, eodem anno Othonem Vitellium passa, inter Vinios Fabios Icelos Asiaticos varia et pudenda sorte agebat, donec succedere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores.*

*[96] Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur; sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur: unius legionis eam seditionem, ceteris exercitibus constare fidem. In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit, praetorianos nuper exauctoratos insectatus, a quibus falsos rumores dispergi, nec ullum civilis belli metum adseverabat, suppresso Vespasiani nomine et vagis per urbem militibus qui sermones populi coercerent. Id praecipuum alimentum famae erat.*

*[97] Auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit, segniter et necessitatem dissimulans. Perinde legati*

gisan laguntzeko agindua hartu zuten. Berak, berriz, xahutzeko grina hutsez, aurigentzat zalditegiak eraikitzen, zirkua ikuskizunetarako gladiadorez eta basapiztiaz betetzen, diruarekin ugaritasunik handie-nean bezala jokatzan zuen.

**95.** Areago, Zezinak eta Valentek Vitelioren jaioteguna ospatu zuten, Hiri guztian gladiadore-jokoak auzoka aurkeztuz, arrandia izugarri eta artean ohigabea bide zela. Zantarrentzat pozgarri, prestuen artean gorrotobide izan zen Neronen omenez hilei sakrifizioak egitea, Martitzen zelaian aldareak jasorik. Biktimak agerian inmolatuak eta erre-ak izan ziren. Sua Augustalek jarri zuten, Romulok Tazio erregeari bezala, Zesar Tiberiok juliar dinastiari sagaratu zion abadetza berau. Garaipenetik laugarren eguna ez zen, eta Vitelioren liberto Asiatikok Poliklitoak eta Patrobioak eta gorrotozko izen zaharrak berdintzen zituen. Gorte hartan inor ez zen zintzotasun eta fintasunean lehiatu. Botereranzko bide bakarra zegoen: oturuntza jaukalez eta xahutzez eta prostituzioz, Vitelioren irrits beteezinak ase. Berak, presenteaz gozatzeari nahikoa iritzirik eta gerokoen ardura gabe, hil gutxitan bederetziehun milioi sertertzio eralki zituela uste da. Hiri handi eta penagarria, urte berean Oton, Vitelio pairatu zituen, Vinioen, Fabio-en, Izelo-en, Asiatikoen artean zori aldakor eta lotsagarrian zebilena, Muziano eta Martzelo eta beste gizon batzuk, ohiturak baino areago, etorri arte.

**96.** III. legioaren defekzioa iragartzen diote lehenen Viteliori, Aponio Saturninok gutuna bidali ondoren, berau ere Vespasianoren alderdira bildu aurretik. Baina Aponiok ere ez zion, bat-bateko gertaeraz ikaraturik, denaren berri eman, eta adiskide zuritzaileek leunkiago intrepreatzen zuten: sedizio hura legio bakarrarena zela, leialtasunak beste indar guztietan tinko zirauela. Viteliok berak ere horrelaxe hitz egin zuen soldaduen aurrean, pretoriar berriki lizentziateuei agiraka eginez, euren artetik gezurrezko esamesak zabaltzen zirelako; eta inolako gerra zibil beldurrik ez zegoela segurtatzen zuen, Vespasianoren izena kendu eta jendearen zeresanak itoko zituzten soldaduak Hirian zehar zabalduz gero. Horixe zen zurrumurruren iturri nagusia.

**97.** Hala ere, Germaniatik eta Britaniatik eta Hispanietatik tropa laguntzaileak etorraz zituen, presa gabe eta egoera estua disimulatuz. Legatuak eta probintziak ere astiro zebiltzan; Hordeonio Flako, batavoak jada susmagarri, urduri zebilen berari zegokion gerraz; Vetio

*provinciaeque cunctabantur; Hordeonius Flaccus suspectis iam Batavis anxius proprio bello, Vettius Bolanus numquam satis quieta Britannia, et uterque ambigui. Neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari: trium legionum legati, pares iure et prosperis Vitellii rebus certaturi ad obsequium, adversam eius fortunam ex aequo detrectabant. In Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere; simul cetera iuventus dabat impigre nomina. Quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat: proinde socii de imperio utriusque coniectabant, sed experimentum contra fuit.*

*[98] Ac primo Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit; mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens et haec illave defensurus, prout invaluissent. Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam ad Vitellium missi necantur: plures fefellere, fide amicorum aut suomet astu occultati. Ita Vitellii paratus noscebantur; Vespasiani consiliorum pleraque ignota, primum socordia Vitellii, dein Pannonicae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant. Mare quoque etesiarum flatu in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.*

*[99] Tandem inruptione hostium atrocibus undique nuntiis exterritus Caecinam ac Valentem expedire ad bellum iubet. Praemissus Caecina, Valentem e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem infirmitas tardabat. Longe alia proficiscentis ex urbe Germanici exercitus species: non vigor corporibus, non ardor animis; lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi; impatiens solis pulveris tempestatum, quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior. Accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens, nimia fortunae indulgentia soluti in luxum, seu perfidiam meditantis infringere exercitus virtutem inter artis erat. Credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo: rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. Simul odiorum invidiaeque*

Bolano, inoiz aski baketua ez zen Britaniarekin; eta biak ere zalan-tzan. Hispanietatik ere ez ziren bizkor ari, orduan ezein kontsular gabe bertan; hiri-legioetako legatuek, boterean pareko eta, gauzak Vitelioren alde zirenean, leialtasunean lehiatzeko gertu, haren zori okerrari berdin ihes egiten zioten. Afrikan, Klodio Makrok erreklutatu eta gero Galbak lizentziaturiko legioa eta kohorteak berriro milizian hasi ziren Vitelioren aginduz; halaber, gainerako gazteriak azkar ematen zuen izena. Viteliok, izan ere, prokontsulgo zintzoa eta estimatua, Vespasianok izen txarrekoa eta txarto ikusia eraman zuen han; beraz, aliatuek bataren eta bestearen gobernakeraz aieru egiten zuten, baina esperientzia alderantziz gertatu zen.

**98.** Eta lehenengotan, Valerio Festo legatuak probintzien joerak zintzo babestu zituen; gero ezbaian zen, gutunez eta ediktuz, agerian Vitelioren, mezu ezkutuekin Vespasianoren alde eginez, eta hau edo hura defendatzeko asmoz, nor nagusitzen zen kontu. Rezian eta Galietan, Vespasianoren gutun eta ediktuekin harrapaturik, Viteliorengana bidali zituzten zenbait soldadu eta zenturioi hil egiten dituzte. Asko isilean libratu ziren, lagunene leialtasunari edo euren maltzurtasunari esker gorderik. Hala, Vitelioren prestakuntza guztiak ezagunak, Vespasianoren asmorik gehienak, berriz, ezezagunak ziren, lehenik, Vitelioren sortasunagatik, gero Panoniako Alpeek, destakamenduekin okupatuek, mezulariak atxikitzen zituztelako. Itsasoa ere, Ekialderantz nabigatzen zirenentzat haize etesioengatik alde, handik aurka zen.

**99.** Azkenik, nonahitiko mehatxu-mezuzko etsaien habailaz ikaraturik, Zezinari eta Valenteri gerrarako prestatzeko agintzen die. Lehenik Zezina bidalirik, gorputzeko gaitz larri batetik suspertzen ari zen Valente ahultasunak atzeratzen zuen. Germaniar armada oso bestelako itxuran irten zen Hiritik: ez gorputzetan indarririk, ez gogoetan adorerik; formazio geldoa eta mehatza, arma laxoak, zaldi nagiak; eguzki, hauts, aire libererik ezin jasan; soldadua nekeari eusteko zenbat ustelago, liskarrerako hainbat gertuago. Horri erantsi behar zitzaion Zezinaren aspaldiko anbizioa, berrikitako baldartasuna, zoriaren gehiegizko barkamenak nahikerian higaturik; edo traizioa hausnartzen ari zenarentzat, armadaren irmotasuna haustea arteetariko bat zen. Askok pentsatu zuten Zezinaren gogoa Flavio Sabinoren aholkuek astindu zutela, solas atontzaile Rubrio Galo zelarik: defekzioaren itu-

*erga Fabium Valentem admonebatur ut impar apud Vitellium gratiam virisque apud novum principem pararet.*

*[100] Caecina e complexu Vitellii multo cum honore digressus partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit. Mox vexilla primae, quartae, quintaedecimae, sextaedecimae legionum, dein quinta et duoetvicensima secutae; postremo agmine unaetvicensima Rapax et prima Italica incessere cum vexillariis trium Britannicarum legionum et electis auxiliis. Profecto Caecina scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, ut in itinere opperiretur: sic sibi cum Caecina convenisse. Qui praesens eoque validior mutatum id consilium finxit ut ingruenti bello tota mole occurreretur. Ita accelerare legiones Cremonam, pars Hostiliam petere iussae: ipse Ravennam devertit praetexto classem adloquendi; mox Patavii secretum componendae prodicionis quaesitum. Namque Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus, quod non statim praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulciscabatur. Nec sciri potest traxeritne Caecinam, an, quod evenit inter malos ut et similes sint, eadem illos pravitas impulerit.*

*[101] Scriptores temporum, qui potente rerum Flavia domo monimenta belli huiusce composuerunt, curam pacis et amorem rei publicae, corruptas in adulationem causas, tradidere: nobis super insitam levitatem et prodito Galba vilem mox fidem aemulatione etiam invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, pervertisse ipsum Vitellium videntur. Caecina legiones adsecutus centurionum militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat: Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe ob memoriam recentis pro Othone militiae.*

nak Vespasianok berretsi egingo zituela. Aldi berean, Fabio Valenterenganako gorroto eta ezinikusiez kargu egiten zion, Vitelioren aurrean beheragokoa izanik, ukondoa eta boterea printze berri baten inguruan bila zitzan.

**100.** Zezinak, Vitelioren besarkadatik ohore handiekin banandu ondoren, zaldizkoen multzo bat Kremona okupatzera bidali zuen aurretik. Atzetik I., IV., XV. eta XVI. legioetako destakamenduak; gero V.ak eta XXII.ak jarraitu zuten. Atzealdean, Harrapari XXI.a eta Italiar I.a zihoazen, britaniar legioen eta laguntzaile hauten bexilarioekin. Zezina abiatutakoan, Fabio Valentek berak bidalitako armadari bidean itxaron zezala idatzi zion: horixe adostu zuela Zezinarekin. Honek, bertan egonik eta, beraz, indartsuago, plana aldatu zelako itxura egin zuen, gainean zen gerrari oste guztiarekin aurre egitearren. Hala, legioek bizkortzeko eta Kremonarantz jotzeko agindua hartu zuten, zati bat Hostiliara. Berak Ravenarantz hartu zuen, flotari hitz egiteko aitzakian. Gero, Patavion, traizioa antolatzeko era ezkutua bilatu zuen. Izan ere, Luzilio Basok, zaldieriako pretoretza ondoren, Viteliok bai Ravenako, bai Misenoko floten buru jarri zuenak, haserre bidegabea traizio lotsagarritz mendekatzen zuen. Eta ez dago jakiterik Zezina arrastatu zuen, ala, gaiztoen artean gertatzen denez, antzekoak ere izaten baitira, txarkeria berdinak eragin zien.

**101.** Garaiko idazleek, gerra honetako memoriak flaviar etxea egoeraren nagusi zela paratu zituztenek, bakearen ardura eta errepublikaren maitasuna aipatu zizkiguten, arrazoi ustelak eurok zurikeriagatik. Guk uste dugu, berezko aldakortasunez, eta gero, Galba traditurik, leialtasun doilorre ez ezik, baita nor-gehiagoz eta gorrotoz ere, Vitelioren aurrean beste batzuek aurea har ez ziezaien, Vitelio bera eraitsi zutela. Zezinak, legioak harrapaturik, Vitelioren alde gogor zeuden zenturioi eta soldaduen gogoak zenbait amarruz azpijaten zituen. Pentsaketa berdinean ziharduen Basorentzat zailtasuna txikiagoa zen, flota leialtasuna aldatzeko gertu baitzen, Otonen alde berriki izaniko miliziaren gomutagatik.

# P. CORNELI TACITI HISTORIARVM LIBER TERTIVS

[1] *Meliore fato fideque partium Flavianarum duces consilia belli tractabant. Poetovionem in hiberna tertiae decimae legionis convenerant. Illic agitavere placeretne obstrui Pannoniae Alpes, donec a tergo vires universae consurgerent, an ire comminus et certare pro Italia constantius foret. Quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant, et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: ipsis nec numerum parem pulsarum nuper legionum, et quamquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum. Sed insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum; superesse Vespasiano mare, classis, studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. Ita salubri mora novas viris adfore, ex praesentibus nihil perituum.*

[2] *Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitator) festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam disseruit. Plus socordiae quam fiduciae accessisse victoribus; neque enim in procinctu et castris habitos: per omnia Italiae municipia desides, tantum hospitibus metuendos, quanto ferocius ante se egerint, tanto cupidius insolitas voluptates hausisse. Circo quoque ac theatris et amoenitate urbis emollitos aut valetu-*



# HISTORIAK

## HIRUGARREN LIBURUA

1. Flaviar alderdiko buruzagiek patu eta leialtasun hobez moldatzen zituzten gerrako planak. Petovionen bildu ziren, XIII. legioaren kuarteletan. Han tratatu zuten Panoniar Alpeak ixtea komeni ote zen, bizkarrean indar guztiak batera altxatu arte, ala segurragoa ote zen bertan abiatu eta Italiaren alde borrokatzea. Errefortzuei itxarotea eta gerra atzeratzea komeni zela uste zutenek germaniar legioen indarra eta ospea nabarmentzen zuten, eta gero britaniar armadaren onena iritsi zela Viteliorekin. Eurentzat, ostera, ez zegoela legio kopuru berdinek ere, berriki garaituak eurak, eta, gogorki mintzatu arren, adorea menperatuen artean txikiagoa zela. Alpeak okupaturik, ostera, bitartean Muziano Ekialdeko tropekin iritsiko zela; Vespasianorentzat gelditzen ziren itsasoa, flotak, probintzien babesak, zeintzuetan zehar beste gerra baten molea bezalakoa mugituko baitzen. Horrela, itxarote ongarrian, indar berriak agertuko ziren, oraingoetatik ezer galdu gabe.

2. Argudio horien aurrean, Antonio Primok (gerrako harengatzailerik porrokatuenak) azaldu zuen bizkor ibiltzea euren ongarri, Vitelioren hondagarri zela. Garaileengan alferkeria konfiantza baino gehiago sartu ei zen, ez baitzituzten gertu eta kanpamenduetan mantentzen; Italiako udaleri guztietan zehar aisian, ostalarientzat bakarrik beldurgarri, lehen zenbat eta basakiago jardun zuten, hainbat lehiatsuago xurgatu zituztela atsegin ezezagunak. Zirkuak eta antzokiek eta Hiriaren xar-

*dinibus fessos: sed addito spatio rediturum et his robur meditatione belli; nec procul Germaniam, unde vires; Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias Hispaniasque, utrimque viros equos tributa, ipsamque Italiam et opes urbis; ac si inferre arma ultro velint, duas classis vacuumque Illyricum mare. Quid tum claustra montium profutura? quid tractum in aestatem aliam bellum? unde interim pecuniam et commeatus? quin potius eo ipso uterentur quod Pannonicae legiones deceptae magis quam victae resurgere in ultionem properent, Moesici exercitus integras viris attulerint. Si numerus militum potius quam legionum putetur, plus hinc roboris, nihil libidinum; et profuisse disciplinae ipsum pudorem: equites vero ne tum quidem victos, sed quamquam rebus adversis disiectam Vitellii aciem. 'duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem: nunc sedecim alarum coniuncta signa pulsu sonituque et nube ipsa operient ac superfundent oblitos proeliorum equites equosque. Nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii ero. Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete: mihi expeditae cohortes sufficient. Iam reseratam Italiam, impulsas Vitellii res audietis. Iuvabit sequi et vestigiis vincentis insistere.'*

[3] *Haec ac talia flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur (etenim se centuriones et quidam militum consilio miscuerant), ita effudit ut cautos quoque ac providos permoveret, vulgus et ceteri unum virum ducemque, sprete aliorum segnitia, laudibus ferrent. Hanc sui famam ea statim contione commoverat, qua recitatis Vespasiani epistulis non ut plerique incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretatione, prout conduxisset: aperte descendisse in causam videbatur, eoque gravior militibus erat culpae vel gloriae socius.*

[4] *Proxima Cornelii Fusci procuratoris auctoritas. Is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Tampius Flavianus, natura ac senecta cunctator, suspiciones militum inritabat, tamquam adfinitatis cum Vitellio meminisset; idemque, quod coeptante legionum motu profugus, dein sponte remeaverat, perfidiae locum qua-*

mak ere bigundurik ei zeuden, edo gaixotasunek agorturik; baina, denbora emanez gero, horiei ere kemena itzuliko ziela gerraren pentsamenduak; eta Germania, indar-hornitzailea, ez zen urrun; Britania itsasarte batek bereizirik zegoen; ondoan, Galiak eta Hispaniak; bietatik, gizonak, zaldiak, zergak, eta Italia bera eta Hiriko baliabideak; eta, erasora jorik, gudu egin nahi balute, bi flota eta Iliriko itsasoa hutsik. Zertarako lirateke orduan mendien barrerak? Zertarako hurrengo kanpainara arte atzeraturiko gerrak? Nondik, bitartean, dirua eta hornigaiak? Areago, hain zuzen, panoniar legioak, menperatu baino engainatuago, mendekurako jaikitzena presatzen zirelakoaz, Mesiako armadek indarrak osorik emanak zituztelakoaz hobeto baliatuko ziren. Soldaduen kopuruari legioenari baino gehiago begiratzen bazitzaion, alde honetan indar handiagoa zegoen, grinarik bat ere ez; eta lotsak berak on egin ei zion diziplinari; baina zaldizkoak ez ei ziren garaituak ere izan, bai, oster, baldintza okerretan ere, Vitelioren lerroa deseginik gelditu. «Orduan bi hegalek, Panoniakoak eta Mesiakoak, etsaia zulatu zuten; orain hamasei hegalek bandera bilduek ehortzi egingo lituzkete oldarrez eta hotsez eta hodeiarekin berarekin, eta guduez ahazturiko zaldizkoak eta oinezkoak inguratuko. Inork geldiarazten ez banau, neu izango nauzue planaren eragile eta egile. Zuek, zoria osorik zaizuenok, euts legioei; nik aski dituzket kohorte arinak. Laster entzungo duzue Italia soldaduarentzat zabalik dagoela, Vitelioren boterea abaildua dela. Pozik jarraituko eta finkatuko zarete garailearen oinatzetan».

**3.** Honelako eta antzeko arrazoiak, begiak sutan, ahots beldurgarri, urrunago entzuna izateko, (zenturioiak eta zenbait soldadu ere bilera gehitu baitziren), hartaraino jaulki zituen, ezen kautoak eta zuhurak ere zirraratu baitzituen, bulgoak eta gainerakoek, besteen txepelkeria arbuiatuz, gizon bakar eta buruzagitzat hartzen baitzuten laudorioz. Berari buruzko fama hori berehala zabaldu zuen batzarrean, non, Vespasianoren idazkia irakurtzean, ez baitzen, gehienak bezala, lausoki mintzatu, interpretazioa hara-hona eramateko gertu, komeni bezala. Kausaren alde argi jarri zela zirudien, eta horregatik soldaduentzat pisutsuago zen, erruan edo aintzan kide.

**4.** Autoritaterik hurbilena Kornelio Fusko prokuradorearena zen. Honek, berak ere Vitelioren aurka zakarki hitz egin ohi zuenak, inolako itxaropenik ez zuen gorde egoera okerrean. Tanpio Flavianok, berez eta zaharrez zalanzkor, soldaduen errezeloak eragiten zituen,

*esisse credebatur. Nam Flavianum, omissa Pannonia ingressum Italiam et discrimini exemptum, rerum novarum cupido legati nomen resumere et misceri civilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industria Flaviani egebat, sed ut consulare nomen surgentibus cum maxime partibus honesta specie praetenderetur.*

*[5] Ceterum ut transmittere in Italiam impune et usui foret, scriptum Aponio Saturnino, cum exercitu Moesico celeraret. Ac ne inermes provinciae barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum Iazugum, penes quos civitatis regimen, in commilitium adsciti. Plebem quoque et vim equitum, qua sola valent, offerebant: remissum id munus, ne inter discordias externa molirentur aut maiore ex diverso mercede ius fasque exuerent. Trahuntur in partis Sido atque Italicus reges Sueborum, quis vetus obsequium erga Romanos et gens fidei ~commissior~ patientior. Posita in latus auxilia, infesta Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus. Nec his aut illis proelium temptantibus, fortuna partium alibi transacta.*

*[6] Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus, strenuus bello, quam gloriam et dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde infami gratia primum pilum adepto laeta ad praesens male parta mox in perniciem vertere. Sed Primus ac Varus occupata Aquileia <per> proxima quaeque et Opitergii et Altini laetis animis accipiuntur. Relictum Altini praesidium adversus classis Ravennatis <conatus>, nondum defectione eius audita. Inde Patavium et Ateste partibus adiunxere. Illic cognitum tris Vitellianas cohortis et alam, cui Sebosianae nomen, ad Forum Alieni ponte iuncto consedissee. Placuit occasio invadendi incuriosos; nam id quoque nuntiabatur. Luce prima*

Vitelioren ahaidetasunaz gogoratuko zela eta; eta, halaber, legioan errebolta abiatzean ihes eginik, gero bere gogoz itzuli zenez gero, traiziorako aukera bilatu zuela uste zuten. Izan ere, Flaviano, Panonia bertan behera utzirik, Italian sartu eta arriskutik salbatu ondoren, egoera berrien desioak legatu-titulua berrartzera eta borroka zibiletan sartzeraz bultzatu zuen, Kornelio Fuskoren aholkupean, ez honek Flavianoren jardunik behar zuelako, baizik kontsul izena orduantxe sortzen ari zen alderdiaren aurpegi izan zedin bere agerpen ohoragarrian.

**5.** Gainerakoan, Italiara pasatzea arrisku gabeko eta ongari gerta zedin, Aponio Saturninori idatzi zioten, Mesiako armadarekin azkar ibil zedin. Eta probintziak, arma gabe, barbaroen mende ez geratzeko, sarmata iazugoen printzeak, zeintzuen esku zegoen nazioaren gobernua, miliziara erantsi zituzten. Jendea eta zaldizkoen indarra ere, daukaten bakarra, eskaintzen zuten. Eskaintza horri uko egin zitzaion, ez zezaten liskarren erdian zerbait kanpokoetik apaila edo giza eta jainko-zuzenbidea albora laga, etsaiagarendiko sari handiagoaren truke. Alderdira erakartzen dituzte Sidon eta Italiko sueboen erregeak, zeintzuek bazuten aspalditik erromatarrenganako mentasuna, eta aginduei baino leialtasunari eusten herri iaioagoa baitzen. Alboetan tropa laguntzaileak ipini zituzten, Tezia etsaikorra baitzen, Portzio Septimo prokuradore zuela, Viteliorenganako leialtasun ustelgabekoa bera. Hala, bada, Sestilio Felix, hegal aurianoarekin eta zortzi kohorterekin eta norikoen gazteekin, retoen eta norikoen artetik doan Eno ibaiaren ertza okupatzera bidali zuten. Eta ez hauek ez haiek borrokan ez saiatzean, alderdien zoria beste leku batera aldatu zen.

**6.** Kohorteetako vexilariorak eta zaldizkoen parte bat Italia inbadi-tzera presaka zeramatzan Antoniok Arrio Varo zuen lagun, gerran tre-bea, aintza hori Korbulon buruzagiak eta Armeniako kanpaina arrakastatsuek emana ziotena. Neronekiko solasaldi sekretuetan, Korbulo-n bertuteak kalumniatu ei zituen. Primipilargoa grazia doilorrez erdietsi zuenareni, gaizki eskuratua, unean bertan pozgarria, gero hon-damen bihurtu zitzaion. Behintzat, Primo eta Varo, Akileia okupatu-rik, gogo alaiz hartzen dituzte Opitergio eta Altinoko auzo-herrietan. Altinon guarnizio bat utzi zuten, Ravenako flotaren saiakerei eusteko, artean haien defekzioaren berri entzuteke. Jarraian, Patavio eta Ates-te euren alderdira bildu zituzten. Han jakin zuten hiri kohorte viteliar eta hegal bat, Sebosiano izenekoa, Alienoko Foron kokatu zirela,

*inermos plerosque oppressere. Praedictum ut paucis interfec-  
tis ceteros pavore ad mutandam fidem cogerent. Et fuere qui  
se statim dederent: plures abrupto ponte instanti hosti viam  
abstulerunt. Principia belli secundum Flavianos data.*

*[7] Vulgata victoria legiones septima Galbiana, tertia decima  
Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt.  
Ibi pauci dies ad requiem sumpti, et Minicius Iustus praefec-  
tus castrorum legionis septimae, quia adductius quam civili  
bello imperitabat, subtractus militum irae ad Vespasianum  
missus est. Desiderata diu res interpretatione gloriaque in  
maius accipitur, postquam Galbae imagines discordia tem-  
porum subversas in omnibus municipiis recoli iussit Anto-  
nius, decorum pro causa ratus, si placere Galbae principatus  
et partes revirescere crederentur.*

*[8] Quaesitum inde quae sedes bello legeretur. Verona potior  
visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua  
praevallebant: simul coloniam copiis validam auferre Vitellio  
in rem famamque videbatur. Possessa ipso transitu Vicetia;  
quod per se parvum (etenim modicae municipio vires) magni  
momenti locum obtinuit reputantibus illic Caecinam genitum  
et patriam hostium duci ereptam. In Veronensibus pretium  
fuit: exemplo opibusque partis iuvere; et interiectus exercitus  
Raetiam Iuliasque Alpis, [ac] ne pervium illa Germanicis  
exercitibus foret, obsaepserat. Quae ignara Vespasiano aut  
vetita: quippe Aquileiae sisti bellum expectarique Mucianum  
iubebat, adiciebatque imperio consilium, quando Aegyptus,  
claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum  
obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii fru-  
mentique ad deditionem subigi. Eadem Mucianus crebris  
epistulis monebat, incruentam et sine luctu victoriam et alia  
huiusce modi praetexendo, sed gloriae avidus atque omne  
belli decus sibi retinens. Ceterum ex distantibus terrarum  
spatiis consilia post res adferebantur.*

*[9] Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium inru-  
pit; temptatisque levi proelio animis ex aequo discessum.*

zubia eginda. Arretagabeek, hori ere jakinarazi baitzen, erasotzeko une egokia iritzi zioten. Egunsentian, gehienak desarmaturik atzeman zituzten; batzuk hilik, besteei izuz leialtasuna aldarazteko agindu zen. Eta izan ziren berehala entregatu zirenak ere. Gehienek, zubia apurturik, etsai jazarleari bidea moztu zioten.

7. Gerra hasiera flaviarren alde joanik, garaipenaren berri zabaltzean, VII. Galbatarra, XIII. Gemina, Vedio Akila legatuarekin, Patavio-  
ra alai iristen dira. Han egun batzuk atsedenerako hartzen dituzte, eta Minizio Justo, VII. legioko kanpamenduko prefektua, aginpidea gerra zibilari dagokion baino zorrozkiago zeramalako, soldaduen amorrutik erauzirik, Vespasianorengana bidaltzen dute. Luzaz amesturiko kontua interpretazioz eta aintzaz gehiago estimatu ohi denez, Galbaren estatuak, garaien nahasmenak eraitsiak, berriro udalerrri guztietan gurtuak izan zitezela agindu zuen Antoniok, bere kausarako ohoragarritzat jorik, Galbaren printzealdia onesten eta haren aldekoak indarberritzen ari zirela sinesten bazuten.

8. Gero gerrarako zer kokaleku hautatu tratatu zen. Verona egokiago iruditu zitzairen, inguruetan lautada handiak zituena zaldizkoen borrokarako, horretan gehiago baitziren. Aldi berean, Viteliori baliabide ugari-  
ko kolonia kentzea euren asmo eta famaren alde iruditu zen. Vizetia martxan bertan okupatu zuten. Berez txikia zen ekintza horrek (indar urriko udalerrria zen, izan ere) garrantzi handiko lorpena ekarri zuen pentsatzen zutenentzat Zezina hantxe jaioa zela eta etsaien buruzagiari sorterrria kendu zitzaiola. Veronarrei dagokienez, merezi izan zuen: euren etsenplu eta baliabideekin alderdiari lagundu zioten; eta erdian kokaturiko armadak Rezia eta Juliar Alpeak blokeatu zituen, handik germaniarrentzat igarobiderik izan ez zedin. Hori dena Vespasianok ezezaguna edo debekatua zuen: izan ere, gerra Akileian geratzeko eta Muzianori itxaroteko agintzen zuen, eta aginduari arrazoiaren antzeko zion ezen, Egiptoren, gariaren giltzaren, eta probintziarik aberatsenetako zergen jabe egin zitezenean, Vitelioren armada errendiaraz zitekeela, diru eta gari faltan. Gauza bera aholkatzen zuen Muzianok gutun ugariz, garaipen odolgabe eta lutugabea eta antzekoak argudiatuz, baina aintza-gose eta gerraren ohore guztia beretzat atxikiz. Lurretatik urrun zeuden lekuetatik, oster, aholkuak gertaeren ondoren azaltzen ziren.

9. Hala, bada, Antonio bat-bateko inkurtsioz etsaien postuetan sartu zen eta, borroka arin batekin gogoak haztaturik, berdinean bereizi

*Mox Caecina inter Hostiliam, vicum Veronensium, et paludes Tartari fluminis castra permuniit, tutus loco, cum terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. Quod si adfuisset fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones, nondum coniuncto Moesico exercitu, potuere, aut retro actae deserta Italia turpem fugam conscivissent. Sed Caecina per varias moras prima hostibus prodidit tempora belli, dum quos armis pellere promptum erat, epistulis increpat, donec per nuntios pacta perfidiae firmaret. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. Legioni tribunus Vipstanus Messala praeerat, claris maioribus, egregius ipse et qui solus ad id bellum artis bonas attulisset. Has ad copias nequaquam Vitellianis parvis (quippe tres adhuc legiones erant) misit epistulas Caecina, temeritatem victa arma tractantium incusans. Simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur, Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia: nihil prorsus quod aut corrumperet hostem aut terreret. Flavianarum partium duces omissa prioris fortunae defensione pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter, de exercitu securi, in Vitellium ut inimici praesumpserunt, facta tribunis centurionibusque retinendi quae Vitellius indulsisset spe; atque ipsum Caecinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisit Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim tamquam insultantes Vitellio scripsissent.*

*[10] Adventu deinde duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus, octavam Numisius Lupus ducebant, ostentare viris et militari vallo Veronam circumdare placuit. Forte Galbianae legioni in adversa fronte valli opus cesserat, et visi procul sociorum equites vanam formidinem ut hostes fecere. Rapiuntur arma metu proditionis. Ira militum in Tampium Flavianum incubuit, nullo criminis argumento, sed iam pridem invisus turbine quodam ad exitum poscebatur: propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant. Nec defensioni locus, quamquam supplicis manus tenderet, humi plerumque stra-*



ziren. Gero, Zezinak Hostiliaren, veronarren auzunearen, eta Tartaro ibaiko zingiren artean gotortu zuen kanpamendua, leku segurra bera, bizkarra ibaiak eta alboak zingiren oztopoak babesten zituela. Eta leialtasunik izan balitz, bi legio, artean Mesiako armada eurekin batu gabe, edo viteliar indar bateratuek zanpatuak izan ahalko ziren, edo, atzerantz eramanak, Italia lagarik, ihes lotsagarria erabakiko zuten. Baina Zezinak, zenbait atzerapenez, lehenengo gerra-aukerak etsaiei eman zizkien, armekin menpera erraz zirenei gutunekin agiraka eginenez, mezulari bidez itunduriko traizio baldintzak berretsi arte. Bitartean, Aponio Saturnino VII. Klaudiar legioarekin heldu zen. Legio buru Vipstano Mesala tribunoa zegoen, arbaso gurenetakoa, bera ere gurena eta gerra honi arte onak paratu zizkion bakarra. Tropa hauei, inondik ere viteliarren berdin ez zirenei (ordura arte hiru legio ziren, izan ere), Zezinak gutunak bidali zizkien, arma bentzutuak astinduko zituztenen ausarkeria aurpegiratuz. Aldi berean, germaniar armadaren kemena gorespenez nabarmentzen zen, Vitelioren aipu diskretu eta arinez, Vespasianorenganako bat ere irain gabe; ezer ere ez, funtsean, etsaia erosteko edo izutzekorik. Flaviarren alderdiko buruzagiak, euren aurreko zoriaren defentsa albora utzirik, Vespasianorengatik ondo esanez, kausan fidaturik, armadaz segur, Vitelioren aurka etsai gisan aurreratu ziren, tribuno eta zenturioei Viteliok eman izango zukeena atxikitzeko itxaropena utzirik; eta Zezinari berari ere, ez hain ilunki, desertziora tiratzen zioten. Batzarrean irakurritako gutunek konfiantza areagotu zuten, Zezinak neurtuki idatzi izango baitzuen, Vespasiano mintzeko beldurrez bezala, euren buruzagiek, ostera, erdeinuz, Vitelio irainduz bezala.

**10.** Gero bi legio iritsirik, zeintzuetarik III.a Dilio Aponianok, VIII.a Numisio Lupok gidatzen zituzten, indarra erakustea eta Verona hesi militarrez inguratzea erabaki zuten. Halabeharrez, lubakigintza Galbar Legioari egokitu zitzaion, etsaiaren aldera ematen zuen frontean; eta aliatuen zaldizkoek, urrundik ikusgarri, beldur funsgabea sortu zuten etsai gisan. Armak arrapaladan hartzen dituzte, traizio beldurrez. Soldaduen amorrua Tanpio Flavianoren gainera oldartu zen, ez inolako hoben frogaz, baizik halako zirimolan aspaldidanik heriotzarako eskatua zelako. Oihuka deitzen zioten Vitelioren ahaide, Otonen traidore, emarien eragozle. Defentsarako aukerarik ere ez zuen, nahiz eta eskuak erreguka luzatu, sarritan lurrean umildurik, soinekoak

tus, lacera veste, pectus atque ora singultu quatiens. Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamquam nimius pavor conscientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cum loqui coeptaret; fremitu et clamore ceteros aspernantur. Uni Antonio apertae militum aures; namque et facundia aderat mulcendique vulgum artes et auctoritas. Ubi crudescere seditio et a conviciis ac probris ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet. Sensit ludibrium miles, disiectisque qui tribunal tuebantur extrema vis parabatur. Opposuit sinum Antonius stricto ferro, aut militum se manibus aut suis moriturum obtestans, ut quemque notum et aliquo militari decore insignem aspererat, ad ferendam opem nomine ciens. Mox conversus ad signa et bellorum deos, hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam inicerent orabat, donec fatisceret seditio et extremo iam die sua quisque in tentoria dilaberentur. Profectus eadem nocte Flavianus obviis Vespasiani litteris discrimini exemptus est.

[11]Legiones velut tabe infectae Aponium Saturninum Moesici exercitus legatum eo atrocius adgrediuntur, quod non, ut prius, labore et opere fessae, sed medio diei exarserant, vulgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. Ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent. Quippe Moesicae legiones adiutam a se Pannonicorum ultionem referentes, et Pannonici, velut absolverentur aliorum seditione, iterare culpam gaudebant. In hortos, in quibus devertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam Primus et Aponianus et Messala, quamquam omni modo nisi, eripuerunt Saturninum quam obscuritas latebrarum, quibus occultebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. Mox omissis lictoribus Patavium concessit. Digressu consularium uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis et obversis militum studiis. Nec deerant qui crederent utramque seditionem fraude Antonii coeptam, ut solus bello frueretur.

urraturik, bularra dardar, aurpegia zotin. Horixe ere aurkakoen ziztagarri zen, izu gehiegiak errua nabarmenduko balu bezala. Soldaduen hotsek Aponio oztopatzen zuten, hizketan hasten zen guztian; gainerakoak protestaz eta orroez arbuiazen dituzte. Antoniori bakarrik irekitzen zitzaizkion soldaduen belarriak, etorria eta jendetza baretzeko trikimainak eta autoritatea batzizituen. Sedizioa gordintzen eta irain eta iseketatik armetara eta eskuetara pasatzen ari zirenean, Flavianori kateak ezartzeko agintzen du. Soldadua ohartzen da iruzurraz eta, tribuna babesten zutenak sakabanaturik, azken indarkeria prestatzen ari zen. Antoniok ezpata atera eta bularra jarki zuen, soldaduen edo bere eskuetan hilko zela zin eginez, inor ezagunik edo kondekorazio militarren batez apaindurik ikusten zueneko, deitzean laguntzera etortzeko eskatuz. Gero, banderetara eta gerra-jainkoengana bihurturik, erokeria hura, istilu hura areago etsaien armaden aurka zuzentzeko eskatzen zuen, harik eta sedizioa agortu eta, jada egunaren azkenean, bakoitza bere dendara aldendu arte. Gau berean abiatua zen Flaviano bidean zetorren Vespasianoren gutun batek libratu zuen arriskutik.

**11.** Legioek, izurriak kutsaturik bezala, Aponio Saturninori, mesiar armadako legatuari, basakiago erasotzen diote, ez baitziren, lehen bezala, ahaleginak eta lanak nekaturik sutu, egunaren erdian baizik, Saturninok Viteliori idatzi ziola uste zen gutunaren berri zabaldu zenean. Lehen kemen eta disziplinazko bezala, orain lotsagabekeria eta harrokeriazko lehia zenez, Aponio ez zuten supliziorako Flaviano baino bortizkeria txikiagoz eskatzen. Mesiar legioek, noski, euren aldetik panoniarren mendekuari lagundu zitzaiola gogoratuz, eta panoniarrek, beste batzuen sedizioz barkaturik baileuden, haien errua errepikatzea maite zuten. Saturnino ostatz zegoen ortu batzuetara doaz. Eta Primok eta Aponianok eta Mesalak, ahalegin guztiak eginik ere, ez zuten Saturnino salbatu ezkutaturik zegoen gordelekuen ilunak adina, orduan erabilera gabe zeuden bainuetako labeetan sarturik. Gero, liktoreak saihesturik, Patavioa jo zuen. Kontsularrak joanik, bi armaden gaineko indarra eta boterea Antoniorentzat bakarrik izan zen, kideak erretiratu eta soldaduen begi ona beraganatu zirenean. Eta ez zen falta izan sedizio bata eta bestea Antonioaren asmo txarrak hasi zuela uste zuenik, gerraz berak bakarrik gozatzearren.

[12] *Ne in Vitellii quidem partibus quietae mentes: exitiosiore discordia non suspicionibus vulgi, sed perfidia ducum turbabantur. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannonique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. Nox proditioni electa, ut ceteris ignaris soli in principia defectores coirent. Bassus pudore seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt; et paucis resistentium obtruncatis ceterum vulgus rerum novarum studio in Vespasianum inclinabat. Tum progressus Lucilius auctorem se palam praebet. Classis Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat, qui propere adcucurrit. Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam pervectus a praefecto alae Vibennio Rufino, praesidium illic agitante, vincitur, sed exoluta statim vincula interventu Hormi Caesaris liberti: is quoque inter duces habebatur.*

[13] *At Caecina, defectione classis vulgata, primores centurionum et paucos militum, ceteris per militiae munera dispersis, secretum castrorum adfectans in principia vocat. Ibi Vespasiani virtutem virisque partium extollit: transfugisse classem, in arto com meatum, adversas Gallias Hispaniasque, nihil in urbe fidum; atque omnia de Vitellio in deterius. Mox incipientibus qui conscii aderant, ceteros re nova attonitos in verba Vespasiani adigit; simul Vitellii imagines dereptae et missi qui Antonio nuntiarent. Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies aspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt. Huc cecidissee Germanici exercitus gloriam ut sine proelio, sine vulnere vinctas manus et capta traderent arma? quas enim ex diverso legiones? nempe victas; et abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos quartadecimanosque, quos tamen isdem illis campis fuderint straverintque. Ut tot armatorum milia, velut grex venalium, exuli Antonio donum darentur? octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. Id Basso, id Caecinae visum, postquam domos hortos opes prin-*

**12.** Vitelioren alderdian ere gogoak ez zeuden lasai: diskordia okerragoa zena, bulgoaren susmoek barik, buruzagien desleialtasunak aztoraturik zeuden. Luzilio Basok, Ravenako flotako prefektuak, bere aldera erantsi zituen soldaduen gogo zalanzkorrak, zati handi bat dalmatak eta panoniarrek baitziren, Vespasianoren esku zeuden probintziak. Traiziorako gaua hautatu zuten, besteen ezjakinean, desertoreak armen plazan eurak bakarrik bil zitezen. Basok, lotsaz edo arrakastarik ez izateko beldurrez, etxe barruan itxaroten zuen. Hierarkoek Vitelioren estatuei iskanbila handian erasotzen diete, eta zenbait jarkitzaille erailik, gainerako bulgoa Vespasianoren alderantz makurtzen zen, egoera berrien gose. Orduan Luzilio irten eta agerian erantzule azaltzen da. Flotak Kornelio Fusko izendatzen du bere prefektu, berehala etorri zena. Baso, untzi liburnikoetan ohorezko zaintzaz Atriara translataua, zaldieriako prefektu VibenoRufinok atxilotzen du, baina larrariak berbertan jaregin zitzaizkion Hormoren, Zesarren libertoaren, eraginez; berau ere buruzagien artekoa zen.

**13.** Zezinak, berriz, flotaren defekzioa zabaldu, mailarik goreneko zenturioi eta soldadu bakan batzuei, gainerakoak miliziako zerbitzuetan sakabanaturik, armen plazara deitzen die, kanpamenduko toki sekretu baten guran. Han Vespasianoren bertutea eta haren alderdiaren indarra goratzen ditu: flota haiengana pasatu zela, hornigaiak urri zirela, Galiak eta Hispaniak etsai, Hirian ezer ere ez fidagarri; eta Viteliori zegokion guztia, okerrera. Gero, han tarteko zirenekin hasita, gainerakoak, nobedadeaz txunditurik, Vespasianori zin egitera daramatza; aldi berean, Vitelioren estatuak erauzi zituzten, eta Antoniori berri-emaileak bidali. Baina kanpamendu guztiko autuetan, traizioak eta plazarantz lasterka heldu zen soldaduak Vespasianoren izena idatzita, Vitelioren irudiak jaurtita, ikusi zituenean, lehenik isiltasun luzea, gero dena batera lehertzen da. Honetaraino jausi al zen germaniar armadaren aintza, gudu gabe, zauri gabe, esku lotuak eta arma atxilotuak entregatzen zituen harena? Zeintzuk legio ziren, bada, beste aldean? Menperatuak, noski; eta Otonen armadako zer hauta bakarra falta zen: I. eta XIV.ekoak, eurak ere lautada haietan bertan sakabanutu eta abaildu zituztenak. Hainbeste mila gizon armatu, beraz, esklabo aldra bat bezala, Antonio erbesteratuari oparitzat eman behar al zitzaion? Zortzi legio flota bakarraren errefortzu izango ziren, noski. Horixe zuen Basok erabakia, horixe Zezinak: printzeari etxe, ortu,

*cipi abstulerint, etiam militem auferre. Integros incruentosque, Flavianis quoque partibus vilis, quid dicturos reposcentibus aut prospera aut adversa?.*

*[14] Haec singuli, haec universi, ut quemque dolor impulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus vincla Caecinae iniciunt; Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt; forte oblatos trium Liburnicarum milites, ignaros et insontis, trucidant; relictis castris, abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obtinendam Cremonam cum parte equitum praemiserat.*

*[15] Vbi haec comperta Antonio, discordis animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium et iunctis legionibus fiducia rediret. Namque Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae proditione conieciabat; et fidus Vitellio Fabius nec militiae ignarus. Simul ingens Germanorum vis per Raetiam timebatur. Et Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem, ni Antonius id ipsum metuens festinato proelio victoriam praecepisset. Universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit. Postero die legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae ut specie parandarum copiarum civili praeda miles imbueretur: ipse cum quattuor milibus equitum ad octavum a Bedriaco progressus quo licentius popularentur. Exploratores, ut mos est, longius curabant.*

*[16] Quinta ferme hora diei erat, cum citus eques adventare hostis, praegredi paucos, motum fremitumque late audiri nuntiavit. Dum Antonius quidnam agendum consultat, aviditate navandae operae Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit impulitque Vitellianos modica caede; nam plurimum adcursu versa fortuna, et acerrimus quisque sequentium*

ondasun ostu ondoren, soldadua ere harrapatu. Zaurigabe eta odolgabe, flaviar alderdirako ere doilor, zer esango liekete ekintza aldekoak edo kontrakoak erreklama litzaketenei?

**14.** Honelakoak banan, honelakoak batera, suminak bakoitzari eragiten zion moduan oihukatuz, hasiera V. legioan sorturik, Vitelioren irudiak berjarririk, Zezina kateaz lotzen dute. Buruzagitzat Fabio Fabullo, V. legioko legatua, eta Kasio Longo, kanpamenduko prefektua, hautatzen dituzte. Hiru liburnikotako soldadu kasualki agertuak, ezjakin eta errugabeak, labanatzen dituzte. Kanpamendua utzirik, zubia mozturik, berriro Hostiliara, handi Kremonara jotzen dute, I. legio Italiar eta XXI. Harrapariarekin bat egiteko, zeintzuk Zezinak Kremona okupatzera aurretik bidaliak zituen zaldizkoen parte batekin.

**15.** Gorabehera horiek Antoniori jakinarazi zitzaizkionean, gogoak desados, indarrak banaturik zituzten etsaien armadei erasotzea erabaki zuen, autoritatea buruzagiei, obedientzia soldaduei eta legioei, bat egindakoa, konfiantza itzuli aurretik. Pentsatzen zuen, izan ere, Fabio Valente Hiritik abiatua izango zela eta azkar ibiliko zela, Zezinaren traizioa jakin ondoren; eta Fabio Vitelioren leiala zen, eta ez milizian ezjakina. Halaber, Rezian zeharreko germaniarren indar eskergaren beldur ziren; eta Viteliok Britania eta Galia eta Hispaniatik erefortzuak etorrarazi zituen. Gerraren suntsipen ikaragarria, baldin Antoniok, horrexen beldur hain zuzen, borroka azkartuan garai-pena aurreratu ez balu. Armada osoarekin, Veronatik Bedriakora bi ekitalditan iritsi zen. Biharamunean, legioak lubakigintzarako gelditurik, kohorte laguntzaileak Kremonako lurraldera bidali zituzten, jana-riak biltzeko aitzakian, soldadua herritarren harrapakiz ase zedin. Bera, berriz, lau mila zaldizkoekin, Bedriakotik zortzi miliataraino aurreratu zen, lasaiago arpil zezaten. Esploratzaileak, ohi bezala, alderik alde urrunago zebiltzan.

**16.** Egunaren bosgarren ordutsua zen, zaldizko bizkor batek iragarri zuenean etsaiak bazetozela, aurrean gutxi batzuk zirela eta mugimendua eta oihuak hedadura handian entzuten zirela. Antoniok zer egin pentsatu bitartean, Arrio Varok, fintasuna erakutsi guran, zaldizkorik suharrenekin oldartu eta viteliarrei atzera eragin zien sarraski txiki batez, egoera aldatu egin baitzen kopuru handiagoa galapan heltzean, jazarlerik sutuena ihesean azken zela. Antoniorene aldetik ekintza ez zen azkartu, eta gertatu zena gertatuko zela pentsatzen zuen. Bereta-

*fugae ultimus erat. Nec sponte Antonii properatum, et fore quae acciderant rebatur. Hortatus suos ut magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter quo Varum equitesque eius reciperet; iussae armari legiones; datum per agros signum ut, qua cuique proximum, omissa praeda proelio occurreret. Pavidus interim Varus turbae suorum miscetur intulitque formidinem. Pulsi cum sauciis integri suomet ipsi metu et angustiiis viarum conflictabantur.*

*[17] Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortis militis officium omisit. Occursare paventibus, retinere cedentis, ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio manu voce insignis hosti, conspicuus suis. Eo postremo ardoris provectus est ut vexillarium fugientem hasta transverberaret; mox raptum vexillum in hostem vertit. Quo pudore haud plures quam centum equites restitere: iuvit locus, artiore illic via et fracto interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediabat. Ea necessitas seu fortuna lapsas iam partis restituit. Firmati inter se densis ordinibus excipiunt Vitellianos temere effusos, atque illi consternantur. Antonius instare percussis, sternere obvios, simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare, capere, arma equosque abripere. Et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant.*

*[18] Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae, laeto inter initia equitum suorum proelio illuc usque provecta. Sed ubi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire ultroque adgredi hostem tantum per spatium cursu et pugnando fessum. [forte victi] haud perinde rebus prosperis ducem desideraverant atque in adversis deesse intellegebant. Nutantem aciem victor equitatus incursat; et Vipstanus Messala tribunus cum Moesicis auxiliariis adsequitur, quos multi e legionariis quamquam raptim ductos aequabant: ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen. Et propinqua Cremonensium moenia quanto plus spei ad effugium minorem ad*



rrak borrokari gogotsu heltzera kinatu ondoren, alboetan eskuadroiak hedaturik, erdian Varo eta bere zaldizkoak hartzeko bidea uzten du. Legioek armatzeko agindua hartu zuten; zelaietan zehar seinalea eman zen, bakoitza biderik laburrenetik gudura lasterka zedin, harrapakia utzita. Bitartean, Varo beretarren ostearekin nahasten da eta bere ikara eransten die. Menperaturik, zaurigabeak zaurituekin, euren beldurak berak eta bideen meharak larritzen zituen.

**17.** Nahasmen hartan, Antoniok ez zuen buruzagi petoen edo soldadu kementsuen egitekorik bat ere omititu. Beldurtien bila lasterka, bazihoazenei eusten, non larrien zebiltzan, nondik itxaropenen bat zen, zuhurtziaz, eskuz, ahotsez ziharduen, etsaiaren bistan, beretarrentzat agerian. Hainbestean sutu zen, ezen ihesi zihoan banderadun bat lantzaz zulatu baitzuen; ondoren, kendutako bandera etsaiaren aurka bihurtu zuen. Lotsari horrekin, ehundik ez gora zaldizkok aurre egin zuten. Tokiak laguntzen zuen, bidea estuago bertan eta, zubia apurturik, erditik zihoan ibaian, zeinak, hondo badaezpadakoa eta ertzak ezpandan zituela, ihesa eragozten baitzuen. Premia bizi hark edo zoriak bando jada eroria altxatu zuen. Elkar aupatuz, lerro estuetan hartzen dituzte viteliarrak, ausarkiegi zabalduak, eta bertan desegiten dituzte. Antoniok abailduak jazartzen, bidean aurkituak eraisten ditu, besteez halaber, bakoitzaren talentuaren arabera, arpilatzen, atxilotzen, armak eta zaldiak harrapatzen dituzte. Eta arrakasta harrabotsak beroturik, lehentxoago zelaietan zehar ihesean alderrai zebiltzanak garaipenera biltzen ziren.

**18.** Kremonako laugarren milia-harrian, Harrapari eta Italiarraren banderak distiratu ziren, euren zaldizkoen borroka hasieran aldekoak haraino aurreraturik. Baina zoria aurka jarri zitzaientean, ez zituzten lerroak irekitzen, ez aztoratuak abegitzen, ez bidera irteten, ez aldi berean erasotzen lasterka eta hain distantzia luzean borrokatzen nekaturik zegoen etsaiari. Halabeharrez menperatuak, egoera onetan ez zuten buruzagi faltarik hartu, okerretan falta zutela ulertu zuten neurrian. Lerro lokatuari zaldieria garailea gainera datorkio, eta Vipstano Mesala tribunoak Mesiako laguntzaileekin jarraitzen die, zeintzuk, abiadan eramanik ere, hainbat legionariok harrapatzen zituen. Oinezko eta zaldizko horrela nahasiek legioen zutabea apurtu zuten. Eta kremonarren harresi hurbilek iheserako itxaropen handiagoa eta eusteko gogo txikiagoa ematen zuten. Eta Antonio ez zen han gehiago

*resistendum animum dabant. Nec Antonius ultra institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps proelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflictauerat.*

*[19] Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. Utque cumulos super et recentia caede vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt. Haec in medio, pulchra dictu: illa sibi quisque, posse coloniam planositam impetu capi. Idem audaciae per tenebras inrumpentibus et maiorem rapiendi licentiam. Quod si lucem opperiantur, iam pacem, iam preces, et pro labore ac vulneribus clementiam et gloriam, inania, laturos, sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore. Expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere. Spernuntur centuriones tribunique, ac ne vox cuiusquam audiat, quantunt arma, rupturi imperium ni ducantur.*

*[20] Tum Antonius inserens se manipulis, ubi aspectu et auctoritate silentium fecerat, non se decus neque pretium eripere tam bene meritis adfirmabat, sed divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo, consultando, cunctatione saepius quam temeritate prodesse. Ut pro virili portione armis ac manu victoriam iuverit, ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum; neque enim ambigua esse quae occurrant, noctem et ignotae situm urbis, intus hostis et cuncta insidiis opportuna. Non si pateant portae, nisi explorato, nisi die intrandum. An obpugnationem inchoaturos adempto omni prospectu, quis aequus locus, quanta altitudo moenium, tormentisne et telis an operibus et vineis adgredienda urbs foret? mox conversus ad singulos, num securis dolabrasque et cetera expugnandis urbibus secum attulissent, rogabat. Et cum abnuerent, ‘gladiisne’ inquit ‘et pilis perfringere ac subruere muros ullae manus possunt? si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut vulgus improvidum inriti stabimus, altitudinem turrium et aliena munimenta mirantes? quin potius mora noctis unius, advectis tormentis machinisque,*

tematu, guduaren zori hain dudazkoak, nahiz eta azken onekoak, zaldizko eta zaldi nolako nekez eta zauriz jo zituen gogoan izan.

**19.** Arratsalde ilunkeran, flaviar armadaren multzo osoa iritsi zen. Eta sarraskiko pilo eta oinatz berrien gainetik aurrera egin ahala, gerra amaitua bailitzan, Kremonara jarraitu eta menperatuak errendizioan hartzeko edo asaltatzeko eskatzen dute. Hori, agerian, esateko ederra baitzen; bakoitzaren baitan, ordea, besterik: lauan kokaturiko kolonia asaltatzeko har zitekeen. Ilunetan sartzen zirenentzat, ausardia berdina eta lapurretarako askatasun handiagoa. Argiari itxaroten bazioten, berriz, bakea, erregeak eta, ahalegin eta zauri truke, barkamena eta aintza, zer hutsak, zetozeen, baina kremonarren aberastasunak prefektuen eta legatuen sakeletara joango ziren. Asaltatzeko harturiko hiriaren etekina soldaduak zegoen, hiri entregatuarena, buruzagiei. Zenturioi eta tribunoak arbuiatzen eta, inoren ahotsik entzun ez dadin, armak kolpatzen dituzte, diziplina hausteko gertu, aurrera eramanez ez badaitez.

**20.** Orduan Antoniok manipuluetan sartu eta, presentziaz eta autoritatez isiltasuna lortu zuenean, ziurtatzen zuen berak ez ziola ohorerik ez saririk hain ondo merezia zutenei kentzen, baina egitekoak armaden eta buruzagien artean banaturik zeudela. Soldaduei borroka-gogoia zegoen; buruzagiak, arduratuz, pentsatuz, ausarkeriaz bainoago zuhurtziaz ziren ongarri. Bere indarren arabera, garaipenean armaz eta eskuz lagundu zuen bezala, kalkuluz eta gogoetaz on egingo zuen, buruzagiari dagozkion arteak eurok. Ez zen, noski, dudazkoa zer ageri zitzaion: gaua eta hiri ezezagun baten egoera, etsaiak barruan eta dena enboskadarako moduan. Ateak irekita ere, esploratu ezik, ez zuten egunez ere sartu behar. Asaltora abiatuko al ziren, ikusteko aukera oro bazterturik zein zen alde laua, harresiek zer altuera zeukaten, ea hiriari makinaz eta jaurtigaiz ala eraikuntzaz eta oholatzaz eraso behar zitzaion? Jarraian, bakoitzarengana zuzenduz, galdekatzen zion ea aizkorarik eta aitzurrik eta hiriak asaltatzeko gainerako tresnarik eramanez. Eta, ezetz erantzutean, galdetu zuen: «Eskuren batek harresirik eraits al dezake ezpataz eta pikaz? Lubetarik jaso behar balitz, parapetoz eta oholesiz babestu behar balitz, bulgo alferreko, ezaxol egongo al gara zutik, dorreak eta inoren gotorgarriak miresten? Ez al da hobe, gau bakarreko atzerapenez, makinak eta asaltogaiak ekarri, indarra eta garaipena geurekin eramatea?». Aldi berean, urketari eta egurketariak zaldizkorik

*vim victoriamque nobiscum ferimus?’ simul lixas calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit, copias ceteraque usui adlaturos.*

*[21] Id vero aegre tolerante milite prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia vagos e Cremonensibus corripunt, quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta milia passuum emensum, comperta suorum clade in proelium accingi ac iam adfore. Is terror obstructas mentis consiliis ducis aperuit. Sistere tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit, dein septima Claudiana, agresti fossa (ita locus erat) praemunita; dextro octava per apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersepta. Hic aquilarum signorumque ordo: milites mixti per tenebras, ut fors tulerat; praetorianum vexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite circumdata; Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in acie versabantur.*

*[22] At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae et recipere cibo somnoque viribus confectum algore atque inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis impingitur. Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras adseverare non ausim, quamquam alii tradiderint quartam Macedonicam dextrum suorum cornu, quintam et quintam decimam cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum mediam aciem, sextadecimanos duoetvicensimanosque et primanos laevum cornu compleisse. Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant; eques auxiliaque sibi ipsi locum legere. Proelium tota nocte varium, anceps, atrox, his, rursus illis exitiabile. Nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant. Eadem utraque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnae signum, permixta vexilla, ut quisque globus capta ex hostibus huc vel illuc raptabat. Urgebatur maxi-*

berrienekin Bedriakora bidaltzen ditu, munizioak eta gainerako gaiak ekartzera.

**21.** Soldadua, hori guztia txit nekez jasanik, ia sediziora iritsia zela, aurrera eginiko zaldizko batzuek, harresien oinetan bertan, kremonar deslai batzuk atxilotzen dituzte, zeintzuen informazioz jakiten den sei legio viteliarrek eta Hostilian gelditua zen armada osoak egun hartan bertan hogeita hamar milia korritu zituztela eta, euretarren hondamenaren berri harturik, borrokarako prestatzen eta jada hur zirela. Izu hark gogo itsutuak buruzagiaren arrazoietara ireki zituen. XIII. legioari Postumia bideko galtzadan bertan kokatzeko agintzen dio, zeinarenkin bat eginik, ezkerrean, VII. Galbatarra ezarri zuen; atzean, VII. Klaudiarra, berezko lubakiak (lekua halakoxea zen) babesturik; VIII.a eskuinean, bidexka agerian; gero, III.a, zuhaiska trinkoz inguratua. Honakoa arrano eta banderen kokapena: soldaduak, ilunetan nahasturik, zoriak eman zien bezala; pretoriarren bandera, III.ekoen ondoan; tropa laguntzaileen kohorteak, hegaletan; alboak eta atzealdea, zaldizkoak inguratua; Sidon eta Italiako sueboek, herkide hautatuekin, lehen lerroan ziharduten.

**22.** Baina armada viteliarra, zeinaren estrategiak izan behar zuen Kremonan atsedean hartu eta, janez eta loz indarberriturik, biharamunean hotzak eta barauak agorturiko etsaia desagitea eta zanpatzea, ia arratsoko hirugarren orduan, buruzagi faltan, gidaritza gabe, jada prestaturik eta gertu dauden flaviarren aurka talkatzen da. Amorruek eta gerizek deseraturiko zutabearen kokaera zehatz deskribatzen ez nintzateke ausartuko, nahiz eta beste batzuek kontatu diguten IV. Mazedoniarrek beretarren eskuin hegala okupatu zuela; V. eta XV.ak, britaniar IX., II., eta XX. legioetako banderekin, erdialdea; XVI. eta XXII. eta I.ek, ezker hegala; Harrapari eta Italiarrekoak manipulu guztiekin nahastu ziren; zaldizkoek eta indar laguntzaileek eurek eurentzat aurkitu zuten tokia. Gudua gau osokoa izan zen, aldakor, dudazko, izugarri, behin hauentzat hondagarri, behin haientzat. Gogoak edo eskuak, edo begiek ere ez zuten aurreikuspenean ezer laguntzen. Arma berdinak armada batean eta bestean, borroka seinale jakina «nor bizi da?» etengabe; banderak nahastean, pelotoi bakoitzak, etsaiei kendurik, hara-hona zerabiltzan heinean. Batez ere, VII. legioa zebilen larri, Galbak berriki erreklutatua. Lehen mailako sei zenturioi hil ziren, zenbait bandera kendu zitzaien; arranoa bera kontserbatzea

*me septima legio, nuper a Galba conscripta. Occisi sex primorum ordinum centuriones, abrepta quaedam signa: ipsam aquilam Atilius Verus primi pili centurio multa cum hostium strage et ad extremum moriens servaverat.*

*[23] Sustinuit labentem aciem Antonius accitis praetorianis. Qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. Namque Vitelliani tormenta in aggerem viae contulerant ut tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo et arbutis sine hostium noxa inlisa. Magnitudine eximia quintae decimae legionis ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. Lateque cladem intulisset ni duo milites praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati, vincla ac libramenta tormentorum abscidissent. Statim confossi sunt eoque interciderere nomina: de facto haud ambigitur. Neutro inclinaverat fortuna donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies falleretque. Sed Flavianis aequior a tergo; hinc maiores equorum virorumque umbrae, et falso, ut in corpora, ictu tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes velut ex occulto iaculantibus incauti offerebantur.*

*[24] Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnis spe promissisque accendens, cur resumpsissent arma, Pannonicas legiones interrogabat: illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi recipere gloriam possent. Tum ad Moesicos conversus principes auctoresque belli ciebat: frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. Haec, ut quosque accesserat; plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. Mox infensus praetorianis ‘vos’ inquit, ‘nisi vincitis, pagani, quis alius imperator, quae castra alia excipient? illic signa armaque vestra sunt, et mors victis; nam ignominiam consumpsistis.’ undique clamor, et orientem solem (ita in Syria mos est) tertiani salutavere.*

*[25] Vagus inde an consilio ducis subditus rumor, advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse. Gradum inferunt*

ere Atilio Verok, zenturioi primipilarrak, etsaien triskantza handiz eta, azkenik, hilez lortu zuen.

*[48] Advertit ea res Vespasiani animum ut vexillarios e legionibus ducemque Viridium Geminum spectatae militiae deligeret. Ille incompositum et praedae cupidine vagum hostem adortus coegit in navis; effectisque raptim Liburnicis adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat. Ac primo rex minis armisque supplicem tueri: postquam merces prodicionis aut bellum ostendebatur, fluxa, ut est barbaris, fide pactus Aniceti exitium perfugas tradidit, belloque servili finis impositus. Laetum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis proelii nuntius in Aegypto adsequitur. Eo properantius Alexandriam pergit, ut fractos Vitellii exercitus urbemque externae opis indigam fame urgeret. Namque et Africam, eodem latere sitam, terra marique invadere parabat, clausis annonae subsidiis inopiam ac discordiam hosti factururus.*

*[49] Dum hac totius orbis nutatione fortuna imperii transit, Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat, satis factum bello ratus et cetera ex facili, seu felicitas in tali ingenio avaritiam superbiam ceteraque occulta mala patefecit. Ut captam Italiam persultare, ut suas legiones colere; omnibus dictis factisque viam sibi ad potentiam struere. Utque licentia militem imbueret interfectorum centurionum ordines legionibus offerebat. Eo suffragio turbidissimus quisque delecti; nec miles in arbitrio ducum, sed duces militari violentia trahebantur. Quae seditiosa et corrumpendae disciplinae mox in praedam vertebat, nihil adventantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat quam Vespasianum sprevisse.*

*[50] Ceterum propinqua hieme et umentibus Pado campis expeditum agmen incedere. Signa aquilaeque victricium legionum, milites vulneribus aut aetate graves, plerique*

Hala, olatu artean biratzen dira, bi muturretan branka berdinez eta arraun mugikorrezt, batetik zein bestetik porturatzea berdintsua eta arriskugabea dela.

**48.** Gertaera horrek Vespasioanoren gogoa legioen artean soldadu hautak aukeratzera eramán zuen, eta buruzagitzat Virdio Gemino, milizian zerbitzu nabariduna. Honek, etsai antolagabe eta harrapakigosezt desláiari erasoz, untzietaraino atzerarazi zuen eta, liburnika batzuk azkar eginik, Kobo ibaiaren bokalean harrapatzen du Anizeto, segur sedokezoeñ erregearen laguntzapean, zeina diruz eta opariz aliantzara bultzatu baitzuen. Eta lehenengotan erregeak erregutzailea mehatxuz eta armaz defendatzen zuen. Gero traizioaren saria edo gerra pentsatu zuenean, leialtasuna, barbaroekin gertatu ohi denez, ezabaturik, Anizetoren heriotza itundu ondoren, errefuxiatuak entregatu zituen eta esklaboeñ gerrari azkena eman zitzaion. Garaipen horrekin hain pozik, Vespasianori, dena desioetatik ere gora, Kremónako batailaren berria datorkio Egipton. Horregatik Alexandriara azkarrago jotzen du, Vitelioren armada hautsiak eta Hiria, kanpo laguntzaren beharrean, gosezt estutzeko; zeren itsasertz berean zegoen Afrika ere itsasoz eta lehorrez inbaditzekotan baitzen, gariaren hornidura mozturik, etsaiarengan gabezia eta diskordia sortzeko.

**49.** Lurbira osoaren astinaldi horrekin, inperioaren zoria eskuz aldatzen den bitartean, Primo Antonio ez zebilen inolá ere, Kremónakoaren ondoren, zindotasun berdinez, gerragatik nahikoa egin zuela eta gainerakoa erraza izango zela pentsaturik; edo arrakastak, halako izaera batengan, diru-gosea, harrokeria eta gainerako bizio ezkutuak azaleratu zituen. Italia harrapatua bailitzan korritzen zuen, legioak bereak bailiran tratatzen zituen; hitz eta egite oroz, aginteranzko bidea beretzat egiten ziharduen. Eta soldaduengan zernahikeria sartu zuenean, zenturioi hilen graduak eskaintzen zizkien legioei. Diziplina hausteko bere bizikoa zen sedizio giro hori berehala harrapaki bihurtzen zuen, hurbiltzen ari zen Muzianoren bat ere beldur gabe, hori Vespasiano arbuíatu izana baino hondagarriago zelarik.

**50.** Dena dela, eguraldi txarra hur eta zelaia Padok ureztatuta egonik, zutabea ekipaje gabe abiatu zen. Legio garaileen banderak eta arranoak, zauriek edo adinak ezinduriko soldaduak, baita zaurigabe asko ere, Veronan gelditu ziren. Infanteria, zaldieria laguntzailea eta legioetako jende hautatua nahikoa zirela zirudien gerra jada amaitu

*etiam integri Veronae relictis: sufficere cohortes alaeque et e legionibus lecti profligato iam bello videbantur. Undecima legio sese adiunxerat, initio cunctata, sed prosperis rebus anxia quod defuisset; sex milia Dalmatarum, recens dilectus, comitabantur; ducebat Pompeius Silvanus consularis: vis consiliorum penes Annium Bassum legionis legatum. Is Silvanum socordem bello et dies rerum verbis terentem specie obsequii regebat ad omniaque quae agenda forent quieta cum industria aderat. Ad has copias e classicis Ravennatibus, legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti: classem Dalmatae supplere. Exercitus ducesque ad Fanum Fortunae iter sistunt, de summa rerum cunctantes, quod motas ex urbe praetorias cohortis audierant et teneri praesidiis Appenninum rebantur; et ipsos in regione bello attrita inopia et seditiosae militum voces terrebant, clavarium (donativi nomen est) flagitantium. Nec pecuniam aut frumentum providerant, et festinatio atque aviditas praepe-  
diebant, dum quae accipi poterant rapiuntur.*

*[51] Celeberrimos auctores habeo tantam victoribus adversus fas nefasque irreverentiam fuisse ut gregarius eques occisum a se proxima acie fratrem professus praemium a ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam caedem ius hominum aut ulcisci ratio belli permittebat. Distulerant tamquam maiora meritum quam quae statim exolverentur; nec quidquam ultra traditur. Ceterum et prioribus civium bellis par scelus inciderat. Nam proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit, ut Sisenna memorat: tanto acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis paenitentia fuit. Sed haec aliaque ex vetere memoria petita, quotiens res locusque exempla recti aut solacia mali poscet, haud absurde memorabimus.*

*[52] Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Vmbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur: acciri aquilas signaque et quidquid Veronae militum foret, Padumque et mare commeatibus compleri.*

baterako. XI. legioa erantsi zen, lehenengotan ezbaiti, baina onaldien kezka, bertan egon ez zelako. Sei mila dalmaziarrek, azken deialdikoek, laguntzen zieten. Ponpeio Silvano kontsularra zuten buru; erabaki ahalmena, Annio Baso legioko legatuaren esku. Honek, menpeko itxuran, gerrarako ezgai eta ekiteko orduak hizketan xahutzen zituen Silvano gidatzen zuen eta, egin beharreko guztian, jarduera patxadatsuz laguntzen zion. Tropa horiei Ravenako flotako onenak, milizia legionarioa eskatzen zutenak, bildu zitzaizkien. Armadak eta buruzagiek ibilaldia Fortunaren Tenpluan gelditzen dute, egoera orokorrari buruz zalantzan, zeren entzuna zuten pretoriar kohorteak Hiritik translatuak izan zirela, eta pentsatzen zuten Apenino destakamenduek harturik zegoela; eta eurak ere gabeziaren beldur ziren, gerrak eta soldadu sediziozaleek, ‘klabario’ eske (hobari baten izena da) zebiltzanek, txikituriko lurraldean. Eta ez ziren diruz eta gariz hornitu, eta presak eta galeak traba egiten zien, har zitekeena bortxaz harraipatzen denean.

**51.** Oso autore ospetsuak dauzkat diotenak garaileengan zilegi eta ez zilegirako hain errespetu falta handia egon zela, ezen zaldieriako soldadu batek saria eskatu zuela, anaia azken guduan berak hil ei zuelako. Eta haiei ez gizonen zuzenbideak baimentzen zien halako heriotza saritzerik, ez gerra arrazoiak, zigortzerik. Atzeratu egin zuten, berbertan ordaintzen zirenak baino sari handiagoak merezi izan balitu bezala. Eta hortik aurrerakorik ez zaigu transmititu. Baina hiritar arteko lehenagoko gerretan ere gertatua zen antzeko bat. Izan ere, Janikulo mendiko Zinnaren aurkako guduan, ponpeiar soldadu batek anaia hil zuen; gero, hobena jakin zenean, bere burua hil zuen, Sisenak kontatzen duenez. Hainbestearaino izan zen gure arbasoengan zorrotzago hala bertuteen aintza nola lotsaizunen damua. Baina gomuta zaharretik harturiko gertakari hauek, gaiak eta lekuak zuzentasunaren adibideak edo gaizkiaren kontsolamenduak behar dituen guztian, zentzuz aipatuko ditugu.

**52.** Antoniori eta alderdiburuei egoki iruditu zitzaien aurretik zaldizkoak bidali eta Unbria osoa esploratzea, Apeninoko zenbait gailur aisago iristekoa izan ote zitezkeen; arranoak eta banderak eta Veronan zeuden soldaduak etorraztea eta Pado eta itsasoa konboiz betetzea. Baziren atzerapenak hariltzen zituzten buruzagiak, zeren Antonio aurreragi zihoan eta Muzianorengandik abantaila hobeak itxaroten ziren. Izan

*Erant inter duces qui necterent moras: quippe nimius iam Antonius, et certiora ex Muciano sperabantur. Namque Mucianus tam celeri victoria anxius et, ni praesens urbe potiretur, expertem se belli gloriaeque ratus, ad Primum et Varum media scriptitabat, instandum coeptis aut rursus cunctandi utilitates disserens atque ita compositus ut ex eventu rerum adversa abnueret vel prospera agnosceret. Plotium Grypum, nuper a Vespasiano in senatorium ordinem adscitum ac legioni praepositum, ceterosque sibi fidos apertius monuit, hique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre et Muciano volentia rescripsere. Quibus epistulis Vespasiano missis effecerat ut non pro spe Antonii consilia factaque eius aestimarentur.*

*[53] Aegre id pati Antonius et culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus eviluissent pericula sua; nec sermonibus temperabat, immodicus lingua et obsequii insolens. Litteras ad Vespasianum composuit iactantius quam ad principem, nec sine occulta in Mucianum insectatione: se Pannonicas legiones in arma egisse; suis stimulis excitos Moesiae duces, sua constantia perruptas Alpis, occupatam Italiam, intersepata Germanorum Raetorumque auxilia. Quod discordis dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi per diem noctemque fudisset, id pulcherrimum et sui operis. Casum Cremonae bello imputandum: maiore damno, plurium urbium excidiis veteres civium discordias rei publicae stetisse. Non se nuntiis neque epistulis, sed manu et armis imperatori suo militare; neque officere gloriae eorum qui Daciam interim composuerint: illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse; suis exhortationibus Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. Sed cecidisse in inritum labores si praemia periculorum soli adsequantur qui periculis non adfuerint. Nec fefellere ea Mucianum; inde graves simultates, quas Antonius simplicius, Mucianus callide eoque implacabilius nutrieat.*

*[54] At Vitellius fractis apud Cremonam rebus nuntios cladis occultans stulta dissimulatione remedia potius malorum*



ere, Muzianok, hain garaipen azkarragatik kezka eta pentsaturik ezen, Hiriaz pertsonalki jabetzen ez bazen, gerratik eta aintzatik at geldituko zela, Primori eta Varori gauzak erdizka idazten zizkien, hasiari ekin beharra edo lasaitu beharra zegoela azalduz, eta hainbeste kalkulatu, ezen, gertaerak nola zihoazen, zer kontrakoei uko egin eta aldekoiei helduko baitzien. Plozio Gripo, Vespasianok berriki senatari mailara jaso eta legio baten buru jarria, eta beste beraganako leialak argiago aholkatu zituen, eta horiek denek Primoren eta Varoren presari buruz kontra erantzun zuten idatziz, eta Muzianori buruz atseginki. Vespasianori bidalitako gutun horiekin, Antonioren asmoak eta egintzak haren itxaropenen neurrian ez baloratuak izatea lortu zuen.

**53.** Antoniok nekez jasaten zuen hori eta Muzianori botatzen zion, haren salaketekin, bere arriskuek balio guztia galdu izanaren errua; eta ez zen berriketan atzera gelditzen, mihiz luzeegi eta obedientziara ohitu gabe. Vaspasianori gutuna idatzi zion, printze batenganantz egoki zen baino harrokeria handiagoz eta ez Muzianorenganako jaukimendu ezkutu gabe: berak eraman ei zituen panoniar legioak armetara, berak xaxaturik altxatu ei ziren Mesiako buruzagiak, bere ekindari esker Alpeak indarrez bestalderatu, Italia okupatu, germaniar eta reziar errefortzuak moztu. Vitelioren legio diskordeak eta deslailak zaldieriaren talka batez, ia oinezkoen indarrak egunez ez gaez erabili gabe, desegin izana ekintza txit ederra eta bere-berea izan ei zen. Kremonako hondamena gerrari esleitu behar zitzaiola. Kalte handiagoz, hiri gehiagoren suntsipenez erabaki zirela errepublikarentzat hiritar arteko gerrak. Bera ez ei zen enperadorearentzako milizian ari mezuz eta gutunez, eskuz eta armaz baizik, eta ez ei zegoen Dazia ordenan ipini zutenen aintzaren aurka; haiei Mesiako bakea, berari Italiaren salbamena eta segurtasuna funtsezko izan zitzairen. Galiak eta Hispaniak, lurbirako alderik indartsuena, bere exhortazioei esker itzuli ei ziren Vespasianorengantz. Baina bere ahaleginak ezerezean geldituko zirakeela, arriskuengatik sariak arriskueta parte hartu gabeek bakarrik lortzen bazituzten. Eta Muzianori horrelakoak ez zitzaizkion oharkabea joan. Hortik aurrera, lehia larriak izan ziren, Antoniok ageriago, Muzianok gordekiago eta, horregatik, gogorkiago, elikatzen zituztenak.

**54.** Viteliok, berriz, bere egoera Kremonan apurturik, hondamenaren berriak disimulu ergelez ezkutatu, gaitzen onbideak gehiago atzera-

*quam mala differebat. Quippe confitenti consultantique supererant spes viresque: cum e contrario laeta omnia fingeret, falsis ingravescebat. Mirum apud ipsum de bello silentium; prohibiti per civitatem sermones, eoque plures ac, si liceret, vere narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec duces hostium augendae famae deerant, captos Vitellii exploratores circumductosque, ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo; quos omnis Vitellius secreto percontatus interfici iussit. Notabili constantia centurio Iulius Agrestis post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit ut ad viris hostium spectandas quaeque apud Cremonam acta forent ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium temptavit, sed mandata imperatoris suumque animum professus, ut cuncta viseret postulat. Missi qui locum proelii, Cremonae vestigia, captas legiones ostenderent. Agrestis ad Vitellium remeavit abnuentique vera esse quae adferret, atque ultro corruptum arguenti ‘quando quidem’ inquit ‘magno documento opus est, nec alius iam tibi aut vitae aut mortis meae usus, dabo cui credas.’ atque ita digressus voluntaria morte dicta firmavit. Quidam iussu Vitellii interfectum, de fide constantiaque eadem tradidere.*

*[55] Vitellius ut e somno excitus Iulium Priscum et Alfenum Varum cum quattuordecim praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Appenninum iubet; secuta e classicis legio. Tot milia armatorum, lecta equis virisque, si dux alius foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceterae cohortes ad tuendam urbem L. Vitellio fratri datae: ipse nihil e solito luxu remittens et diffidentia properus festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat; foedera sociis, Latium externis dilargiri; his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare; denique nulla in posterum cura lacerare imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum hiabat, stultissimus quisque pecuniis mercabatur, apud sapientis cassa habebantur quae neque dari neque accipi salva re publica poterant. Tandem flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, magno senatorum agmine, quorum multos ambitione,*

tzen zituen gaitzak eurak baino. Geratzen zitzaion, noski, itxaropenik eta indarrrik, porrota aitortu eta aholkua eskatuz gero. Baina dena ondo zihoan planta egiten zuenez, gezurrean okerragotu egiten zen. Haren inguruan harrigarria zen gerrari buruzko isiltasuna. Hirian autu horiek debekatuak eta, beraz, ugariagoak ziren, eta, egia kontatzeko prest zeudenek, debeketzen zitzaien moduan zilegi izan balute, izugarriagoak zabalduko zituzketen. Eta zurrumurruek handitzeko, etsaien buruzagiak ere ez ziren falta: Vitelioren esploratzaileak bihurtzen zituzten, atzitu eta hara-hona erabili ondoren, armada garailearen sendotasuna ikus zezaten. Viteliok halako guztiak hiltzeko agindu zuen, ezkutuan informazioa jaso ondoren. Julio Agrestek, tinkotasun gogoangarriko zenturioiak, Vitelio ekintza kementsura kinatzen alferrik saiatu zen solas askoren ondoren, bera bidal zezaten bultzatu zuen, etsaien indarrak eta Kremonan zer gertatu zen aztertzeraz. Eta Antonio isil-esplorazioz engainatzen saiatu beharrean, enperadorearen aginduak eta bere asmoak agertu ondoren, dena ikuskatzea eskatzen du. Gudu zelaia, Kremonako hondakinak, legio harrapatuak erakutsiko zizkietenak bidali zituzten. Agreste Viteliorengana itzuli zen eta, zekarrena ez zela egia eta, gainera, erosia izan zela salatu baitzuten, esan zuen: «Benetan froga handia behar denez eta zuretzat nire bizia-  
ren edo heriotzaren beste probetxurik ez dagoenez, sinesteko modukoa emango dizut». Eta hala joanik, esanak nahitako heriotzaz berretsi zituen. Batzuek Vitelioren aginduz hil zutela diote; haren leialtasun eta tinkotasunaz ere bat datoz.

**55.** Viteliok, lotatik erauzirik bezala, Julio Priskok eta Alfeno Varok, hamalau pretoriar kohorterekin eta zaldizkoen hegal guztiekin, Apeninoa okupa dezaten agintzen du. Marinako soldaduen legio batek jarraitu zien. Hainbeste mila gizon armatuk, zaldiz eta gizonez hautak, beste buruzagi bat izanez gero, bazuten erasora jotzeko ere aski indar. Gainerako kohorteak bere anaia Luzio Vitelioren esku utzi zituzten, Hiria defendatzeko. Berak, berriz, ohiko gehiegikeriak batere bigundu gabe eta konfiantzarik ezagatik urduri, komizioak azkartzen zituen, non kontsulak urte askotarako izendatzen zituen, aliatuei itunak, arrotzei eskubide latinoa oparoki ematen, batzuei zergak barkatzen, beste batzuk salbuespenez faboratzen, hitz batean, ardurarik bat ere ez, inperioa etorkizunerako desegingo ote zen. Baina bulgoa ahoa zabalik gelditzen zen mesedeen handiagatik; ergelenak diruz erosten zituzten;

*pluris formidine trahebat, in castra venit, incertus animi et infidis consiliis obnoxius.*

[56] *Contionanti—prodigiosum dictu—tantum foedarum volucrum supervolitat ut nube atra diem obtenderent. Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus disiecto sacrificii apparatu, longe, nec ut feriri hostias mos est, confossus. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiae, improvidus consilii, quis ordo agminis, quae cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus, alios rogitans et ad omnis nuntios vultu quoque et incessu trepidus, dein temulentus. Postremo taedio castrorum et audita defectione Misenensis classis Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. Nam cum transgredi Appenninum integro exercitus sui robore et fessos hieme atque inopia hostis adgredi in aperto foret, dum dispergit viris, acerrimum militem et usque in extrema obstinatum trucidandum capiendumque tradidit, peritissimis centurionum dissentientibus et, si consulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis principis auribus ut aspera quae utilia, nec quidquam nisi iucundum et laesurum acciperet.*

[57] *Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis pretium proditoris ostentans. Praeerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans neque strenuus in perfidia; et Apinius Tiro praetura functus ac tum forte Minturnis agens ducem se defectoribus obtulit. A quibus municipia coloniaeque impulsae, praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. Vitellius Claudium Iulianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis delegit; data in auxilium urbana cohors et gladiatores, quibus Iulianus praeerat. Ut conlata utrimque castra, haud magna cunctatione Iuliano in partis Vespasiani transgresso, Tarra-*

zuhurren artean, alferrekotzat jotzen zen, Errepublika salbo zela ematekoa edo hartzekoa ez bazen. Azkenik, Mevanian alto egina zen armadak sakaturik, senatarien segizio handiz, zeintzuk asko lausenguran, gehiago beldurrez arrastatzen baitzituen, kanpamendura iritsi zen, gogoaz ezbaiti eta aholku ezleialen menpeko.

**56.** Harengatzen ziharduela (esateko ere miragarri), hain hegazti aldra handia hegatu zen gainean, ezen eguna hodei beltzez estaltzen baitzuten. Augurio beldurgarria gehitu zen: aldareetatik ihes eginiko zezen bat, sakrifizio-tramankulua apurturik, urrun, ez biktimak hil ohi diren bezala, akabatu behar izan zuten. Baina mirari nagusia Vitelio bera zen, milizian ezjakin, erabakietan sen gabe, beti besteei galdezka zein zen martxaren ordena, zein esplorazio zerbitzua, zenbateraino gerra azkartu ala geldotu, eta hainbeste albisteren aurrean, aurpegikera eta pausakeran ere dardarati, ondoren mozkor. Azkenean, kanpamenduaz asperturik eta Misenako flotaren desertzioa entzunik, Erromara itzuli zen, kolpe berri bakoitzaren beldur, behin betiko arriskuaren ezaxol. Izan ere, armada osoaren sendotasunez Apeninoa zeharkatzea eta eguraldi txarrak eta goseak ahituriko etsaiei erasotzea bere esku egonik, indarrak sakabanatzen dituen bitartean, soldadu txit kementsu eta azkeneraino gertu bat heriotzara edo presondegira entregatu zuen, zenturioirik trebeenak eta, galdetuz gero, egia esateko prest zeudenak aurka zirela. Horrelakoak Vitelioren lagun minek urrundu zituzten, printzearen belarriak halako eran gozaturik, non zer baliozkoa lazki entzuten eta atsegina eta kaltegarria besterik ez baitzuen onartzen.

**57.** Baina Misenako flota (liskar zibiletan hainbeste baitezake banakakoen ausardiak ere) Klaudio Faventino zenturioiak, Galbak lotsaizunez lizentziatuak, desertziora arrastatu zuen, traizioaren saria Vespasianoren gutun faltsu batekin erakutsiz. Flotaren buru Klaudio Apolinar zegoen, ez leialtasunean iraunkor, ez gaiztoan kementsu; eta Apinio Tiron, pretoretzan jardun zuena eta orduan Minturnan kasualki zegoena, matxinatuen buruzagi eskaini zen. Horiek udalerrriak eta koloniak bultzatu zituzten, Vespasianoren aldeko nagusiak puteoliarrrak zirela; Kapua, berriz, Vitelioren leial izanik, udalerrri arteko lehia gerra zibilekin nahasten zuten. Viteliok Klaudio Juliano izendatu zuen (honek aginte bigunez gobernatu zuen Misenako flota), soldaduen gogoak lasaitzeko. Euskarritzat, hiritar kohorte bat eta Juliano buru zuten gladiadoreak eman zizkioten. Bi kanpamenduak aurrez aurre

*cinam occupavere, moenibus situque magis quam ipsorum ingenio tutam.*

[58] *Quae ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniae cum praefectis praetorii relicta L. Vitellium fratrem cum sex cohortibus et quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello opposuit. Ipse aeger animi studiis militum et clamoribus populi arma poscentis refovebatur, dum vulgus ignavum et nihil ultra verba ausurum falsa specie exercitum et legiones appellat. Hortantibus libertis (nam amicorum eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari tribus iubet, dantis nomina sacramento adigit. Superfluente multitudine curam dilectus in consules partitur; servorum numerum et pondus argenti senatoribus indicit. Equites Romani obtulere operam pecuniasque, etiam libertinis idem munus ultro flagitantibus. Ea simulatio officii a metu profecta verterat in favorem; ac plerique haud proinde Vitellium quam casum locumque principatus miserabantur. Nec deerat ipse vultu voce lacrimis misericordiam elicere, largus promissis, et quae natura trepidantium est, immodicus. Quin et Caesarem se dici voluit, aspernatus antea, sed tunc superstitione nominis, et quia in metu consilia prudentium et vulgi rumor iuxta audiuntur. Ceterum ut omnia inconsulti impetus coepta initiis valida spatio languescunt, dilabi paulatim senatores equitesque, primo cunctanter et ubi ipse non aderat, mox contemptim et sine discrimine donec Vitellius pudore inriti conatus quae non dabantur remisit.*

[59] *Vt terrorem Italiae possessa Mevania ac velut renatum ex integro bellum intulerat, ita haud dubium erga Flavianas partis studium tam pavidus Vitellii discessus addidit. Erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio, ad cuncta belli munia acres erant. Sed foeda hieme per transitum Appennini conflictatus exercitus, et vix quieto agmine nives eluctantibus patuit quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retro fortuna vertisset, quae Flavianis ducibus non minus saepe quam ratio adfuit. Obvium illic Petilium Cerialem habuere,*

jarri zirenean, Juliano zalantza handi gabe Vespasianoren aldera pasaturik, Tarrazina okupatu zuten, harresiek eta kokapenak biztanleen gaitasunak baino defendatuago zena.

**58.** Viteliok, hori jakindakoan, tropen zati bat pretorioko prefektuekin Narnian utzirik, Kanpaniaren gainera zetorren gerrari bere anaia Luzio Vitelio jarki zion, sei kohorte eta bostehun zaldizkogaz. Bera, gogoz gaixo, soldaduen berotasun eta arma eske zegoen herriaren oihuekin kontsolatzen zen, bulgo koldar eta hitzetara baino ausartuko ez denari, itxura engainagarritz, armada eta legioak deituz. Libertoen aholkuz, (bere lagunak gurenago eta ez fidagarriago baitziren), tribuak biltzeko agintzen du, izen-emaileak zinpean lotzen. Jendea sobratzean, erreklutatze lana kontsulen artean banatzen da. Senadorei honenbeste esklabo eta hainbeste diru seinalatzen die. Erromatar zaldunek euren burua eta dirua jarri zuten, libertoek ere eskaintza boluntario berdina behin eta berriro eskatzen zutela. Prestasun-planta hori, beldurretik harakoa, berotasun bilakatu zen. Eta gehienak ez Vitelioren, baizik printzegoaren erorreraz eta egoeraz errukitzen ziren. Eta berak ere ez zion, aurpegikeraz, ahotsez, malkoz, errukia erakartzeari uzten, agintzetan luze eta, beldurtien izaera denez, neurrigabe. Areago, Zesar deitua izatea nahi izan zuen, lehenago arbuia-tu ondoren, baina oraingoan, tituluaren supersztizioz eta, beldurrean, zuhurren kontseiluak eta bulgoaren esamesak batera entzuten direlako. Baina pentsatu gabeko bulkadatik harako asmo guztiak, hasieran indartsuak, denborarekin moteltzen direnez, senatariak eta zaldunak uzten-uzten zihoazen, lehenengotan ezbaikor eta bera aurrean ez zegoenean, gero arbuioz eta begiramendu gabe, Viteliok, alferreko saiakeraren lotsaz, ematen ez ziotena barkatu arte.

**59.** Mevaniaren okupazioak eta hasieratik bersortua bezalako gerrak Italian izua zabaltu zutenean, hala ere, Vitelioren erretira beldurtiak flaviar alderdiarenganako begi on ez dudazkoa ekarri zuen. Samnitak eta pelignoak eta marsoak, Kanpaniak aurrea hartu zielako, areriotasunez tentetuak, gerrako eginbehar guztiekin zorutzen zeuden, obedientzia berrian gertatu ohi denez. Baina Apeninoaren iragaitzan, armadari ekaitz ikaragarriak eraso zion, eta elurretan, formaziorik aldatzeke, bidea ekinaren ekinez irekitzen zutenentzat, argi gelditu zen zer arrisku handiri aurre egin beharko zioten, zoriak, flaviar buruzagiei estrategiak baino ez gutxiagotan lagundu zienak, Viteliori atze-

*agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsum. Propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae, eoque inter duces adsumptus est. Flavio quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium multi tradidere; et missi ab Antonio nuntii per varias fallendi artis penetrabant, locum ac praesidium monstrantes. Sabinus inhabilem labori et audaciae valetudinem causabatur: Domitiano aderat animus, sed custodes a Vitellio additi, quamquam se socios fugae promitterent, tamquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.*

*[60] Duces partium ut Carsulas venire, paucos ad requiem dies sumunt, donec aquilae signaque legionum adsequerentur. Et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum adgestu, florentissimis pone tergum municipiis; simul conloquia cum Vitellianis decem milium spatio distantibus et proditio sperabatur. Aegre id pati miles et victoriam malle quam pacem; ne suas quidem legiones opperiebantur, ut praedae quam periculorum socias. Vocatos ad contionem Antonius docuit esse adhuc Vitellio viris, ambiguas, si deliberarent, acris, si desperassent. Initia bellorum civilium fortunae permittenda: victoriam consiliis et ratione perfici. Iam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniae oram descivisse, nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat. Satis gloriae proelio Cremonensi partum et exitio Cremonae nimium invidiae: ne concupiscerent Romam capere potius quam servare. Maiora illis praemia et multo maximum decus, si incolumitatem senatui populoque Romano sine sanguine quaesissent. His ac talibus mitigati animi.*

*[61] Nec multo post legiones venire. Et terrore famaue aucti exercitus Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias turmasque tradere, donum victori et sibi in posterum gratiam, certabant. Per eos cognitum est Interamnam proximis campis praesidio quadringentorum equitum teneri. Missus extemplo*



ra eragin ez balio. Han Petilio Zerialekin topo egin zuten, zeinak Vitelioren postuak saihestu zituen baserritar moztarroari eta inguruaren ezagutzari esker. Zerial Vespasianoren ahaide hurbila zen, eta bera ere ez miliziaren aintza gabea, eta horregatik buruzagien artean sartua izan zen. Askok dio Flavio Sabino eta Domizianori ere ihesbidea ireki zitzauela, eta Antoniok bidalitako mezulari batzuk kamuflaje-arte ezberdinez sartzen zirela, bidea eta babesa erakutsiz. Sabinok ahalegin eta ekintza arriskurako gai ez zen osasuna jartzen zuen aitzakia; Domizianok bazuen gogoia, baina Viteliok ipinitako begiraleen beldur ziren, nahiz eta hauek iheskide izango zirela agindu, segada jartzen ari zirelakoan. Eta Viteliok berak ere Domizianoren aurka ez zuen ezer izugarririk prestatzen euren arteko ahaidetasunagatik.

**60.** Alderdiko buruak Karsulara heldu zirenean, atsedean egun batzuk hartzen dituzte, legioen arrano eta banderek harrapatu arte. Kanpamenduaren kokagunea bera ere laket zuten, urruneraino bistan, janariaren hornidura segur, atzean oso hiri oparoak zirela. Gainera, hamar miliako distantziara zeuden viteliarrekin elkarrizketa eta traizioa itxaroten ziren. Soldaduak nekez onartzen zuen hori eta garaipena bakea baino nahiago zuen. Euren legioei ere ez zieten itxaroten, arriskuan barik harrapakian laguntzat jorik. Antoniok ikusarazi zien, batzarrera deiturik, Viteliorentzat oraindik bazirela indarrak, ezbaiti, deliberatzen bazuten, beldurgarri, itxaropena galtzen bazuten. Gerra zibilen hasierak zortearen esku zeudela, garaipena taktikaz eta trebetasunez burutzen zela. Eta Misenako flotak eta Kanpaniako ingururik ederrenak desertatu zutela, eta lurbira osotik Viteliori ez zitzaiola gelditzen Tarrazina eta Narniaren artekoa baizik. Kremonako guduarekin nahikoa aintza lortu zela, eta Kremonaren suntsipenarekin, nahikoa begigo. Ez zezatela Erromaz jabetzea kontserbatzea baino nahiago izan. Eurentzat sari handiagoak eta askoz ere ohore handiagoa izango zirela, senatuaren eta erromatar herriaren osotasuna odol gabe bilatzen bazuten. Horrelako eta antzekoekin biguntzen ziren gogoak.

**61.** Eta ez askoz geroago legioak iritsi ziren. Eta armada handituaren beldurrez eta entzutez, viteliar kohorteak kilikolo zeuden, inork ere ez gerrara, askok desertziora sakatzen zuela, zenturiak eta eskudroiak, garailearentzat opari eta eurentzat geroan meritu, entregatzen lehiaitzen zirenen artean. Horien bitartez jakin zuten Interamna, haragoko lautadetan, laurehun zaldizkoko guarnizioak okupatzen zuela. Tropa

*Varus cum expedita manu paucos repugnantium interfecit; plures abiectis armis veniam petivere. Quidam in castra refugii cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiasque hostium, quo amissi praesidii dedecus lenirent. Nec ulla apud Vitellianos flagitii poena, et praemiis defectorum versa fides ac reliquum perfidiae certamen. Crebra transfugia tribunorum centurionumque; nam gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priscus et Alfenus desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditoris cunctos exolverent.*

[62] *Isdem diebus Fabius Valens Urbini in custodia interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum ne quam ultra spem foverent; nam pervasisse in Germanias Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant: visa caede in desperationem versi. Et Flavianus exercitus immane quantum <aucto> animo exitium Valentis ut finem belli accepit. Natus erat Valens Anagninae equestri familia. Procax moribus neque absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciviam petere. Ludicro Iuvenalium sub Nerone velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe. Legatus legionis et fovit Verginium et infamavit; Fonteium Capitonem corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit: Galbae proditor, Vitellio fidus et aliorum perfidia inlustratus.*

[63] *Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partis, id quoque non sine decore, sed sub signis vexillisque in subiectos Narniae campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad proelium intentus armatusque, densis circa viam ordinibus adstiterat. Accepti in medium Vitelliani, et circumdatos Primus Antonius clementer adloquitur: pars Narniae, pars Interamnae subsistere iussi. Relictae simul e victricibus legiones, neque quiescentibus graves et adversus contumaciam validae. Non omisere per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. In eundem modum et Mucianus composuit epistulas; quibus plerumque fidere Vitellius ac de numero servo-*

arin batekin berbertan bidalia izan zen Varok jarki zitzaizkion banaka batzuk hil zituen; besteez, armei jareginik, barkamena eskatu zuten. Kanpamenduan babestera iritsi ziren batzuek dena beldurrez betetzen zuten, euren esateekin etsaien kemena eta indarra areagotuz, horrela posizioa galtzearen lotsa leunduko zutela. Eta viteliarren artean lotsaizunaren zigorrik bat ere ez, eta leialtasuna sariekin azpikoz goratua, eta gainerakoa, doilorkeriaren dema. Tribunoen eta zenturioien desertzioak ugari; soldadu soila, oster, Vitelioren alde zorroztu zen, harik eta Priskok eta Alfenok, kanpamenduak utzi eta Vitelioren aurrera itzuli zirenek, denak traizioaren itsuskeriatik libratu zituzten arte.

**62.** Egun haietan beretan, Fabio Valente espetxean hiltzen dute, Urbinon. Haren burua viteliar kohorteei erakutsi zieten, aurrerantzean inolako itxaropenik izan ez zezaten. Izan ere, Valentek Germanietaraino bidea ireki zuela eta han armada beteranoak eta berriak mugiarazten zituela uste izan zen. Haren heriotza ikustean, etsiak jo zituen, eta flaviar armadak, adorea izugarri handiturik, Valenteren heriotza gerraren amaitzat hartu zuen. Valente Anagnin jaioa zen, zaldun familian. Ohituretan gordin eta talentuz ez taxugaitz, fintasun fama laxokeria bidez bilatzen zuen. Jubenal jaietan, mimoak derrigorrean bezala antzeztu zituen, gero nahita, lotsa baino antze handiagoz. Legioko legatu, Verginio babestu eta infamatu zuen. Fonteio Kapiton, usteldua edo usteldu ezin izan zuena, hil egin zuen; Galbaren traidore, Vitelioren leial eta inoren traizioz gailendua.

**63.** Itxaropena alde guztietatik mozturik, viteliar soldadua beste bandora pasatzera zihoan, hori ere ez txukuntasun gabe, Narniaren oinetan zeuden zelaietara banderekin eta ikurrekin jaitsiz baizik. Flaviar armada, gerrarako bezala adi eta armaturik, galtzada alboetan formazio itxian kokatu zen. Viteliarrak erdian hartu zituzten eta, inguraturik gelditu zirenean, Primo Antoniok onbera hitz egiten die. Zati bati Narnian, besteari Interamnan gelditzeko agindu zitzaion. Garaileetariko legioak elkarrekin utzi zituzten, bakean zirautenak ez iraintzeko moduan eta matxinada kasuan indartsuak izateko moduan. Egun haietan, Primok eta Varok ez zuten gutunugariz Viteliori segurantz, dirua eta Kanpanian toki ezkuak eskaintzea alboratu, baldin, armak utzirik, bere burua eta seme-alabak Vespasianoren esku uzten bazituen. Muzianok ere era bereko mezuak idatzi zituen. Vitelio fidatzen zen gehienbat horietan, eta esklaboen kopuruaz, itsasertzeko lekuen hau-

*rum, electione litorum loqui. Tanta torpedo invaserat animum ut, si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur.*

*[64] At primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaeque partem capesseret: esse illi proprium militem cohortium urbanarum, nec defuturas vigilum cohortis, servitia ipsorum, fortunam partium, et omnia prona victoribus: ne Antonio Varoque de gloria concederet. Paucas Vitellio cohortis et maestis undique nuntiis trepidas; populi mobilem animum et, si ducem se praeberisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore; ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem, adeo ruentibus debilitatum. Gratiam patrati belli penes eum qui urbem occupasset: id Sabino convenire ut imperium fratri reservaret, id Vespasiano ut ceteri post Sabinum haberentur.*

*[65] Haudquaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senectae; sed erant qui occultis suspicionibus incesse-  
rent, tamquam invidia et aemulatione fortunam fratris moraretur. Namque Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum anteibat, et credebatur adfectam eius fidem parce iuvisse domo agrisque pignori acceptis; unde, quamquam manente in speciem concordia, offensarum operta metuebantur. Melior interpretatio, mitem virum abhorreere a sanguine et caedibus, eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace ponendis per condicionem armis agitare. Saepe domi congressi, postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. Verba vocesque duos testis habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum: vultus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior.*

*[66] Quod si tam facile suorum mentis flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant, discrimen ac dedecus ostentantes et fidem in libidine victoris. Nec tantam Vespasiano superbiam*

taeraz mintzo zen. Haren gogoa halako sortasunak jo zuen, ezen, printzea izan zela besteek gogoratu ez baliote, bera ahaztua izango baitzen.

**64.** Baina Hiriko gorenak, isil solasetan, Flavio Sabino hiriko prefektua garaipenaren eta ospareen bidea hartzera kinatzen zuten: Hiriko kohorteetako soldadua bere esanera zeukala, eta ez ziotela huts egingo zaintzaileen kohortek, esklaboek, alderdiaren zorteak, eta dena garaileen alde zegoela. Ez emateko aintzan amore Antonio eta Varoren aurrean. Viteliorentzat, kohorte bakanak eta nondinahiko berri goibelez beldurtuak. Soldaduaren gogoa, aldakor; eta buruzagi gisan eskainiko balitz, zurikeria haiek guztiak Vespasianoren alde izango zirela. Vitelio bera, onaldian ere nor ez zena, gainbeheran are makalago zegoela. Gerra amaiaren meritua Hiria okupatzen zuenaren esku zegoela. Sabinoren zeregina inperioa anaiarentzat gordetzea zela; Vespasianorena, gainerakoak Sabinoren atzetik gelditzea.

**65.** Hitz horiek gogo bat ere ez gailenez hartzen zituen, zahartzaroak ezindurik. Baina baziren susmo ezkutuz erasotzen ziotenak, anaiaren zortea bekaitzez edo lehiaz oztopatuko balu bezala. Izan ere, Flavio Sabino, adinez aurrerago, autoritatez eta diruz ere Vespasiano baino lehenago zen, bien egoera pribatua zeno, eta haren ospe agortuari gutxi lagundu ziola uste zen, etxea eta lurak bahitzat harturik. Hortik, konkordiak itxuran iraun arren, erremin ezkutuen beldur ziren. Interpretazio hobea zen ezen, gizon bigun, odola eta heriotzak gaitzi zituela eta, beraz, Viteliorekiko solas ugaritan, bakeaz eta armak itun bidez uzteaz jarduten zuela. Etxean sarritan bildu ondoren, azkenean Apoloren tenpluan hitzartu zuten, entzutea izan zenez. Baldintzek eta hitzek bi lekuko zituzten, Kluvio Rufo eta Silio Italiko. Aurpegikerak urrundik begiratuta ere nabari ziren: Viteliorena, abail eta doilor; Sabinorena, ez erronkati eta errukiberatik hurbilago.

**66.** Eta Viteliok beretarren gogoak berak etsi zuen bezain aisa makurtu izan balitu, Vespasianoren armada hiri odolgabea sartuko zatekeen. Baina bakoitza nola zen Vitelioren leial, hala ezezten zituzten bakea eta baldintzak, desohorea eta arriskua seinalatuz, eta fede ona garailearen nahikerian gelditzen zela. Vespasianok ez ei zeukan bere buruarengan Vitelio partikular gisan jasateko besteko konfiantzarik; garaituek ere ez ei zuten hori barkatuko. Bera zaharra zela, bai, eta onez eta txarrez asea; baina zer titulu, zer baldintza geldituko zen Ger-

*ut privatum Vitellium pateretur, ne victos quidem laturos: ita periculum ex misericordia. Ipsum sane senem et prosperis adversisque satiatum, sed quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore? nunc pecuniam et familiam et beatos Campaniae sinus promitti: set ubi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem nisi extincto aemulo redituram. Fabium illis Valentem, captivum et casibus dubiis reservatum, praegravem fuisse, nedum Primus ac Fuscus et specimen partium Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumis relictos, nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitellii cliens, cum Vitellius collega Claudio foret. Quin, ut censuram patris, ut tris consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur. Perstare militem, superesse studia populi; denique nihil atrocius eventurum quam in quod sponte ruant. Moriendum victis, moriendum deditis: id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant an per virtutem.*

*[67] Surdae ad fortia consilia Vitellio aures: obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. Erat illi et fessa aetate parens; quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevenit, nihil principatu filii adsecuta nisi luctum et bonam famam. XV kalendas Ianuarias audita defectione legionis cohortiumque, quae se Narniae dediderant, pullo amictu Palatio degreditur, maesta circum familia; ferebatur lecticula parvulus filius velut in funebrem pompam: voces populi blandae et intempestivae, miles minaci silentio.*

*[68] Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor quem non commoveret illa facies, Romanum principem et generis humani paulo ante dominum relictam fortunae suae sede per populum, per urbem exire de imperio. Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis dictatorem Caesarem oppres-*

maniko semearentzat? Orain dirua eta esklaboak eta Kanpaniako bazter gozoak eskaintzen ziren. Baina Vespasiano aginteaz jabetutakoan, ez zela segurtasunik izango beretzat, ez bere adiskideentzat, ez, azkenik, armadentzat, lehiakidea akabaturik ez bazen. Fabio Valente, gati-bu eta egoera zailetarako gordea, oso eragaitz gertatu zitzailea; areago, Primok eta Fuskok eta alderdiaren eredu Muzianok ez zutela Viteliorengan berau hiltzeaz beste baimenik izango. Ez Ponpeio Zesarrengandik, ez Antonio Augustorengandik onez gelditu ei ziren. Baldin Vespasianok sentimendu bikainagoak erakusten ez bazituen, Vitelioren babespeko izan zelako, Vitelio Klaudioren kolega izan zenean. Beraz, bere aitaren zentsoretzari, hiru kontsuladiei, etxe gureneko hainbeste ohoreri erantzuteko, desesperazioagatik bazen ere, jo zezala ausardiara. Soldadua tinko zegoela, herriaren gogoa beragan zela. Azken batez, ez zela izugarriagorik gertatuko, hartara nahita oldartzerara zihoazena baino. Garaituek hil beharra, entregatuek hil beharra zuten. Horrexek bakarrik ardura zuela: ea azken arnasa isekan eta laidoan ala kemenean emango zuten.

**67.** Viteliok aholku sendoentzat belarriak gor zituen. Gogoa urrikal-menez eta kezkaz abailtzen zitzaion, ez ote zituen, armetan setatuz, emaztea eta seme-alabak garaile ez onberago baten esku utziko. Ama ere adinez agortua zuen. Hau, oster, etxearen hondamenari egun gutxi batzuetan aurreratu zitzaion heriotza oportuno, semearen printzealdian ezer lortu gabe, nahigabea eta izen ona baizik. Urtarrileko kalenden aurreko hamabosgarren egunean, Narnian entregatu ziren legioaren eta kohorteen desertzioa entzundakoan, jauregitik janzkera ilunez irteten da, inguruan familia goibel. Literan semerik gazteena zeramaten, hileta segizioan bezala. Herriaren oihuak, losintxari eta ezgaraiko; soldadua, isiltasun mehatxuzkoan.

**68.** Eta inor ez zegoen giza gorabeheretz hain ahanzkorrik, ikuspen hark hunkituko ez zuenik: erromatar enperadore eta lehentxoago giza endaren jabea, bere zoriaren egoitza utzirik, bere herrian zehar, Hirian zehar, inperiotik irteten. Ez zuten halakorik ikusi, halakorik entzun. Bat-bateko bortxa erori zen Zesar diktadorearen gainera, amarru ezkutuak Gaioren gainera, gauak eta lur ezezagunak estali zuten Neronen ihesa, Pison eta Galba guduan bezala hil ziren. Viteliok bere biltzarrean, bere soldaduen artean, emakumeak ere begira zituela, hitz urriak eta unearen tristeari zegozkionak jaulki ondoren (bakearen eta

*serat, occultae Gaium insidiae, nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant, Piso et Galba tamquam in acie cecidere: in sua contione Vitellius, inter suos milites, prospectantibus etiam feminis, pauca et praesenti maestitiae congruentia locutus—cedere se pacis et rei publicae causa, retinerent tantum memoriam sui fratremque et coniugem et innoxiam liberorum aetatem miserarentur—, simul filium protendens, modo singulis modo universis commendans, postremo fletu praepediente adsistenti consuli (Caecilius Simplex erat) exolutum a latere pugionem, velut ius necis vitaeque civium, reddebat. Aspernante consule, reclamantibus qui in contione adstiterant, ut in aede Concordiae positurus insignia imperii domumque fratris petiturus discessit. Maior hic clamor obsistentium penetibus privatis, in Palatium vocantium. Interclusum aliud iter, idque solum quo in sacram viam pergeret patebat: tum consilii inops in Palatium redit.*

*[69] Praevenerat rumor eiurari ab eo imperium, scripseratque Flavius Sabinus cohortium tribunis ut militem cohiberent. Igitur tamquam omnis res publica in Vespasiani sinum cecidisset, primores senatus et plerique equestris ordinis omnisque miles urbanus et vigiles domum Flavii Sabini complevere. Illuc de studiis vulgi et minis Germanicarum cohortium adfertur. Longius iam progressus erat quam ut regredi posset; et suo quisque metu, ne disiectos eoque minus validos Vitelliani consecrarentur, cunctantem in arma impellebant: sed quod in eius modi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumpsere. Circa lacum Fundani descendentibus qui Sabinum comitabantur armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. Modicum ibi proelium improviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit mixto milite et quibusdam senatorum equitumque, quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam victore Vespasiano multi id meritum erga partis simulavere. Subierunt obsidium etiam feminae, inter quas maxime insignis Verulana Gratilla, neque liberos neque propinquos sed bellum secuta. Vitellianus miles socordi custodia clausos circumdedit;*



errepublikaren kausagatik abdikatzen zuela, bere gomuta gorde zeza-tela bakarrik eta anaiatz eta emazteaz eta seme-alaben adin errugabe-az erruki zitezela), aldi berean semea besoetan aurreratuz, behin bakoitzari, behin denei batera gomendatuz, azkenik, negarrean itorik, ondoan zeukan kontsulari (Zezilio Sinplize zen) saihetsetik ateratako sastagaia, hiritarren heriotza-bizien eskubide gisan, entregatu zion. Kontsulak ezetz esatean, biltzarrean zirenen protesta-oihuen artean, inperioaren intsigniak Konkordiaren tenpluan uzteko eta handik anaiaren etxera joateko bezala alde egin zuen. Hemen, etxe pribatuari jarkitzen eta Jauregira deitzen ziotenen oihuak areagotu egin ziren. Beste bide bat mozturik gelditu zen eta Via Sakrara joatekoa bakarrik zegoen zabalik. Orduan, irtenbide faltan, Jauregira itzuli zen.

**69.** Inperioari uko egiten ziolako hotsak aurea hartu zion eta Flavio Sabinok soldaduei eusteko agindu zien kohorteen tribunoei. Hala, egoera osoa Vespasianoren togaren izurretara pasatu balitz bezala, senatuko buruak eta zaldun saileko askok eta hiritar soldadu orok eta zaintzaileek Flavio Sabinoren etxea jendeztatu zuten. Hara bulgoaren aldekotasunaren eta germaniar kohorteen mehatxuen berri eramaten da. Urrunegi joana zen, itzuli ahal izateko, eta bakoitza viteliarrek jazarriko ote zituzten beldurrak berak eraginda, zalantzan zegoena armetara bultzatzen zuten; baina, horrelakoetan gertatu ohi denez, aholkua denek eman, arriskua gutxik hartu zuten. Fundonioren urma-el aldetik armaturik jaistean, Sabinoren lagun zihoazenei viteliarrik prestenak bidera irteten zaizkie. Talkaren ezusteagatik liskar txiki bat sortu zen, baina viteliarren aldera. Sabinok, egoera larrian, unean segurrena zenez, Kapitolioaren gotorlekua okupatu zuen, soldadua eta senatari eta zaldun batzuk nahastean, zeintzuen izena ematea ez den erraza, zeren, Vespasiano garaile ateratzean, askok alderdiarenganako meritu horixe simulatu baitzuen. Setioa emakumeek ere jasan zuten, zeintzuen artean batez ere Verulana Gratila nabarmendu zen, seme-alabei eta ahaidei barik, gerrari jarraitu ziona. Viteliar soldaduak zain-tza laxoz inguratu zituen eta, horri esker, gaua aurreratzean, Sabinok seme-alabak eta Domiziano, anaiaren semea, Kapitoliora joanarazi zituen, flaviar buruzagiei, zaindu gabeko bideetatik, mezularia bidali-rik, eurak berak zeudela setiaturik jakinaraztera, eta laguntzen ez bazieten, egoera larritu egingo zela. Hain gau lasaia igaro zuen, ezen arrisku gabe ihes egin ahalko zukeen. Izan ere, soldadu viteliarra,

*eoque concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit, misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio qui circumsideri ipsos et, ni subveniretur, artas res nuntiaret. Noctem adeo quietam egit ut digredi sine noxa potuerit: quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat, et hibernus imber repente fusus oculos aurisque impediabat.*

*[70] Luce prima Sabinus, antequam in vicem hostilia coepta-  
rent, Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit  
cum mandatis et questu quod pacta turbarentur: simulatio-  
nem prorsus et imaginem deponendi imperii fuisse ad deci-  
piendos tot inlustris viros. Cur enim e rostris fratris domum,  
imminentem foro et inritandis hominum oculis, quam Aventi-  
num et penatis uxoris petisset? ita privato et omnem princi-  
patus speciem vitanti convenisse. Contra Vitellium in Pala-  
tium, in ipsam imperii arcem regressum; inde armatum agmen  
emissum, stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis  
partem, ne Capitolio quidem abstineri. Togatum nempe se et  
unum e senatoribus: dum inter Vespasianum ac Vitellium pro-  
eliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium  
iudicatur, iam Hispaniis Germaniisque et Britannia descis-  
centibus, fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad  
condiciones vocaretur. Pacem et concordiam victis utilia, vic-  
toribus tantum pulchra esse. Si conventionis paeniteat, non se,  
quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Vespasiani  
vix puberem—quantum occisis uno sene et uno iuvene profi-  
ci?—: iret obviam legionibus et de summa rerum illic certa-  
ret: cetera secundum eventum proelii cessura. Trepidus ad  
haec Vitellius pauca purgandi sui causa respondit, culpam in  
militem conferens, cuius nimio ardori imparem esse modes-  
tiam suam; et monuit Martialem ut per secretam aedium par-  
tem occulte abiret, ne a militibus internuntius invisae pacis  
interficeretur: ipse neque iubendi neque vetandi potens non  
iam imperator sed tantum belli causa erat.*

*[71] Vixdum regresso in Capitolium Martiale furens miles  
aderat, nullo duce, sibi quisque auctor. Cito agmine forum et*

arriskuen aurrean bipil, zerbitzu eta goardietan ez zen hain zorrotza, eta, gainera, bat-batean egin zuen negu euriak begi-belarriak oztopen zituen.

**70.** Egunsentian, Sabinok, liskarrak berriro abiatu aurretik, primipilarretariko Kornelio Martzial Viteliorengana bidali zuen, argibideekin eta itundua hausten ari zelako kexarekin: fikzio garbia eta itxura izan zela inperioa uztea, hainbeste gizon guren engainatzeko. Zergatik joan zen, bada, Aurpegi Plazatik anaiaren etxera, Foroaren gainean goratzen zen eta denen begiradak erakartzen zituenera, Aventinora eta emaztearen etxera joan beharrean? Horixe zegokiola partikular bati eta printzegoaren itxura oro saihesten duenari. Vitelio, ostera, Jauregira itzuli zela, inperioaren muin-muinera. Handik zutabe armatua bidali zuen, Hiriko alderik jendetsuena errugabeen heriotzaz zolaturik gelditu zen; Kapitolioa ere ez zela salbatzen. Bera, noski, togaduna eta senadoreetariko bat bakarra zela. Vespasianoren eta Vitelioren arteko diferentziak legioen guduekin, hiri-hartzeekin, kohorteen errendizioekin erabakitzen ziren bitartean, jada Hispaniak eta Germaniak eta Britania desertatzen ari zirenean, Vespasianoren anaiak itunari eutsi ziola, eskatu gabeko konponbidera deitua izan zenean. Bakea eta konkordia garaituentzat ongarri, garaileentzat ohoragarri bakarrik zirela. Itunaz damu bazen, ez ziola armaz eraso behar berari, traizioz engainatu zuenari, ez Vespasianoren seme ozta nerabeari (zer on zekarkion agure soil bat eta gazte soil bat hiltzeak?). Joan zedila legioen bila eta borroka zedila han aginte gorenagatik. Gainerakoa borrokaren emaitzaren arabera gertatuko zela. Ikaraz, Viteliok horrelakoei hitz gutxitan erantzun zien, bere burua zuritzeko, errua soldaduari leporatuz, zeinaren gar handiegiak bere moderazioa gainditzen ei zuen. Eta Martzial ohartarazi zuen etxearen alde ezkututik gordeka joan zedin, bake nardagarriaren mezulari, soldaduek hil ez zezaten. Bera, ez agintzeko ez debekatzeko ahalik gabe, jada ez zen enperadorea, gerra-aitzakia hutsa baizik.

**71.** Martzial Kapitoliara itzuli berri, soldadua suak harturik zebilen han, buruzagi gabe, bakoitza bere buruaren kintzaile. Ibilera bizkorrean, Foroaren eta Foro gaineko tenpluen aurretik pasaturik, formazioa gorantz daramate, aurreko muinoan zehar, Kapitolioko gotorlekuaren lehenengo ateetaraino. Albo batean, aldapan, gorantz eskuinera, baziren antzinatik arkupeak, zeintzuen teilatuetatik viteliarrak

*imminentia foro templa praetervecti erigunt aciem per adversum collem usque ad primas Capitolinae arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere clivi dextrae subeuntibus, in quarum tectum egressi saxis tegulisque Vitellianos obruebant. Neque illis manus nisi gladiis armatae, et arcessere tormenta aut missilia tela longum videbatur: facies in prominentem porticum iecere et sequebantur ignem ambustasque Capitolii fores penetrassent, ni Sabinus revulsas undique statuas, decora maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diversos Capitolii aditus invadunt iuxta lucum asyli et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improvisa utraque vis; propior atque acrior per asylum ingruebat. Nec sisti poterant scandentes per coniuncta aedificia, quae ut in multa pace in altum edita solum Capitolii aequabant. Hic ambigitur, ignem tectis obpugnatores iniecerint, an obsessi, quae crebrior fama, dum nitentis ac progressos depellunt. Inde lapsus ignis in porticus adpositas aedibus; mox sustinentes fastigium aquilae vetere ligno traxerunt flammam alueruntque. Sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit.*

*[72] Id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit, nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis, sedem Iovis Optimi Maximi auspicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum excindi. Arserat et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum, quibus armorum causis? quo tantae cladis pretio stetit? pro patria bellavimus? voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino, ieceratque fundamenta spe magis futurae magnitudinis quam quo modicae adhuc populi Romani res sufficerent. Mox Servius Tullius sociorum studio, dein Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia hostium spoliis extruxere. Sed gloria operis libertati reservata: pulsus regibus Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit ea magnificentia quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent. Isdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto quadringentorum quindecim anno-*

harriz eta teilaz zanpatzen zituzten. Hauek, berriz, ezpataz armaturiko eskuak besterik ez zeukaten, eta makinak edo jaurtigaiak ekartzeak luze zirudien. Arkupeen irtengunera zuziak jaurti eta suari jarraitzen zioten, eta Kapitolioko ate erreetatik sartuko ziratekeen, Sabinok, harresi ordeztatik, denetik erauzitako estatuak, gure arbasoen ohorea, jarki ez balizkie. Orduan Kapitolioko zenbait sarrera inbaditzen dituzte, Aterpe Oihanaren hurretik eta Tarpeia Haitzera ehun mailaz igotzen denetik. Bi erasoak, ustegabeak; hurbilagoa eta latzagoa Aterpetik zetorren; eta ezin zituzten atxilotu aldameneko eraikinetatik igotzen zirenak, bakealdi sendoa goian eraikita egonik, Kapitolioaren oinarriaren parean baitzeuden. Honetan zalantza dago teilatuetakoa sua asaltatzaileek jaurti ote zuten, ala setiatuek, uste zabalagoa berau, igotzen zirenak eta aurrera zetozenak atzera botatzeko. Handik sua etxei atxikitako arkupeetara lerratu zen; gero sapaia eusten zioten zur zaharrezko arranoek garra erakarri eta elikatu zuten. Horrelaxe erre zen Kapitolia, ateak itxirik, defentsa gabe eta arpilatze gabe.

**72.** Krimen hori erromatar herriaren errepublikari Hiria sorreratik gertatu zaion negargarriena eta lotsagarriena izan zen: inongo etsai arrotzik gabe, jainkoak, gure ohituretan zilegi balitz, alde zirela, gure arbasoek, auspizioak harturik, inperioaren bermetzat eraikitako Jupiter Onen Gorenaren egoitza, ez Porsenak, Hiria entregaturik, ez galia-  
rrek, harturik, profanatu ahal izan zutena, printzeen zorakeriak suntsitua izan zen. Kapitolia lehenago ere erre zen gerra zibil batean, baina traizio pribatuz. Orain, publikoki setiatua, publikoki kiskalia, zer arma arrazoiz? Zer prezio izan zuen hainbesteko hondamendiak? Aberriaren alde borrokatu al ginen? Tarkinio Prisko erregeak eskaini zuen sabinotar gerran eta zimenduak ezarri zituen, areago geroko handitasunaren itxaropenez, artean murrizak ziren erromatar herriaren indarrei zegokielako baino. Gero Servio Tuliok, aliatuen laguntza sutsuz, geroago Tarkinio Harroak, Suesa Pomezia hartu ondorengo etsaien harrapakiekin, jaso zuten. Baina eraikuntzaren aintza, askatasunarentzat gordea: erregeak egotzitakoan, Horazio Pulvilo bigarren kontsulak dedikatu zuen, erromatar herriaren botere neurrigabeak gero handitu baino ederragotu zuen itzeltasunez. Kokapen berean berreraikia izan zen, lauhun eta hamabost urteren buruan, Luzio Eszpcion eta Gaio Norbanoren kontsulaldian erre ondoren. Eginkizuna Sila garaileak hartu zuen, baina ez zuen dedikatu. Horixe bakarrik

*rum spatio L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. Ea tunc aedes cremabatur.*

*[73] Sed plus pavoris obsessis quam obsessoribus intulit. Quippe Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat: ex diverso trepidi milites, dux segnis et velut captus animi non lingua, non auribus competere, neque alienis consiliis regi neque sua expedire, huc illuc clamoribus hostium circumagi, quae iusserat vetare, quae vetuerat iubere: mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exequi; postremo abiectis armis fugam et fallendi artis circumspectabant. Inrumpunt Vitelliani et cuncta sanguine ferro flammisque miscent. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes Cornelius Martialis, Aemilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi obtruncantur. Flavium Sabinum inermem neque fugam coeptantem circumsistunt, et Quintium Atticum consulem, umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. Ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fide clientium contexti et inter sarcinas abditi. Fuere qui excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitan-  
tes respondentesve audaciam pro latebra haberent.*

*[74] Domitianus prima inruptione apud aedituum occultatus, sollertia liberti lineo amictu turbae sacricolarum immixtus ignoratusque, apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. Ac potiente rerum patre, disiecto aeditui contubernio, modicum sacellum Iovi Conservatori aramque posuit casus suos in marmore expressam; mox imperium adeptus Iovi Custodi templum ingens seque in sinu dei sacravit. Sabinus et Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur; frementibus qui ius caedis et praemia navatae operae petebant. Clamore a proximis orto sordida pars plebis supplicium*

ukatu zitzaion haren zorionari. Lutazio Katuloren izenak, zesarren egite handien artean, Viteliorenganaino iraun zuen. Tenplu horixe erre zen orduan.

**73.** Baina setiatuei baino izu handiagoa ekarri zien setiatzaileei. Soldadu viteliarrak ez zuen, izan ere, maltzurtasunik eta tinkotasunik falta arriskuetan. Beste aldean, soldaduak beldurti, buruzagia, zalanzkor eta txepeldurik bezala, ez esateko ez entzuteko zen gauza, ez inoren aholkuz gidatzen zen ez bererik jakinarazten zuen, etsaien oihuek hara-hona zerabilten, berak agindua debekatzen zuen, berak debekatu agintzen. Gero, egoera galduetan gertatu ohi denez, denek aginduak ematen zituzten, inork ere ez jarraitzen. Azkenean, armak jaurtirik, inguruan ihesa eta hanka-jokorako moduak aztertzen zituzten. Viteliarrak sartzen dira eta dena hankazgoratzen dute odolez, burdinaz eta garrez. Milizia-gizon bakan batzuk, artean gurenenak, Kornelio Martzial, Emilio Pazense, Kasperio Figro, Didio Eszeva, borrokara ausartzen zirenak, hil egiten dituzte. Flavio Sabino, desarmatua eta ihesean saiatzeke, inguratzen dute, eta berdin Kintzio Atiko kontsula, karguaren itzalez eta bere buruaren hantustez nabarmendu zena, erromatar herriaren artean ediktuak bota zituelako Vespasianoren goresgarri, Vitelioren laidogarri. Gainerakoek trikimailu ezberdinen bitartez ihes egin zuten, batzuek esklabo jantzirik, beste batzuek klienteen leialtasunaren babesean eta fardelen gordepean. Izan ziren, viteliarren elkar ezagutzeko bereizgarria ezaguturik, galdetzen edo erantzuten aurrea harturik, ausardia ezkutaleku izan zutenak.

**74.** Domiziano, asaltoaren hasieran zaindariaren etxean ezkutatua, lihozko soinekoz gurtzaileen aldran nahasturik, liberto baten antzeari esker eta ezagutua izan gabe, Kornelio Primoren, aitaren klientearen etxean ezkutatu zen, Velabro ondoan. Aita karguaren jabe egitean, zaindariaren egoitza deseginik, Jupiter Salbatzailearen kaperatxoa eta bere gorabeherak azaltzen zituen marmorezko aldarea eraiki zituen. Gero, inperioa jadestean, Jupiter Jagolearen tenplu itzela eta bere burua jainkoaren altzoan sagaratu zituen. Sabino eta Atiko, kateaz kargatuak eta Vitelioren aurrera eramana, hitz eta aurpegi batere ez etsaikorrez hartzen dituzte, haien heriotza eskubidea eta eginiko zerbitzuaren saria eskatzen zutenen orrore artean. Harrabotsa hurbilenen artean sorturik, plebearen zati narratsak Sabinoren suplizioa eskatzen, mehatxuak eta zurikeriak nahasten ditu. Jauregiko harmailen aurrean

*Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. Stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere ut absisteret: tum confossum laceratumque et absciso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.*

*[75] Hic exitus viri haud sane spernendi. Quinque et triginta stipendia in re publica fecerat, domi militiaeque clarus. Innocentiam iustitiamque eius non argueres; sermonis nimius erat: id unum septem annis quibus Moesiam, duodecim quibus praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor. In fine vitae alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credidere. Quod inter omnis constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. Caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus. Ferebant plerique etiam paci consultum dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem imperatoris, alter consortem imperii cogitaret. Sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque agnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur.*

*[76] Isdem diebus L. Vitellius positus apud Feroniam castris excidio Tarracinae imminebat, clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi moenia neque periculum in aperto audebant. Praeerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia socordiaque gladiatorum magis quam ducum similes. Non vigilias agere, non intuta moenium firmare: noctu dieque fluxi et amoena litorum personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. Paucos ante dies discesserat Apinius Tiro donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis plus invidiae quam virium partibus addebat.*

*[77] Interim ad L. Vitellium servus Vergilii Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuam arcem traditu-*



zutik zegoen eta erreguak hasten ari zen Vitelio aparta zedin lortu zuten. Orduan Sabinoren gorputza Gemonietarantz arrastatzen dute, sastadaz josia eta urratua, eta lepoa mozturik mutilatua.

**75.** Horra gizon ez noski arbuia garriaren azkena. Hogeita hamabost urtez jardun zuen errepublikaren zerbitzuan, politikan eta armadan guren; haren zintzotasuna eta zuzentasuna ez zenuke kritikatzetik. Hitzetan gehiegizkoa zen: iritziak horixe bakarrik gaitzetsi zion Mesiako buru izan zen zazpi urteetan, Hiriko prefekturako hamabietan. Bizitzaren azkenean, batzuek koldartzat jo zuten, askok moderatutzat eta hirikideen odolarekin kontu handikotzat. Denen artean onartua denez, Vespasianoren printzego aurretik, etxearen ohorea Sabinorengan zegoen. Haren heriotza Muzianoren pozgarri izan zela entzun izan dugu. Askok bakearen onerako izan zela ere bazioten, bien arteko lehia erabakita gelditzean, bata enperadorearen anaia, besteak inperioaren ezkontide zela pentsatzen baitzuten. Baina Viteliok kontsularen suplizioa eskatzen zuen herriari aurka egin zion, bareturik eta mesedea itzuliz bezala, zeren Kapitolioa nork erre zuen galdetzen zutenei Atiko errudun aurkeztu baitzitzaien, eta aitortza honekin, edo zirkunstantziei egokituriko gezurra izan bazen, bazirudien gorrotoa eta salaketa bere gain hartu eta Vitelioren alderditik apartatu zituela.

**76.** Egun beretan, Luzio Viteliok, kanpamendua Feronia ondoan ezarritik, Tarrazina suntsiketaz mehatxatzen zuen, han gladiadoreak eta arraunlariak itxirik baitzeuden, harresiak harainditzera eta zelai irekiko arriskura ausartzen ez zirenak. Lehenago esan bezala, Juliano gladiadoreen, Apolinar arraunlarien buru zegoen, laxokerian eta alferkerian buruzagien baino gladiadoreen antzekoago. Ez zaintzarik antolatzen, ez harresietako alde babesgaberik indartzen zuten: gau eta egun alfer eta itsasbazter alaiaren hotsean, soldaduak nahikerien hornidurarako sakabanaturik, sabel-festetan bakarrik mintzo ziren gerraz. Egun gutxi lehenago, Apinio Tironek alde egin zuen eta, udalerrietan zehar opariak eta dirua erruki gabe galdatuz, alderdiarentzat indar baino gorroto handiagoa biltzen zuen.

**77.** Bitartean, Vergilio Kapitonon esklabo bat iheska iristen da Luzio Viteliorengana eta, agindurik ezen, soldadu talde bat hartuz gero, gotorlekua defentsa gabe entregatuko zuela, gaututakoan, mendi ton-torrik garaienetan zehar, etsaien buru gainean kohorte azkar batzuk kokatzen ditu. Handik soldadua lasterka jaisten da, borrokara baino

*rum, multa nocte cohortis expeditas summis montium iugis super caput hostium sistit: inde miles ad caedem magis quam ad pugnam decurrit. Sternunt inermos aut arma capientis et quosdam somno excitos, cum tenebris, pavore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. Pauci gladiatorum resistentes neque inulti cecidere: ceteri ad navis ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinarius; reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur. Fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tamquam gladio militari cincta inter luctum cladisque expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset. Ipse lauream gestae prospere rei ad fratrem misit, percontatus statim regredi se an perdomandae Campaniae insistere iuberet. Quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed rei publicae fuit. Nam si recens victoria miles et super insitam perviciam secundis ferox Romam contendisset, haud parva mole certatum nec sine exitio urbis foret. Quippe L. Vitellio quamvis infami inerat industria, nec virtutibus, ut boni, sed quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.*

*[78] Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat. Causa tam pravae morae ut Mucianum opperirentur. Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent tamquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotalis opes pretium proditiōis offerebat. Alii ficta haec et in gratiam Muciani composita; quidam omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum quam inferre, quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent, et abscisis omnibus praesidiis cessus imperio videbatur: sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta, qui sumptis temere armis munitissimam Capitolii arcem et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem adversus tris cohortis tueri nequivisset. Haud facile quis uni adsignaverit culpam quae omnium fuit. Nam et*

gehiago sarraskira. Eraisten dituzte armagabeak edo armak hartzen ari zirenak, eta batzuk lotatik atereak, ilunpeak, beldurrak, tronpeta hotsak, etsaien harrabotsak durditurik gelditzean. Gladiadore bakan batzuk aurre eginez eta ez mendeku gabe hil ziren, gainerakoak untziatara oldartzen ziren, non dena beldur orokorrean mordoiilotzen zen, zibilak ere nahastean, viteliarrek bereizmen gabe sastatzen zituztenak. Iskanbilaren hasieran, sei liburniak ihes egin zuten, euretan Apolinar, eskuadrako prefektua. Besteak itsasertzean atzitu zituzten edo itsasoak irentsi, arrapataka untziratzen zirenen pisu handiegiak abaildurik. Julianori, Luzio Vitelioren aurrera eramane eta joka apurtuari, bere aurrean moztan diote burua. Baziren Luzio Vitelioren emazte Triariari egotzi ziotenak ezen, soldadu ezpata gerrian, Tarrazinako asaltoko lutu eta triskantzen erdian, harro eta anker jokatu zuela. Hark onez buruturiko ekintzaren ereinotza bidali zion anaiari, galdetuz ea berehala itzultzeko ala Kanpania guztiz menperatu arte jarraitzeko agintzen zuen. Kontsulta hura Vespasianoren alderdiarentzat ez ezik, nazioarentzat ere ongarri izan zen. Izan ere, gailen irten berri zen soldaduak, berezko burugorraz gainera, garaipenengatik harro zenak, Erromara jo izan balu, tamaina ez txikian eta Hiriaren ez hondamen gabe borrokatu izango zen. Luzio Viteliorengan bazen, bai, kementa, nahiz eta fama txarrekoa, eta ez zuen, onek bezala, bertuteengatik balio, zantarrenek bezala, bizioengatik baizik.

**78.** Vitelioren alderdian hori gertatzen den bitartean, Vespasianoren armadak, Narniatik irtetik, Saturnoren jaiak astedenean ospatzen zituen Okrikulon. Hain atzerapen tamalgarriaren arrazoia Muzianori itxarotea zen. Eta ez zen euren susmoekin Antonio salatzen zuenik falta izan, engainuz atzeratuko bailitzan Vitelioren gutun ezkutuen ondoren, non kontsulgoa eta alaba ezkongia eta dote mardula eskaintzen baitzion traizioaren ordain. Beste batzuek zioten hori asmatua eta Muzianoren alde moldatua izan zela; batzuek, buruzagi guztien taktika izan zela gerra Hiriaren aurka erakustea, eramatea baino gehiago, zeren kohortetik sendoenak Viteliorengandik urrundu ziren eta, indar guztiak banandurik, inperioa utziko zuela zirudien: baina dena hondatu zela Sabinoren presaz, gero nagikeriaz, zeinak, armak ausarkeriaz harturik, Kapitolioko gotorleku txit segurra eta armada handientzat ere menperagarri ez zena ezin izan baitzuen hiru kohorteren aurka defendatu. Baina ez liezaioke bakarrari aisa egotz denena izan zen errua.

*Mucianus ambiguis epistulis victores morabatur, et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit; ceterique duces dum peractum bellum putant, finem eius insignivere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat, donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret.*

[79] *Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra multo iam noctis serum auxilium venit. Illic interfectum Sabinum, conflasse Capitolium, tremere urbem, maesta omnia accepit; plebem quoque et servitia pro Vitellio armari nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat; namque incautum et tamquam ad victos ruentem Vitelliani, interiectus equiti pedes, excepere. Pugnatum haud procul urbe inter aedificia hortosque et anfractus viarum, quae gnara Vitellianis, incomperta hostibus metum fecerant. Neque omnis eques concors, adiunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti fortunam partium speculabantur. Capitur praefectus alae Iulius Flavianus; ceteri foeda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus.*

[80] *Eo successu studia populi aucta; vulgus urbanum arma cepit. Paucis scuta militaria, plures raptis quod cuique obvium telis signum pugnae exposcunt. Agit grates Vitellius et ad tuendam urbem prorumpere iubet. Mox vocato senatu deliguntur legati ad exercitus ut praetexto rei publicae concordiam pacemque suaderent. Varia legatorum sors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerant extremum discrimen adiere, aspernante milite condiciones pacis. Vulneratur praetor Arulenus Rusticus: auxit invidiam super violatum legati praetorisque nomen propria dignatio viri. Pulsantur comites, occiditur proximus lictor, dimovere turbam ausus: et ni dato a duce praesidio defensi forent, sacrum etiam inter exteris gentis legatorum ius ante ipsa patriae moenia civilis rabies usque in exitium temerasset. Aequioribus animis accepti sunt qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed duci plus auctoritatis.*

Izan ere, Muzianok garaileak mezu anbiguoaz atzeratzen zituen, eta Antoniok, ezgaraiko etorkortasunez, edo beharbada gorrotoa gidatzearen, salaketa merezia zuen; eta gainerako buruek, gerra amaitutzat ematen zuten bitartean, haren azkena igarri zuten. Petilio Zerial bera ere, aurretik mila zaldirekin, sabinotar lurraldeko lasterbideetan zehar, Erroman Salaria Bidetik sartzeko bidalia, ez zen behar bezain bizkor ibili, Kapitolioaren setioaren albisteak denak batera iratzarri arte.

**79.** Antonio Flaminian zehar Haitz Gorrietara iritsi zen gau beranduan; beranduko laguntza. Hantxe jakin zuen Sabino hil zutela, Kapitolioa erre zela, Hiria izu, dena tristura zela. Plebea eta esklaboak ere Vitelioren defentsarako armatzen ari zirela iragarri zioten. Eta Petilio Zeriali zaldizkoen gudua oker irten zitzaion. Izan ere, viteliarrek, oinezko eta zaldizko nahastean, garaituen gainera zihoala hartu zuten. Hiritik ez urrun borrokatu ziren, eraikin eta ortu artean eta bidezokotan, zeintzuek, viteliarrentzat ezagun, etsaientzat ezezagun, berdurra eragin baitzuten. Eta ez zaldizko guztien adostasunez, batzuk, Narnian berriki errenditurik, alderdien norabidea kalkulatzeko zutenak bildu baitziren. Julio Flaviano hegale-prefektua atzitzen dute. Gainerakoak izuturik irteten dira ihes lotsagarrian, garaileek Fidenastik harago jazarri gabe.

**80.** Garaipen horrekin, herriaren berotasuna areagotu zen. Hiritar plebeak armak hartu zituen. Gutxiak zeukan ezkutu militarrik; gehienek, bidean aurkitu ohi den armamentua arrapaladan harturik, borrokarako seinalea eskatzen dute. Viteliok eskerrak eman eta Hiria defendatzera azkar abiatzeko agintzen du. Gero, senatua deiturik, armaden aurrerako legatuak hautatzen dituzte, nazioaren onaren argudioz, konkordia eta bakea aholka ditzaten. Legatuen zortea ezberdina izan zen. Petilio Zerialen bila joan zirenak arrisku larri-larrian sartu ziren, soldaduak bake-baldintzei uko egitean. Aruleno Rustiko pretorea zauritua da. Ordezkarik- eta pretore-karguarenganako atentatuaz gainera, gizonaren gaintasunak berak areagotu zuen gorrotoa. Haren segizioa barreiatzen dute, jendetza apartatzen ausartu zen lehen liktoarea hiltzen eta, buruzagiak eskuraturiko goardiak defendatu ez balitu, gerra zibilaren suminak hiltzeraino profanatuko zukeen legatuen eskubidea, atzerrien artean ere sakratua, aberriaren harresien aurre-aurrean. Antonioren aurrera iritsi zirenak gogo lasaiagoz hartuak izan ziren, ez soldadua moderatuago zelako, buruzagia autoritate handiagokoa baizik.

[81] *Miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus; coep-  
tabatque permixtus manipulis, bona pacis ac belli discrimina  
disserens, armatos monere. Id plerisque ludibrio, pluribus  
taedio: nec deerant qui propellerent procularentque, ni  
admonitu modestissimi cuiusque et aliis minitantibus omisis-  
set intempestivam sapientiam. Obviae fuere et virgines Vesta-  
les cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis: eximi supremo  
certamini unum diem postulabat: si moram interiecissent,  
facilius omnia conventura. Virgines cum honore dimissae;  
Vitellio rescriptum Sabini caede et incendio Capitoli  
dirempta belli commercia.*

[82] *Temptavit tamen Antonius vocatas ad contionem legio-  
nes mitigare, ut castris iuxta pontem Mulvium positis postera  
die urbem ingrederentur. Ratio cunctandi, ne asperatus pro-  
elio miles non populo, non senatui, ne templis quidem ac  
delubris deorum consuleret. Sed omnem prolationem ut ini-  
micam victoriae suspectabant; simul fulgentia per collis  
vexilla, quamquam imbellis populus sequeretur, speciem hos-  
tilis exercitus fecerant. Tripertito agmine pars, ut adstiterat,  
Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium  
agmen per Salariam Collinae portae propinquabat. Plebs  
invectis equitibus fusa; miles Vitellianus trinis et ipse praesi-  
diis occurrit. Proelia ante urbem multa et varia, sed Flaviani  
consilio ducum praestantibus saepius prospera. Ii tantum  
conflictati sunt qui in partem sinistram urbis ad Sallustianos  
hortos per angusta et lubrica viarum flexerant. Superstantes  
maceriis hortorum Vitelliani ad serum usque diem saxis pilis-  
que subeuntis arcebant, donec ab equitibus, qui porta Colli-  
na inruperant, circumvenirentur. Concurrere et in campo  
Martio infestae acies. Pro Flavianis fortuna et parta totiens  
victoria: Vitelliani desperatione sola ruebant, et quamquam  
pulsi, rursus in urbe congregabantur.*

[83] *Aderat pugnantibus spectator populus, utque in ludicro  
certamine, hos, rursus illos clamore et plausu fovebat. Quo-  
tiens pars altera inclinasset, abditos in tabernis aut si quam*

**81.** Legatuei zaldun mailako Musonio Rufo bildu zitzaizen, filosofia ikasketei eta estoikoen irakatsiei heldu ziena, eta manipulu artean nahasirik, jende armatua doktrinatzan hasi zen, bakearen abantailak eta gerraren arriskuak azalduz. Askorentzat isekabide izan zen, gehienentzat asperbide; eta ez zen sakatu eta zanpatuko zuenik falta izan, moderatuenen aholkuz eta besteen mehatxuz jakinduria ezgaraikoari uko egin ez balio. Birjina bestalak ere iritsi ziren, Viteliok Antoniori bidalitako mezuarekin. Egun bakarrez bazen ere, azken gudua atzera zedin eskatzen zuen. Bitartean luzapen bat izanez gero, dena aisago adostuko zutela. Birjinak ohoreekin bidaliak izan ziren. Viteliori erantzun zitzaion gerra negoziazioak Sabinoren heriotzaz eta Kapitolioaren suteaz apurtu zirela.

**82.** Antonio, hala ere, biltzarrera deitutako legioak baretzen saiatu zen, kanpamendua Mulvioko zubian kokatu ondoren, Hirian biharamunean sartzeko. Atzerapenaren arrazoa, borrokak amorraturiko soldaduak ez zuela herria, senatua errespetatzen, ezta tenplurik eta jainkoen santutegirik ere. Baina atzeratze oroz susmoti ziren, garaipenaren arerio gisan. Aldi berean, muinoetan distiratzan ziren banderek, borrokarako gauza ez zen herriak jarraitzen zien arren, armada etsaia-  
ren itxura eman zuten. Armada hirukoitz eginik, zati bata han kokatua zen Flaminia Bidetik aurrera egin zuen, besteak Tiberren ertzetik, hirugarren zutabea Salaria Bidetik Kolina atera hurbiltzen zen. Plebea zaldizkoen kargaz barreiatu zuten. Viteliar soldaduak ere indarrak banaturik jo zuen borrokara. Hiriaren aurrean borroka asko eta emaitza ezberdinetakoak, baina maizago flaviarren aldekoak, zeintzuk abantailan zeuden buruzagien trebetasunagatik. Erasoak izan ziren bakarrak, Hiriaren ezker aldetik Salustiar Ortuetara hartu zutenak, bide estu eta labainetatik. Viteliarrek, ortuetako ostikoen gainetik, igotzen ari zirenak harriz eta lantzaz ezeztatzen zituzten egun luzean, Kolina atetik sartu ziren zaldizkoek inguratuak izan arte. Martitzen zelaian ere formazio etsaiak talkatu ziren. Flaviarren alde, zortea eta hainbeste aldiz lortutako garaipena. Viteliarrak desesperazio hutsean oldartzen ziren eta, ezeztatuak ere, Hirian berbiltzen ziren.

**83.** Herria gudularien ikusle zegoen eta, zirkuko konbatean bezala, behin batzuk behin besteak animatzen zituen oihuka eta txaloka. Alderdi bata amore ematen zuen guztian, dendetan ezkutatu edo etxeren batean babestu zirenak indarrez atera eta burua mozteko alda-

*in domum perfugerant, erui iugularique expostulantes parte maiore praedae potiebantur: nam milite ad sanguinem et caedis obverso spolia in vulgus cedebant. Saeva ac deformis urbe tota facies: alibi proelia et vulnera, alibi balineae popinaeque; simul cruor et strues corporum, iuxta scorta et scortis similes; quantum in luxurioso otio libidinum, quidquid in acerbissima captivitate scelerum, prorsus ut eandem civitatem et furere crederes et lascivire. Confluxerant <et> ante armati exercitus in urbe, bis Lucio Sulla, semel Cinna victoribus, nec tunc minus crudelitatis: nunc inhumana securitas et ne minimo quidem temporis voluptates intermissae: velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant, fruebantur, nulla partium cura, malis publicis laeti.*

[84] *Plurimum molis in obpugnatione castrorum fuit, quae acerrimus quisque ut novissimam spem retinebant. Eo intensius victores, praecipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum urbium excidiis reperta simul admovent, testudinem tormenta aggeres facesque, quidquid tot proelii laboris ac periculi hausissent, opere illo consummari clamitantes. Urbem senatui ac populo Romano, templa dis reddita: proprium esse militis decus in castris: illam patriam, illos penatis. Ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. Contra Vitelliani, quamquam numero fatoque dispares, inquietare victoriam, morari pacem, domos arasque cruore foedare suprema victis solacia amplectebantur. Multi semianimes super turris et propugnacula moenium expiravere: convulsis portis reliquus globus obtulit se victoribus, et cecidere omnes contrariis vulneribus, versi in hostem: ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. Vitellius capta urbe per aversam Palatii partem Aventinum in domum uxoris sellula defertur, ut si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortis fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenii et, quae natura pavoris est, cum omnia metuenti praesentia maxime displicerent, in Palatium regreditur vastum desertumque, dilapsis etiam infimis servitiorum aut occursum eius declinantibus. Terret solitudo et tacentes loci; temptat clausa, inhorrescit vacuis; fessusque misero errore et pudenda latebra*



rrikatuz, harrapakirik gehienaz jabetzen ziren, zeren, soldaduek odo-lean eta heriotzetan zihardutela, harrapakiaren fruituak plebearen eskura baitzioazen. Anker eta higuingarri Hirian zeharreko ikuskizuna: toki batzuetan, borrokak eta zauriak, beste batzuetan bainuak eta tabernak; batera odol eta hilotz piloak, ondoan prostitutak eta prostituten antzekoak; bakealdi lizuneko atsegin guztiak, asaltorik beldur-garrieneko krimen guztiak, halako eran, non pentsa zenezakeen Hiria bera zoratu zela eta zernahikerian zebilela. Lehen ere armada armatuak talka eginak ziren Hirian, Luzio Sila birritan garaile izanik, Zinna behin, eta ankerkeria ez zen txikiagoa izan orduan. Orain, lasaitasun inhumanoa, eta une batez ere ez zen plazerren gozamenik eten: jaiegunei dibertsio hori ere gehitu balitzaie bezala, alaitasunez jauzi egiten, alderdiekiko arrangurarik bat ere gabe gozatzen zuten, zorigaitz publikoekin pozik.

**84.** Ekintzarik handiena ausartenek azken itxaropentzat defendatzen zuten kanpamenduaren asaltoan gertatu zen. Garaileak ere horregatik saiatuago, kohorte beterranoen ahalegina funtsezkoa izanik, ondoen gotorturiko hirien suntsiketarako aurkituriko asmakari guztiak hurre-ratzen dituzte: dortoka, artilleria, parapetoak eta zuziak, oihu eginez hainbeste gudutan xahuturiko ahalegin eta arrisku guztia operazio harekintxe garbitzen zela. Hiria senatuari eta erromatar herriari bihurtzen zitzaiola, tenpluak jainkoei; berehalaxe hartzen ez bazuten, gaua armetan igaro beharko zutela. Viteliarrek, nahiz eta kopuruz eta patuz gutxiago, garaipena zailtzen, bakea atzeratzen, etxeak eta aldareak odoleztatzen, garaituentzako azken kontsolamenduak besarkatzen zituzten. Asko erdi hilean arnagabetu ziren dorreen eta harresietako parapetoen gainean. Ateak erauzi zituztenean, gainerako jendetzak garaileei aurre egin zien, eta denak aurrez zauriturik jauzi ziren, etsaiari begira. Azkenaren duintasunaren halakoxe ardura izan zen hiltzen zirengan ere. Vitelio, Hiria harturik, Jauregiaren atzealdetik literan daramate Aventinora, emaztearen etxera, eguna gordelekuan saihesterik bazuen, kohorteeekin eta anaiarekin Tarrazinara ihes egiteko. Gero, izaeraren aldakorrez eta, izuaren izaera denez, denaren beldur zenari presentekoa batez ere iruditzen baitzitzaion gaizki, Jauregi-ra itzultzen da, handi eta huts, azken esklaboak ezabaturik edo bera-ekin topo egitea saihestuz. Bakardadeak eta toki isilek ikaratu egiten dute: gela itxiak errekiatzen ditu, hutsekin izutzen da; eta hara-hona

*semet occultans ab Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur. Vincitae pone tergum manus; laniata veste, foedum spectaculum, ducebatur, multis increpantibus, nullo inlacrimante: deformitas exitus misericordiam abstulerat. Obvius e Germanicis militibus Vitellium infesto ictu per iram, vel quo maturius ludibrio eximeret, an tribunum adpetierit, in incerto fuit: aurem tribuni amputavit ac statim confossus est.*

*[85] Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, nunc cadentis statuas suas, plerumque rostra aut Galbae occisi locum contueri, postremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini iacuerat, propulere. Una vox non degeneris animi excepta, cum tribuno insultanti se tamen imperatorem eius fuisse respondit; ac deinde ingestis vulneribus concidit. Et vulgus eadem pravitate insectabatur interfectum qua foverat viventem.*

*[86] Patrem illi . . . Luceriam. Septimum et quinquagensimum aetatis annum explebat, consulatum, sacerdotia, nomen locumque inter primores nulla sua industria, sed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere qui ipsum non noverant: studia exercitus raro cuiquam bonis artibus quaesita perinde adfuere quam huic per ignaviam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas, quae, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Amicitias dum magnitudine munerum, non constantia morum contineri putat, meruit magis quam habuit. Rei publicae haud dubie intererat Vitellium vinci, sed imputare perfidiam non possunt qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. Praecipiti in occasum die ob pavorem magistratuum senatorumque, qui dilapsi ex urbe aut per domos clientium semet occultabant, vocari senatus non potuit. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum et Caesarem consalutatam miles frequens utque erat in armis in paternos penatis deduxit.*

errukarriaz nekaturik eta gordeleku lotsagarrian ezkutaturik, Julio Plazido kohorte-tribunoak kanpora arrastatzen du. Eskuak bizkarrera lotu zizkioten. Soineko urratuekin zeramaten, ikuskizun nazkagarria, asko irainka, negarrez inor ere ez. Azkenaren itsuskeriak errukia baztertu zuen. Bidera irten zen germaniar soldadu bat amorruez ala hura isekatik lehenago libratzearren saiatu ote zen ezpataz erasotzen, ala tribunoaren aurka jo ote zuen, zalantzan gelditu zen. Tribunoaren belarria moztu zuen eta berbertan txikitu zuten.

**85.** Vitelio, ezpatapean behartua, behin aurpegia jaso eta laidoei eskaintzera, behin botatzen ari ziren estatuak, gehienbat aurpegien tribuna edo Galba hil zuten lekua, ikustera, azkenean bultzaka eraman zuten Gemonietaraino, non Flavio Sabinoren hilotza luze egona zen. Hots bakarra entzun zen arima ez endakatuari dagokiona, laidoka ari zitzaion tribunoari erantzun zionean ezen, hala eta guzti ere, bere enperadorea izan zela. Eta bulgoak doilorkeria berdinez iraintzen zuen hilik, nola losentxatu zuen bizirik.

**86.** Bere aita (...) Luzeria. Berrogeita hamazazpi urte egitera zihoan, kontsulgoa, abadetzak, gorenen arteko izena eta maila lortu ondoren, bere aldetik inolako kualitatetik gabe, dena aitaren ospeagatik baizik. Bera ezagutzen ez zutenek transferitu zioten printzegoa. Armadaren begi ona nekez egon izango zen inork arte onez bilatua, nola honek axolagabekeriak. Bazituen, hala ere, irekitasuna eta eskuzabala, neurriak lagundu ezik, zorigaitz bihurtzen diren kualitateak. Adiskidetasunak, oparien handiz, ez izaeraren irmotasunez, eusten zaiela uste zueno, areago lortu zituen matendu baino. Errepublikari on zitzaion, noski, Vitelio garaitua izatea, baina Vitelio traditu zutenek ez daukate euren desleialtasuna Vespasianoren alde baliatzerik, Galbarengandik desertatu baitzuten. Eguna amairantz zihoala, senaturik ezin izan zen deitu magistratuen eta senatarien izuagatik, Hiritik ezabaturik edo klienteen etxeetan ezkutaturik baitzeuden. Domiziano, jada ezer etsaikorren beldurrik ez zenean, alderdiko buruzagiengana aurkeztu zena eta Zesar bezala agurtu zutena, soldadu ugarik eta zegoen moduan armetan, aitaren etxera eraman zuen.

# P. CORNELI TACITI HISTORIARVM LIBER QVARTVS

[1] *Interfecto Vitellio bellum magis desierat quam pax coeperat. Armati per urbem victores implacabili odio victos consectabantur: plenae caedibus viae, cruenta fora templaque, passim trucidatis, ut quemque fors obtulerat. Ac mox augescente licentia scrutari ac protrahere abditos; si quem procerum habitu et iuventa conspexerant, obtruncare nullo militum aut populi discrimine. Quae saevitia recentibus odiis sanguine explebatur, dein verterat in avaritiam. Nihil usquam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes. Initium id perfringendarum domuum, vel si resisteretur, causa caedis; nec deerat egentissimus quisque e plebe et pessimi servitiorum prodere ultro ditis dominos, alii ab amicis monstrabantur. Ubique lamenta, conclamationes et fortuna captae urbis, adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium accendendo civili bello acres, temperandae victoriae impares, quippe inter turbas et discordias pessimo cuique plurima vis, pax et quies bonis artibus indigent.*

[2] *Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, sed stupris et adulteriis filium principis agebat. Praefectura praetorii penes Arrium Varum,*

# HISTORIAK

## LAUGARREN LIBURUA

1. Vitelio hilda, areago amaitu zen gerra bakea hasi baino. Garaileek, armaturik, garaituak Hirian zehar gorroto gupidagabez jazartzen zituzten. Kaleak hilketaz beteak, plazak eta tenpluak odoleztatuak, nonahi sastakatuak, halabeharrak norbait bistaratzen zueneko. Eta gero, nahikeria handitzean, ezkutuan zeudenak azterkatzen eta kanpora arrastatzen zituzten. Gorpuzkeraz eta gaztetasunez nabarmantzen zenik begiztatzen bazuten, lepoa mozten zioten, soldaduak ala herritarrrak ziren bereiztu gabe. Ankerkeria hori azken gorrotoengatik odolasetzen zen; geroago, diru-gosera bideratuko zen. Inon ez zuten sekretuan edo itxita zegoen ezer uzten, viteliarrak ezkutatzen ziren aitzakian. Aitzakia horrek etxeetan bortxaz sartzen hastea zekarren, edo, jarkitzen baziren, sarraskiaren arrazoia. Eta plebeko behartsuenek eta esklaborik gaiztoenek ez zuten, euren kabuz, ugazaba aberatsak traditzeko erarik galtzen. Beste batzuk adiskideek salatuak ziren. Denean aihen, samin-oihu eta hiri hartuaren izatea, otondar eta viteliar soldaduen petulantzia lehentxoago gorrotagarria amesteraino. Alderdi buruak, gerra zibila pizteko gartsu, garaipena leuntzeko ezgai ziren, osteen eta liskarren artean, indarrik handiena gaiztoenentzat izaten baita; bakeak eta patxadak esku ona behar dute.

2. Domizianok Zesar izena eta egoitza hartua zuen, oraindik ardurei begiratzeko, nahiz eta fornikazio eta adulterioetan printzearen seme bezala jardun. Pretorioaren prefektura Arrio Varoren, aginte gorena

*summa potentiae in Primo Antonio. Is pecuniam familiamque e principis domo quasi Cremonensem praedam rapere: ceteri modestia vel ignobilitate ut in bello obscuri, ita praemiorum expertes. Civitas pavida et servitio parata occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus extinguere reliqua belli postulabat: praemissi Ariciam equites, agmen legionum intra Bovillas stetit. Nec cunctatus est Vitellius seque et cohortis arbitrio victoris permittere, et miles infelicia arma haud minus ira quam metu abiecit. Longus deditorum ordo saeptus armatis per urbem incessit, nemo supplici vultu, sed tristes et truces et adversum plausus ac lasciviam insultantis vulgi immobiles. Paucos erumpere ausos circumiecti pressere; ceteri in custodiam conditi, nihil quisquam locutus indignum, et quamquam inter adversa, salva virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris, in principatu eius vigilantior, nec perinde prosperis socius quam adversis abstractus.*

[3] *Isdem diebus Lucilius Bassus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur, discordibus municipiorum animis magis inter semet quam contumacia adversus principem. Viso milite quies et minoribus coloniis impunitas: Capuae legio tertia hiemandi causa locatur et domus inlustres adflictae, cum contra Tarracinenses nulla ope iuvarentur. Tanto proclivius est iniuriae quam beneficio vicem exolvere, quia gratia oneri, ultio in quaestu habetur. Solacio fuit servus Vergilii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus in isdem anulis quos acceptos a Vitellio gestabat. At Romae senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit, laetus et spei certus, quippe sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis, mox Illyrico, postquam Aegyptum Iudaeam Syriamque et omnis provincias exercitusque lustraverant, velut expiato terrarum orbe cepisse finem videbantur: addidere alacritatem Vespasiani litterae tamquam manente bello scriptae. Ea prima specie forma; ceterum ut princeps loquebatur, civilia de se, et rei publicae egregia. Nec senatus obsequium deerat: ipsi consulatus*

Primo Antonioren esku zegoen. Honek printzearen etxetik dirua eta esklaboak osten zituen Kremonako harrapaki gisan. Besteak, moderezioz edo oharkabe guran, gerran ilunago bezala, halaxe zeuden orain sari gabe. Hiriak, beldurti eta esklabotzarako gertu, kohorteekin Tarrazinatik bueltan zetorren Luzio Viteliori erasotzeko eta gerrahondarrak iraungitzeko eskatzen zuen. Aurretik Ariziako zaldizkoak bidali zituzten, legioaren gorputza Bovillasen gelditurik. Eta Viteliok ez zuen dudarik izan bere burua eta kohorteak garailearen pentzudan uzteko, eta soldaduak arma dohakabeak jaurti zituen, ez gutxiago amorruez beldurrez baino. Jende armatuz inguraturik, errendituen lerro luzea bazihoan Hirian zehar, inor ere ez erregu-itxuran, ospel eta basa, eta iraintzen zituen bulgoaren txalo eta iseken aurrean zirkin gabe. Hesia apurtzen ausartu ziren bakan batzuk inguratzaileek bertan zanpatu zituzten. Gainerakoak, preso hartuak, inork ezer ezduinik jaulki gabe eta, okerrean erdian ere, kemenaren ospea salbu. Gero Luzio Vitelio hiltzen dute, bizioetan anaiaren berdina, printzegoan hura baino arduratsuagoa, eta ez hain kide arrakastan nola zorigaitzera arrastatua.

3. Egun beretan, Luzilio Baso zaldieria arinarekin Kanpania konpontzera bidaltzen dute, udalerrien gogoak desados baitziren, areago euren artean printzearekiko erresistentziaz baino. Soldaduaren begietan, baretasuna, eta bigarren mailako kolonientzat barkamena. III. legioa Kapuan ezartzen da negua igarotzeko, eta etxe gurenak gaizki hartuak izan ziren, nahiz eta tarrazinarrak ez izan ezein laguntzaz sarituak. Askoz errazago da irainari txanda ematea ongintzari baino, esker onak zama baitakar; mendekua irabazitzat jotzen da. Kontsolagarri izan zen Vergilio Kapitonen esklaboa, tarrazinarren traidoretzat aipatua duguna, aldeko eraztunekin eurekin, Viteliok emanikoekin, urkabean josia. Bitartean, Erroman senatuak printzeei ohi zaien guztia ematen dio Vespasianori, pozik eta itxaropenean tinko berau, zeren gerra zibilak, Galietan eta Hispanietan hasiak, Germaniak gerran jaikirik, ondoren Iliriko, Egipto, Judea eta Siria eta probintzia guztiak eta armadak korriturik, lurbira guztia garbiturik bezala, amaituak zirela baitzirudien. Vespasianok gerrak iraunez bezala idatzitako gutun batek poza handitu zuen. Itxura horixe zeukan lehen begiratuan. Gainerakoan, printze gisan mintzo zen, bere buruaz lagunki, nazioaz gurenki. Eta ez zen senatuaren men egiterik

*cum Tito filio, praetura Domitiano et consulare imperium decernuntur.*

*[4] Miserat et Mucianus epistulas ad senatum, quae materiam sermonibus praebuere. Si privatus esset, cur publice loqueretur? potuisse eadem paucos post dies loco sententiae dici. Ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate: id vero erga rem publicam superbum, erga principem contumeliosum, quod in manu sua fuisse imperium donatumque Vespasiano iactabat. Ceterum invidia in occulto, adulatio in aperto erant: multo cum honore verborum Muciano triumphalia de bello civium data, sed in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur Primo Antonio consularia, Cornelio Fusco et Arrio Varo praetoria insignia. Mox deos respexere; restitui Capitolium placuit. Eaque omnia Valerius Asiaticus consul designatus censuit: ceteri vultu manuque, pauci, quibus conspicua dignitas aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus adsentiebantur. Ubi ad Helvidium Priscum praetorem designatum ventum, prompsit sententiam ut honorificam in bonum principem, \* \* \* falsa aberant, et studiis senatus attollebatur. Isque praecipuus illi dies magnae offensae initium et magnae gloriae fuit.*

*[5] Res poscere videtur, quoniam iterum in mentionem incidimus viri saepius memorandi, ut vitam studiaque eius, et quali fortuna sit usus, paucis repetam. Helvidius Priscus [regione Italiae Carecina] e municipio Cluviis, patre, qui ordinem primi pili duxisset, ingenium inlustre altioribus studiis iuvenis admodum dedit, non, ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita rem publicam capesseret. Doctores sapientiae secutus est, qui sola bona quae honesta, mala tantum quae turpia, potentiam nobilitatem ceteraque extra animum neque bonis neque malis adnumerant. Quaestorius adhuc a Paeto Thrasea gener delectus e moribus soceri nihil aequae ac libertatem hausit, civis, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitae officiis aequabilis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus.*



falta: kontsulgoa beretzat dekretatzen da Tito semearekin batera; pretoretza eta botere kontsularra, Domizianorentzat.

4. Muzianok ere senatura gutuna bidali zuen, zeresana eman zuena: hiritar partikularra bazen, zergatik mintzo zen ofizialki? Hori bera egun batzuk geroago esan zezakeen bere hitz txandan. Viteliorantz ere, oldarraldi berdina, berandukoa eta egiatasun gabea. Baina estatuarentzat apalgarri, printzearentzat iraingarri zera zen: inperioa bere eskuan egon izanaz eta Vespasianori eman izanaz harrotzen zela. Dena dela, etsaigoa itzalean, zurikeria airean gelditu zen. Hitzen apainduria ugariz, Muzianori gerra zibileango garaipenaren bereizgarriak eman zitzaizkion, baina sarmaten aurkako espedizioa eratu zen. Primo Antoniori ikur kontsularrak, Kornelio Fusko eta Arrio Varori pretoriarak ematen zaizkie. Kapitolioa berreraikitzea erabaki zen. Eta neurri guztiok Valerio Asiatiko kontsul izendatuak proposatu zituen. Besteek aurpegikeraz edo eskuz, bakan batzuek, duintasun nabaria edo zurikerian garaturiko jenioa zeukatenek, hitzaldi potolokekin baieztzen zituzten. Helvidio Prisko pretore izendatuaren txanda heldu zenean, printze berriarenganako hitzaldi goreslea egin zuen, faltsukeriarik gabe, eta senatuaren oniritzi beroa jaso zuen. Eta egun hura, batez ere, etsaigo handi eta aintza handi baten hasiera gertatu zitzaion.

5. Auziak eskatzen duela dirudi, bigarrenenez baikatoz oso maiz gogoratua izango den pertsonaiaren aipura, haren bizitza eta zaletasunak eta nolako zoria izan zuen laburki konta dezadan. Helvidio Priskok, Italiako Karezina lurraldeko Kluvia udalerrikoak, primipilar mailan jardun zuen aitarengandikoak, oso gazte zela, adimen argia ikasketa txit jasoetara eman zuen, ez, gehienek bezala, aisialdi nagia izen ospetsuz estaltzeko, zer publikoei ustekabearen aurrean segurantz handiagoz oratzeko baizik. Ontzat zer zintzoa bakarrik, txartzat zer lotsagarria jotzen duten jakinduria-maisuei jarraitu zien; boterea, noblezia eta arimaz kanpoko gainerakoa, ez ongitzat ez gaizkitzat. Oraindik kuestore ohi, Peto Traseak suhizat hautaturik, aitagarrebaren portaeratik ez zuen ezer zukutu askatasuna bezain artezki; hiritar, senatari, senar, suhi, lagun, bizitzako eginkizun guztietan ekinkor, ondasunen muzinti, zuzenean setati, beldurren aurrean irmo.

[6] *Erant quibus adpetentior famae videretur, quando etiam sapientibus cupido gloriae novissima exuitur. Ruina soceri in exilium pulsus, ut Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium, delatorem Thraseae, accusare adgreditur. Ea ultio, incertum maior an iustior, senatum in studia diduxerat: nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur. Primo minax certamen et egregiis utriusque orationibus testatum; mox dubia voluntate Galbae, multis senatorum deprecantibus, omisit Priscus, variis, ut sunt hominum ingenia, sermonibus moderationem laudantium aut constantiam requirentium. Ceterum eo senatus die quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. Hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium: Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis, Marcellus urnam postulabat, quae consulis designati sententia fuerat.*

[7] *Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat ne aliis electis posthabitus crederetur. Paulatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes proveci sunt, quaerente Helvidio quid ita Marcellus iudicium magistratuum pavesceret: esse illi pecuniam et eloquentiam, quis multos anteiret, ni memoria flagitiorum urgeretur. Sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem senatus reperta ut in cuiusque vitam famamque penetrarent. Pertinere ad utilitatem rei publicae, pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos senatus habeat, qui honestis sermonibus auris imperatoris imbuant. Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio; quorum accusatores etiam si puniri non oporteat, ostentari non debere. Hoc senatus iudicio velut admoneri principem quos probet, quos reformidet. Nullum maius boni imperii instrumentum quam bonos amicos esse. Satis Marcello quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit: frueretur praemiis et impunitate, Vespasianum melioribus relinqueret.*

[8] *Marcellus non suam sententiam impugnari, sed consulem designatum censuisse dicebat, secundum vetera exempla quae sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimi-*

6. Baziren ospaeren zaleegi zela iruditzen zitzaienak, aintza nahia jankintsuen artean ere azken jaregiten zaiona delarik. Aitaginarrebaren erorreran erbestera bultzatua izanik, Galbaren printzealdian itzuli zenean, Martzelo Eprio, Trasearen salatzailea, akusatzeko zeregina hartzen du. Mendeku horrek, ez jakin anbizioz ala justiziaz gehiago, senatua iritzi banaketara eraman zuen, Martzelo jausiz gero, errudun mordo baitezorren behera. Lehenengotan, lehia mehatxuzkoa eta bi aldeetako hitzaldi gailenez markatua. Gero, Galbaren asmoa dudazkoa zela eta senadore askok eskaturik, Priskok amore eman zuen, haren moderazioa goستن edo irmotasun falta hartzen zutenen aldetik zenbait iruzkinez, gizonen izaerei dagokienez. Bestalde, senatuak, Vespasianoren botereaz ziharduen egun berean, printzeari legatuak bidaltzea erabaki zuen. Hortik Helvidio eta Eprioren arteko talka latz bat. Priskok magistratuek nominalki hautatuak izatea eskatzen zuen, hauek zin eginik; Martzelok, hautesontzia, kontsul izendatuaren proposamena izan zena.

7. Baina Martzeloren ahalegina halako amore propioak kitzikatzen zuen, hautatuak beste batzuk izanez gero, bera baztertutzat jo ez zezaten. Eta astiro-astiro, eztabaidan zehar, diskurtso peto eta horzkarietara iritsi ziren, Helvidiok galdetzen zuela ea Martzelo zergatik zen magistratuen ebatziaren beldur: bazela harengan askori aurea hartzeko beste diru eta etorri, lotsagarrikerien gomutak erasoko ez balio. Portaera ez zela erabakitzen zozketaz eta hautesontziz; senatuaren botoak eta estimua bakoitzaren bizitzan eta faman barneratzeko ezarriak zirela. Errepublikaren ongarri, Vespasianoren ohorearen ongarri zela senatuak errugabeentzat zeuzkanak harengana joatea, printzearen belarriak solas zintzoz bete zitezen. Vespasianok Trasea, Sorano, Sentzio adiskide izan zituela; hauen salatzaileak zigortzerik ez zela kome-ni pentsatzen bazen ere, ez zirela aurrenengo lerroan ipini behar. Senatuaren epai horrekin printzeari jakinarazten bezala ei zitzaion nortzuk estimatu, noren beldur izan. Martzelorentzat nahikoa zela Neron hainbeste errugaberen heriotzara bultzatu izana. Goza zitzala sariak eta inpunitatea, utz zezala Vespasiano hobeen esku.

8. Martzelok zioen ez zitzaiola bere iritziari aurka egiten, kontsul izendatuak proposatu zuela baizik, aurrekari zaharren arabera; legazioentzako zozketa intrigarik edo etsaigorik izan ez zedin ezarri zute-la. Ez zela gertatu behinolako instituzioak indargetzeko edo printzeari

*citiis locus foret. Nihil evenisse cur antiquitus instituta ex-  
lescere aut principis honor in cuiusquam contumeliam ver-  
teretur; sufficere omnis obsequio. Id magis vitandum ne per-  
vicacia quorundam irritaretur animus novo principatu sus-  
pensus et vultus quoque ac sermones omnium circumspec-  
tans. Se meminisse temporum quibus natus sit, quam civita-  
tis formam patres avique instituerint; ulteriora mirari, prae-  
sentia sequi; bonos imperatores voto expetere, qualiscumque  
tolerare. Non magis sua oratione Thraceam quam iudicio  
senatus adflictum; saevitiam Neronis per eius modi imagines  
inclusisse, nec minus sibi anxiam talem amicitiam quam aliis  
exilium. Denique constantia fortitudine Catonibus et Brutis  
aequaretur Helvidius: se unum esse ex illo senatu, qui simul  
servierit. Suadere etiam Prisco ne supra principem scande-  
ret, ne Vespasianum senem triumphalem, iuvenum liberorum  
patrem, praeceptis coerceret. Quo modo pessimis imperatori-  
bus sine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum  
libertatis placere. Haec magnis utrimque contentionibus iac-  
tata diversis studiis accipiebantur. Vicit pars quae sortiri  
legatos malebat, etiam mediis patrum adnitentibus retinere  
morem; et splendidissimus quisque eodem inclinabat metu  
invidiae, si ipsi eligerentur.*

*[9] Secutum aliud certamen. Praetores aerarii (nam tum a  
praetoribus tractabatur aerarium) publicam paupertatem  
questi modum impensis postulaverant. Eam curam consul  
designatus ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem  
principi reservabat: Helvidius arbitrio senatus agendum cen-  
suit. Cum perrogarent sententias consules, Vulcacius Tertu-  
llinus tribunus plebis intercessit ne quid super tanta re prin-  
cipe absente statueretur. Censuerat Helvidius ut Capitolium  
publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. Eam sententiam  
modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit:  
fuere qui et meminissent.*

*[10] Tum invectus est Musonius Rufus in P. Celerem, a quo  
Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat.  
Ea cognitione renovari odia accusationum videbantur. Sed*

dagokion ohorea inoren irain bihurtzeko ezer. Denek men egin zeza-  
keten. Areago saihestu behar ei zen, norbaitzuen burugogorkeriagatik,  
printzego berriaz urduri zeuden eta hala inguruko aurpegiak nola  
denen autuak aztertzen zituzten gogoak haserretzea. Berak gogoan ei  
zeukan zer garaitan jaio zen, aitek eta aitek zer gobernu mota eratu  
zuten; lehengoa miresten zuen, oraingoari lotzen zitzaion; enperadore  
onak bihotzez desio zituen, edonor jasaten zuen. Trasea ez ei zuen  
hainbeste bere diskurtsoak suntsitu nola senatuaren epaiak. Neronen  
ankerkeria era horretako antzezpenekin jostatu zela, eta halako adiski-  
detasuna berari ez zitzaiola beste batzuei erbestea baino gutxiago larri-  
garri gertatu. Azkenik, pareka zedila Helvidio irmoan eta kemenean  
Katonekin eta Brutoekin; bera senatu hartako bat gehiago ei zen, dene-  
kin batera menpeko egin zena. Baita aholkatzen ei zion Priskori ez  
zedila printzearen gainetik jar, ez zezala Vespasiano bezalako garaile  
zaharra, seme-alaba jada hazien aita, prezeptuekin estutu. Nola enpe-  
radorerik txarrenei tirania neurrigabea, hala atsegin zitzaiea bikaine-  
nei askatasunean neurria. Horrelako hitzak, bi aldeetatik teink-teink  
jaulkiak, erreazio kontrajarriz hartzen ziren. Legazioak zozketan ate-  
ratzea nahiago zuen aldea nagusitu zen, senatari neutralak ere ohitura-  
ri eustera makurtuz. Eta mailarik gorenekoek ere alde bererantz jotzen  
zuten ezinikusiaren beldurrez, eurak hautatuak baziren.

**9.** Beste tirabira batek jarraitu zuen. Altxorreko pretoreek (orduan  
altxorra pretoreek administratzen baitzuten), ondasunen urriaz kexu,  
gastuetarako muga bat eskatu zuten. Kontsul izendatuak arazo hori,  
zamaren handiagatik eta erremedioaren zailagatik, printzeari erreser-  
batzen zion. Helvidiok senatuaren iritziazen arabera egitea proposatu  
zuen. Kontsulek iritziak eskatzean, Vulkazio Tertulino, plebe-tribunoa,  
hain auzi garrantzitsua printzea ez zegoela erabakitzearen aurka irten  
zen. Helvidiok Kapitolia diru publikotik ordaintzea, Vespasianok  
laguntzea proposatu zuen. Proposamen hori moderatueneke isilpera,  
gero ahanztura bota zuten. Oroitzailleak ere izan ziren.

**10.** Orduan, Musonio Rufok Publio Zelerri eraso zion, Barea Sorano  
gezurrezko lekukotzaz galdu izana salatzen ziotenari. Espediente  
horrekin salaketen gorrotoak berritzen zirela zirudien. Baina salatu  
doilor eta erruduna ez zitekeen babestua izan: Soranoren gomuta  
sakratua zen, noski. Filosofian aritutako Zeler, gero Barearen aurka  
lekuko, traidorea eta adiskidetasunaren andeatzailea zen, horren maisu

*vilis et nocens reus protegi non poterat: quippe Sorani sancta memoria; Celer professus sapientiam, dein testis in Baremam, proditor corruptorque amicitiae cuius se magistrum ferebat. Proximus dies causae destinatur; nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, expectabantur.*

[11] *Tali rerum statu, cum discordia inter patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non princeps in civitate essent, Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit. Fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur. Sed civitas rimandis offensis sagax verterat se transtuleratque: ille unus ambiri, coli. Nec deerat ipse, stipatus armatis domos hortosque permutans, apparatu incessu excubiis vim principis amplecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit caedes Calpurnii Galeriani. Is fuit filius Gai Pisonis, nihil ausus: sed nomen insigne et decora ipsius iuventa rumore vulgi celebrabantur, erantque in civitate adhuc turbida et novis sermonibus laeta qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragensimum ab urbe lapidem Appia via fuso per venas sanguine extinguitur. Iulius Priscus praetoriarum sub Vitellio cohortium praefectus se ipse interfecit, pudore magis quam necessitate. Alfenus Varus ignaviae infamiaeque suae superfuit. Asiaticus (is enim libertus) malam potentiam servili supplicio expiavit.*

[12] *Isdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam nequaquam maesta civitas excipiebat; caesos exercitus, capta legionum hiberna, descivisse Gallias non ut mala loquebantur. Id bellum quibus causis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagraverit, altius expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Chatterum, seditione domestica pulsi extrema Gallicae orae vacua cultoribus simulque insulam iuxta sitam occupavere, quam mare Oceanus a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Nec*

ageri bazen ere. Auzirak, hurrengo bilkura finkatzen da; eta ez zeuden hainbeste, gogoek mendekura jotakoan, Musonio eta Plubioren, nola Prisko eta Martzeloren eta gainerakoen zain.

**11.** Gauzak horretan zirela, senatari artean liskarra nagusi zela, garai-tuengan sumina, garaileengan inolako autoritaterik ez, hiriburuan ez legerik ez printzerik, Muzianok, Hirian sartzean, dena bereganatu zuen. Primo Antonio eta Varo Arrioren boterea pitzatu zen, Muziano-ren haienganako erremina gaizki disimulaturik, nahiz eta aurpegikera estali. Baina biztanleria, etsaigoen lorratzerako usna oneko, bihurtu eta aldatu egin zen: huraxe bakarrik gorteiatzen, errespetatzen zuten. Eta bera ere ez zen atzean gelditzen: gizon armatuz inguraturik, etxez eta ortuz aldatuz, aparatuz, pausakeraz, jagolez, printze-autoritatea beregaintzen zuen, tituluari uko egiten. Kalpurnio Galerianoren heriotzak izu handia sortu zuen. Gaio Pisonen semea zen, ez zen ezertan saiatu, baina haren izen gurena eta gaztetasun bikaina bulgoaren solasetan goretsia zen, eta baziren, Hiri oraindik irabiatuan eta azken berriekin pozten zen hartan, printzegoa nahi zuelako fama funsgabea eransten ziotenak. Muzianoren aginduz guardia militarrek inguraturik, haren heriotza Hirian ageriegia izan ez zedin, berrogeigarren milia-harian, Apia Bidean, zainak ebakiz kentzen diote bizia. Julio Priskok, Vitelioren pean pretoriar kohorteen prefektuak, bere burua hil zuen, areago duintasunez premiaz baino. Alfeno Varok bere koldarkeriaz eta lotsaizunaz harago iraun zuen. Asiatikok (libertoa baitzen) bere botere gaiztoa esklabo-heriotzaz ordaindu zuen.

**12.** Egun haietan beretan, inola ere tristerik ez zegoen Hiriak zabal-tzen ari zen Germaniako hondamendiaren berri hartzen du. Armadak suntsituak izan zirela, legioen kuartelak hartuak, Galiek desertatu zutela, ez gaitz bezala aipatzen zuten. Hasierarik zaharrenetik azalduko dut gerra hau zergatik abiatu zen, zer arrotz-herri eta aliatuarekin sutu zen. Batavoek, katoen zati batek, Rheno ondoan bizi zirenean barne sedizio batek egotzirik, bizilagunez hutsik zegoen galiar itsasertzaren azken aldea okupatu zuten, baita inguruko irla bat ere, ozeanoak aurretik eta Rhenok atzetik eta alboetatik bainatzen duena. Eta euren baliabiderik xahutu gabe (arraroa herri indartsuago batekiko aliantzan), inperioari gizonak eta armak bakarrik hornitzen dizkiote, germaniarren aurkako gerretan luzaro arituak, gero euren aintza Britan-nian zehar handitu zelarik, kohorteak, ohitura zaharraren arabera,

*opibus (rarum in societate validiorum) attritis viros tantum armaque imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti, mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Erat et domi delectus eques, praecipuo nandi studio, arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere ..*

*[13] Iulius Paulus et Iulius Civilis regia stirpe multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit; iniectae Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium eius exercitu: inde causae irarum spesque ex malis nostris. Sed Civilis ultra quam barbaris solitum ingenio sollers et Sertorium se aut Annibalem ferens similioris dehonestamento, ne ut hosti obviam iretur, si a populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam studiumque partium praetendit, missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita Vitellio auxilia et tumultus Germanici specie retentare legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus praesens monuerat, inclinato in Vespasianum animo et rei publicae cura, cui excidium adventabat, si redintegratum bellum et tot armatorum milia Italiam inrupissent.*

*[14] Igitur Civilis desciscendi certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu iudicaturus, novare res hoc modo coepit. Iussu Vitellii Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur, quem suapte natura gravem onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent: rursus impubes et forma conspicui (et est plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia, et compositae seditionis auctores perpulere ut dilectum abnuerent. Civilis primores gentis et promptissimos vulgi specie epularum sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac laetitia incaluisse videt, a laude gloriaque gentis orsus iniurias et raptus et cetera servitii mala enumerat: neque enim societatem, ut olim, sed tamquam mancipia haberi: quando legatum, gravi quidem comitatu et superbo, cum imperio venire? tradi se praefectis centurionibusque: quos ubi spoliis et san-*



herritar gorenak buru zituztenak, hara aldatu ondoren. Igerian ere bazen zaletasuna, zeinari esker Rheno eskadroiekin formazio zuzenean zeharkatzen zuten, armei ez zaldiei jaregin gabe.

**13.** Julio Zivil eta Klaudio Paulo, erret jatorriko, besteak baino askoz aurrekoago ziren. Paulo Fonteio Kapitonek hilarazi zuen, gezurrezko matxinada salaketan oinarriturik. Zivili kateak ezarri zizkieten eta, Neroni bidalia eta Galbak absolbitua izanik, Viteliorekin berriro arrisku-puean egon zen, armadak haren zigorra eskatzean. Hortik haserrean arrazoiak eta gure zorizgaitzetan itxaropena. Baina Zivilek, barbaroengan ohi baino talentu argiagoko eta Sertorio edo Anibal bat bezala aurkezturik, aurpegiko akats berdina eta guzti, erromatar herritik argiro desertatzen bazuen, bere aurka etsaitzat jo ez zezaten, Vespasianoren adiskidetasuna eta honen alderdiaren babesa ipini zituen aurretik, Primo Antoniorekin gutun bat ere bidali ziotelarik, non Viteliok eskaturiko erreformak desbidatzeko eta legioei eusteko agintzen zitzaion, germaniar matxinadaren aitzakian. Horixe bera ohartarazi zion Hordeonio Flakok berak, gogoan Vespasianorenganantz makurtua eta errepublikaren ardura zeukalako, zeinarentzat hondamena gainean zen, gerra birsortzen eta Italian hainbeste mila gizon armatu sartzen baziren.

**14.** Zivilek, beraz, desertziorako segur, bitartean isil-asmoak ezkutatuz, gainerakoa emaitzaren arabera erabakitzeke pentsamenduan, subertsioa honako eran hasi zuen: Vitelioren aginduz, gazteria batavoa erreklutaldira deitzen zuten, zeina berez ere nekagarria izanik, ardura-dunek diru-gosez eta larkeriaz astuntzen zuten, zaharrak edo gauzeztanak erreklutatuz, gero diru truke lizentziatzeko. Inpuberrak eta ederrean nabarmentzen zirenak, osteria (gehienek haurtzaro lerdena dute, izan ere), lizunkeriara arrastatuak ziren. Hortik ezinikusia; eta antolatua zen sedizioaren eragileek erreklutzeari uko egitera bultzatu zituzten. Zivilek, nazioko gorenak eta herri xeheko ausartenak, oturuntza aitzakian oihan sakratura deituak, gauean eta alaitasunean pizpildurik ikusten dituen, nazioaren ohore eta aintzatiabiatuz, injustiziak eta lapurretak eta esklabotzaren gainerako gaitzak zenbatzen dituzte: ez ei zituzten aliantza gisan tratatzen, lehenago bezala, esklabo gisan baizik. Noiz etortzen zen legatua inperioarekin, segizio gogor eta harroarekin, noski? Prefektuen eta zenturioien esku zeudela. Hauek aldatu egiten zituztela, harrapaketa eta odolez beteak zirenean, eta putzu berri eta

*guine expleverint, mutari, exquirique novos sinus et varia praedandi vocabula. Instare dilectum quo liberi a parentibus, fratres a fratribus velut supremum dividantur. Numquam magis adflictam rem Romanam nec aliud in hibernis quam praedam et senes: attollerent tantum oculos et inania legionum nomina ne pavescerent. At sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germanos, Gallias idem cupientis. Ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguum fortunam Vespasiano imputaturos: victoriae rationem non reddi.*

*[15] Magno cum adsensu auditus barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. Missi ad Canninefatibus qui consilia sociarent. Ea gens partem insulae colit, origine lingua virtute par Batavis; numero superantur. Mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortis missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum Mogontiaci agentis. Erat in Canninefatibus stolidae audaciae Brinno, claritate natalium insigni; pater eius multa hostilia ausus Gaianarum expeditionum ludibrium impune spreverat. Igitur ipso rebellis familiae nomine placuit impositusque scuto more gentis et sustinentium umeris vibratus dux deligitur. Statimque accitis Frisiis (transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna proximo occupata Oceano inrumpit. Nec providerant impetum hostium milites, nec, si providissent, satis virium ad arcendum erat: capta igitur ac direpta castra. Dein vagos et pacis modo effusos lixas negotiatoresque Romanos invadunt. Simul excidiis castellorum imminebant, quae a praefectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque et quod militum in superiorem insulae partem congregantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus quam robur: quippe viribus cohortium abductis Vitellius e proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat.*

*[16] Civilis dolo grassandum ratus incusavit ultro praefectos quod castella deseruissent: se cum cohorte, cui praeerat, Canninefatem tumultum compressurum, illi sua quisque hiberna repeterent. Subesse fraudem consilio et dispersas*

arpilatzeko izen bila hastean. Erreklutatza behartzen zutela, horrela semeak gurasoengandik, anaiak arrebengandik, betiko bezala apartaturik geldituz. Erromatarren boterea inoiz ez ei zen hain lurjota egon, ez kuarteletan ei zegoen harrapakia eta agureak besterik. Jaso zitzaletla begiak soilik eta ez zitezela legioen izen hutsen beldur izan. Eurenak, osterak, oinezko eta zaldizkorik onenak, germaniarrak odolokide, galiarrak desiokide. Erromatarrei ere ez ei zitzaizen gaitzi gerra hura, zeinaren zorte dudazkoa Vespasianoren aurrean balia baitzezaketen: irabaziz gero, konturik eman beharrik ere ez.

**15.** Baiespen handiz entzuna izanik, denak errito barbaroz eta zin aberkoiz engaiatzen ditu. Kaninefateengana mezulariak bidali zituzten, planetan parte har zezaten. Herri horrek irlaren zati bat hartzen du; jatorriz, hizkuntzaz eta kemenez, batavoen berdinak; kopuruan, gutxiago. Gero mezu ezkutuekin erakarri zituen britaniar indar laguntzaileak, Germaniara bidalitako batavoen kohorteak, gorago kontatua dugunez, eta orduan Magontzian kantonatuak. Kaninefateen artean bazen Brino zelako bat, ausardia ergeleko, jatorriz noblezia gureneko. Etsaigo askotara ausartu zen haren aita Gaioren espedizioen fartsak inpuneki arbiuatu zituen. Hala, sendi gudukariaren izenaz beraz poztu baitziren, nazioko ohituren arabera ezkutu gaingan jarri eta eustailleen sorbaldetan astindua izanik, buruzagi hautatzen dute, eta berehala, frisiarrei deiturik (Rhenoz handiko herria da), ozeanotik oso hur dauden bi kohorteren kuarteletan oldartzen dira. Eta soldaduek ez zuten etsaien erasorik aurreikusi eta, aurreikusi balute ere, ez zeukaten ezeztatzeko beste indar; beraz, kanpamendua hartua eta arpilatua izan zen. Ondoren, bake-garaian bezain deslaxatua eta zabal, urketariei eta erromatar trafikatzaleei erasotzen diete. Aldi berean, mehatxu egiten zuten gotorlekuak suntsitzeaz, zeintzuei kohorte prefektuen aginduz su eman zitzaizen, ezin baitzituzten defendatu. Ikurrak eta banderak eta zeuden soldaduak irlaren goialdean biltzen dira, Akilio primipilarra buru, areago armada izen berau, indar baino. Izan ere, Viteliok kohorteen onena eraman zuelarik, nervioen eta germaniarren herririk hurbilenetako jende soraioa armaz kargatu zuen.

**16.** Zivilek, azpikeriaz jokatu behar zuela pentsaturik, prefektuak ere salatu zituen, gazteluak bertan behera uzteagatik: berak itoko ei zuen, buru zen kohortearekin, kaninefateen errebolta; haiek itzul zitezela bakoitza bere kuarteletara. Argi zegoen planak engainua zeramala eta

*cohortis facilius opprimi, nec Brinnonem ducem eius belli, sed Civilem esse patuit, erumpentibus paulatim indiciis, quae Germani, laeta bello gens, non diu occultaverant. Ubi insidiae parum cessere, ad vim transgressus Canninefatis, Frios, Batavos propriis cuneis componit: directa ex diverso acies haud procul a flumine Rheno et obversis in hostem navibus, quas incensis castellis illuc adpulerant. Nec diu certato Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit, perculsi-  
que milites improvisa proditione a sociis hostibusque caedebantur. Eadem etiam <in> navibus perfidia: pars remigum e Batavis tamquam imperitia officia nautarum propugnatorumque impediabant; mox contra tendere et puppis hostili ripae obicere: ad postremum gubernatores centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant, donec universa quattuor et viginti navium classis transfugeret aut caperetur.*

[17] *Clara ea victoria in praesens, in posterum usui; armaque et navis, quibus indigebant, adepti magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur. Germaniae statim misere legatos auxilia offerentis: Galliarum societatem Civilis arte donisque adfectabat, captos cohortium praefectos suas in civitates remittendo, cohortibus, abire an manere mallent, data potestate. Manentibus honorata militia, digredientibus spolia Romanorum offerebantur: simul secretis sermonibus admonebat malorum, quae tot annis perpassi miseram servitutem falso pacem vocarent. Batavos, quamquam tributorum expertis, arma contra communis dominos cepisse; prima acie fusum victumque Romanum. Quid si Galliae iugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum sanguine provincias vinci. Ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritros Aeduos Arvernosque; fuisse inter Verginii auxilia Belgas, vereque reputantibus Galliam suismet viribus concidissee. Nunc easdem omnium partis, addito si quid militaris disciplinae in castris Romanorum vigerit; esse secum veteranas cohortis, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens: multos adhuc in Gallia vivere ante tributa genitos. Nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam*

kohorteak, sakabanaturik, aisago menperatzen zirela, eta Brino ez zela gerrako buru, Zivl baizik, astiro-astiro bistaratuz germaniarrek, gerra-rekin pozik zen herriak, luzaro ezkutatu ez zituzten seinaleak. Azpikeriak oker irten zitzaizkionez, ekintzara jorik, kaninefateak, frisiarrak eta batavoak ziri formazio propioetan antolatzen ditu. Aurkako aldean, formazio lerro-zuzena zegoen Rheno ibaitik ez urrun, eta untziak, gazteluak erre ondoren haraino bultzatuak, etsaiarenganantz bihurturik. Eta, luzaroan borrokatzeke, tungroen kohorteak banderak Zivilengana pasatu zituen, eta soldaduak, uste gabeko traizioz abailduak, aliatuek eta etsaiek txikituak ziren. Untzietan ere saldukeria bera: arraunlarien parte batek, batavoek, baldarrez bezala, itsasgizonen eta marinako infanteen maniobrak tratatzen zituzten; gero kontra egin eta untziak etsaien ertzera arrimatzen zituzten; azkenean, lemazainak eta zenturioiak sastatzen dituzte, ados ez bazeuden, hogeita lau untziko flota osoak desertatu edo atzituia izan arte.

**17.** Garaipen argia bera ordurako, baliotsua etorkizunerako. Eta gabe zeuden armez eta untziez jabeturik, Germanietan eta Galietan zehar ospe handiz, askatasunaren aitzindaritzat goraiatuak ziren. Germaniek berehalaxe bidali zituzten ordezkariak, errefortzuak eskainiz. Zivl Galiekiko aliantzan saiatzen zen antzez eta opariz, atzituak izan ziren kohorte-prefektuak bakoitza bere hirietara bihurtuz, kohorteei joateko ala geratzeko aukera emanez. Geratzen zirenei milizia duina eskaintzen zien; bazihoazenei, erromatarren mozkinak. Aldi berean, solas sekretuetan, halako gaitzak, hainbeste urtetan jasanik, morrontza zantarra izan, baina faltsuki bake deitzen zietenak, azaltzen zizkien. Batavoek, zergetatik libre egon arren, tirano komunak aurka armak hartu zituztela. Lehen talkan, erromatarra eraitsia eta menperatua izan zela. Zer, Galiek uztarria astintzen bazuten? Zenbat gelditzen zen Italian? Probintziak probintzien odolez bentzutuak ziren. Ez zezatela Vindizeren guduan pentsa. Eduoak eta arvernoak zaldizko batavoak txikitu zituen. Verginioren indar laguntzaileen artean, belgak izan zirela, eta, ondo hausnar zezaten, Galiak euren indar propioz jausi zirela. Orain denen alderdia berdina ei zen, erromatarren kanpamenduan sano gelditzen zen diziplina militarra erantsita. Berarekin ei zeuden kohorte berteranoak, zeintzuen pean berriki lurjo zuten Otonen legioek. Bizi zitezela esklabotzan Siria eta Asia eta erregeetara ohituriko Ekialdea. Galietan oraindik zergen aurretik jaiotako asko bizi zirela. Berriki, egia esan, Kintilio Varo-

*e Germania servitutem, nec Vitellium principem sed Caesarem Augustum bello provocatum. Libertatem natura etiam mutis animalibus datam, virtutem proprium hominum bonum; deos fortioribus adesse: proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos. Dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque.*

*[18] sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit: ubi expugnata castra, deletas cohortis, pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant, Munium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis praeerat) egredi adversus hostem iubet. Lupercus legionarios e praesentibus, Vbios e proximis, Trevirorum equites haud longe agentis raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae iam pridem corrupta fidem simulabat, ut proditis in ipsa acie Romanis maiore pretio fugeret. Civilis captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos et hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium coniuges parvosque liberos consistere a tergo iubet, hortamenta victoriae vel pulsus pudorem. Ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par a legionibus cohortibusque redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens statimque in nos versa. Sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Vbiorum Trevirorumque auxilia foeda fuga dispersa totis campis palantur: illuc incubuere Germani, et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus Veterum nomen est. Praefectus alae Batavorum Claudius Labeo, oppidano certamine aemulus Civili, ne interfectus invidiam apud popularis vel, si retineretur, semina discordiae praeberet, in Frisios avehitur.*

*[19] Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortis, cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur. Intumuere statim superbia ferociaque et pretium itineris donativum, duplex stipendium, augeri equitum nume-*

ren heriotzarekin, morrontza Germaniatik egotzia izan ei zen eta ez ei zen Vitelio izan gerraz probokatua, Zesar Augusto baizik. Askatasuna animalia mutuei ere naturak emana dela; kementa, gizakien bakarren dohaina. Jainkoek irmoenei laguntzen zietela. Beraz, esets zitzatela, librerik, larri zeudenak, freskorik, jota zeudenak. Batzuk Vespasianoren, beste batzuk Vitelioren alde zireno, bidea bien aurka zegoela zabalik.

**18.** Hala, Galietara eta Germanietara oldarturik, asmoak ondo bazihoazen, oso nazio indartsu eta aberatsen gaineko erreinuz mehatxu egiten zuen. Flako Hordeoniok, berriz, Zivilen lehen saiakerak faboratu zituen disimuluan. Mezulari izutuek jakinarazi ziotenean kanpamendua asaltotan hartua, kohorteak suntsituak, erromatarren izena batavoen irlatik egotzia izan zela, Munio Luperko legatua (bi legioren kuarteletako buru zegoen) etsaiaren aurka abia dadin agintzen du. Luperkok berehala garraiatu zituen orduan zeuden legionarioak, eskuren zeuden ubioak, basea urrun ez zeukaten zaldizko treviroak, batavoen hegala bat gehiturik, zeinak, lehen ere erosia izan zenak, leialtasuna simulatzen baitzuen, erromatarrei guduan bertan traizio eginik, sari handiagoaren truke ihes egiteko. Zivilek, kohorte atzituaren banderekin inguratutik, bere soldaduentzat berriketako aintza begi aurrean izan zedin eta etsaiak hondamenaren gomutaz izu zitezen, bere ama eta arreba, baita denen emazte eta seme-alaba txikiak, bere atzean jartzeko agintzen du, garaipenerako kinagarri edo iheslarien lotsagarri. Gudu-zelaia gerlarien kantuz eta emakumeen uluz ozendu zenean, legioek eta kohortek antzik ere ez zeukan harrabotsez erantzuten dute. Batavoen unitatea, desertatzean, ezker hegala babes gabe utzi eta berbertan geure aurka itzuli zen. Baina soldadu legionarioak, egoera nahasian ere, armei eta lerroei eusten zien. Ubioen eta treviroen indar laguntzaileak, ihes lotsagarrian sakabanaturik, zelaia guztietan zehar zabaltzen dira. Germaniarrak harantz oldartu ziren eta legioek bitartean Vetera izeneko kanpamendura erretiratzeko modua izan zuten. Batavoen hegala prefektu Klaudio Labeon, herriko tirabirengatik Zivilen arerio, hilda herikideengan haserrikerik edo, atxikita, liskar hazirik sor ez zezan, frisiarregana deportatzen dute.

**19.** Egun haietan, batavoen eta kaninefateen kohorteak, Vitelioren aginduz Hirirantz zihoazela, Zivilek bidalitako mezuak atzematen ditu. Harrokeriaz eta lotsagabekeriaz hantu ziren berehala, eta bide-saritzat hobaria, ordain bikoitza, zaldizkoen kopurua emenda zedila, Viteliok eginiko agintzak, noski, erreklamatzeko zituzten, ez lortzeko asmoz,

*rum, promissa sane a Vitellio, postulabant, non ut adseque-  
rentur, sed causam seditioni. Et Flaccus multa concedendo  
nihil aliud effecerat quam ut acrius exposcerent quae scie-  
bant negaturum. Spreto Flacco inferiorem Germaniam peti-  
vere ut Civili iungerentur. Hordeonius adhibitis tribunis cen-  
turiionibusque consultavit num obsequium abnuentis vi coer-  
ceret; mox insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus  
auxiliorum animus et subito dilectu suppletæ legiones ange-  
bant, statuit continere intra castra militem: dein paenitentia  
et arguentibus ipsis qui suaserant, tamquam secuturus scrip-  
sit Herennio Gallo legionis primæ legato, qui Bonnam obti-  
nebat, ut arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis  
eorum haesurum. Et opprimi poterant si hinc Hordeonius,  
inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flac-  
cus omisit inceptum aliisque litteris Gallum monuit ne terre-  
ret abeuntis: unde suspicio sponte legatorum excitari bellum  
cunctaque quae acciderant aut metuebantur non inertia mili-  
tis neque hostium vi, sed fraude ducum evenire.*

*[20] Batavi cum castris Bonnensibus propinquarent, praemi-  
sere qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret. Nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens  
bellassent: longa atque inrita militia fessis patriæ atque otii  
cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin  
arma occurrant, ferro viam inventuros. Cunctantem legatum  
milites perpulerant fortunam proelii experiretur. Tria milia  
legionariorum et tumultuariæ Belgarum cohortes, simul  
paganorum lixarumque ignava sed procax ante periculum  
manus omnibus portis prorumpunt ut Batavos numero impa-  
ris circumfundant. Illi veteres militiæ in cuneos congregan-  
tur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti; sic  
tenuem nostrorum aciem perfringunt. Cedentibus Belgis  
pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. Ibi pluri-  
mum cladis: cumulatae corporibus fossae, nec caede tantum  
et vulneribus, sed ruina et suis plerique telis interiire. Victo-  
res colonia Agrippinensium vitata, nihil cetero in itinere hos-  
tile ausi, Bonnense proelium excusabant, tamquam petita  
pace, postquam negabatur, sibimet ipsi consulissent.*



sedizio arrazoitzat baizik. Eta Flakok, asko emanik, ez zuen besterik lortu ukatuko zitzaiera bazekitena lazkiago eska zezaten baino. Flako barregarri, Germania Beherera jo zuten Zivilekin biltzera. Hordeoniok, tribuno eta zenturioiak deiturik, obedientziari uko egiten ziotenak ea indarrez erreprimetuko zituen kontsultatu zien. Gero, bere berezko nagieriaz eta beldurti ingurukoak, laguntzaileen gogo anbiguoak eta bat-bateko erreklutatze osaturiko legioek larritzen zituztenak, soldadua kanpamendu barruan atxikitzea erabaki zuen. Geroago, damuz eta konbentzitu zutenek eurek salatzen zutelarik, jarraituko balie bezala, Herenio Galori, Bona gobernatzen zuen I. legioko legatuari, batavoei iragaitza mozteko idatzi zion: bera bere armadarekin haren bizkarrera itsatsiko zela. Eta menperatu ahalko zituzketen, hemendik Hordeoniok, handik Galok erdian hartu izan balituzte. Flakok hasiari laga zion eta Galori beste gutun batean abertitu zion ez izutzeko urruntzen ari zirenak: hortik susmoa, gerra legatuen gogoz pizten ari zela, eta gertatua zen edo beldur ziren guztia ez zela soldadua motelkeriagatik ez etsaien oldarragatik jazo, buruzagien gaiztakeriagatik baizik.

**20.** Batavoeak, Bonako kanpamendura hurbiltzean, kohorteen instrukzioak Herenio Galori azalduko zizkietenak aurretik bidali zituzten: eurek ez zeukatela inolako gerrarik erromatarren aurka, zeintzuen alde hainbestetan borrokatu baitziren. Milizia luze eta antzuak agortuta zeudenek aberri eta atsedean gogoia zeukatela. Inor aurrean jartzen ez bazitzairen, igarotze kaltegabea izango zela. Armarik bidera irteten bazitzairen, bidea ezpataz irekiko zutela. Soldaduek legatu zalantzatia guduaren zorira bultzatu zuten. Hiru mila legionario eta belgen kohorte inprobisatuak, bertakoen eta urketarien kontingente bat, koldarra baina arrisku aurretik lotsagabea, ondoan zutela, ate guztietatik bortxaz irteten dira, kopuruz gutxiago ziren batavoeak inguratzeko. Haiek, langintza militarrean beteranoak, ziritan biltzen dira, denerik formazio itxian eta aurre eta atze eta albo babesturik. Horrela, gutarren lerro ahula erditik hausten dute. Belgek atzera egitean, legioa uxatua da eta, nahas-mahas, oholesi eta ate bila ziharduten. Han, triskantzarik handiena: lubakiak hilotzez beterik, eta ez ziren hainbestean kolpeztatu eta zauriz hil, gehienak elkargainez eta euren armaz baizik. Garaileek, agripinarren kolonia saihestuz, gainerako bidaian ezein etsaigotara ausartu gabe, Bonako gudua justifikatzen zuten, bakea eskatu eta ukatu zitzaielarik, euren buruari begiratu behar ziotelako.

[21] *Civilis adventu veteranarum cohortium iusti iam exercitus ductor; sed consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos qui aderant in verba Vespasiani adigit mittitque legatos ad duas legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. Redditur responsum: neque proditoris neque hostium se consiliis uti; esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga Batavus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris poenas expectaret. Quae ubi relata Civili, incensus ira universam Batavorum gentem in arma rapit; iunguntur Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque.*

[22] *Adversus has concurrentis belli minas legati legionum Munius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant. Subversa longae pacis opera, haud procul castris in modum municipii extructa, ne hostibus usui forent. Sed parum provisum ut copiae in castra conveherentur; rapi permisere: ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt quae adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per campos equite; simul naves in adversum amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium signa, inde depromptae silvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire proelium mos est, mixta belli civilis externique facie obstupefecerant obsessos. Et spem obpugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus situm vix quinque milia armatorum Romanorum tuebantur; sed lixarum multitudo turbata pace illuc congregata et bello ministra aderat.*

[23] *Pars castrorum in collem leniter exurgens, pars aequo adibatur. Quippe illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat, neque umquam id malorum ut obpugnatum ultro legiones nostras venirent; inde non loco neque munimentis labor additus: vis et arma satis placebant. Bata-*

**21.** Zivilek, kohorte beteranoen heleraz jada armada erregularraren gidari, baina egitekoaren dudan eta erromatar indarra aintzat hartuz, han ziren guztiei Vespasianorenganako leialtasuna zin eginarazten die, eta mezulariak bidaltzen dizkie, aurreko guduan borrokaturik, Vetera Kastrara erretiratu ziren bi legioei, zin bera egin zezaten. Erantzuna bueltan: ez zutela jarraituko traidore baten ez etsaien aholkurik. Euren printzea Vitelio zela, zeinaren alde leialtasuna eta armak azkeneraino atxikiko zituzten. Beraz, desertore batavoak ez zezala erromatar auzien erabakirik beregaindu, baizik egon zedila bere krimenagatiko zigor merezien zain. Zivili hori azaldu ziotenean, suak harturik, batavoek nazio guztia armetara arrastatzen du. Brukteroak eta tenkteroak batzen zaizkio, eta Germania, mezulariek harrapakira eta ospera altxatua.

**22.** Gerra-mehatxu bateratu horien aurrean, Munio Luperko eta Numisio Rufo oholesia eta harresiak sendotzen ari ziren. Bake luzeko eraikinak, udalerrri gisan kanpamendutik ez urrun jasoak, eraitsi egin zituzten, etsaien erabilgarri izan ez zitezen. Baina kanpamendurako hornidura-lorra gaizki aurreikusi zen. Bortxaz hartzen utzi zuten; hala, indiziplinaz egun gutxitan xahutu zuten premientzat luzerako aski izango zena. Zivilek, batavorik onenekin armadaren erdigunea harturik, Rhenoren bi ertzak germaniarren osteekin betetzen ditu, bistarako ikaragarriago izan zedin, zelaietan zaldizkoek erasoz. Aldi berean, untziei ibaian gora eragiten zieten. Alde batetik, kohorte beteranoen banderek, bestetik, baso eta oihanetatik ateratako piztia irudiek, herri bakoitza borrokan sartu ohi den eran, gerra zibil eta kanpokoaren itxurak nahastean zirela, setiatuak zur eta lur utzi zituzten. Eta erasotzailleen itxaropena oholesiaren tamainak areagotzen zuen, zeina, bi legio-erentzat eraikia, bost mila gizon armatuk ozta defendatzen batzituten. Baina urketari pilo batek, bakea haustean, hantxe batu eta gerran zihar-duen laguntzaile.

**23.** Kanpamendu zati bata leunki igotzen zen muinoan gora, bestea lautadatik iristen zen. Augustok uste izan zuen, noski, kuartel haiekin Germaniak inguraturik eta hertsaturik gelditzen zirela eta inoiz ez zela izango gure legioenganako ofentsiban etor zitezen zoritxarrik. Hortik, ez kokapenean ez gotorlekuetan ahaleginik gehitu ez izana. Indarra eta armak askitzat zituzten. Batavoak eta Rhenoz handikoak, euren kementa, banan, argiago ikus zedin, herri bakoitza bereiz kokatzen dira,

*vi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt, eminus lacescentes. Post ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium inrita haerebant et desuper saxis vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, adpositis plerique scalis, alii per testudinem suorum; scandebantque iam quidam, cum gladiis et armorum incussu praecipitati sudibus et pilis obruuntur, praeferoces initio et rebus secundis nimii. Sed tum praedae cupidine adversa quoque tolerabant; machinas etiam, insolitum sibi, ausi. Nec ulla ipsis sollertia: perfugae captivique docebant struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis propellere, ut alii superstantes tamquam ex aggere proeliarentur, pars intus occulti muros subruerent. Sed excussa ballistis saxa stravere informe opus. Et cratis vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae, ultroque ipsi obpugnatores ignibus petebantur, donec desperata vi verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum imbellis turbae; simul ex inopia proditio et fluxa servitiorum fides ac fortuita belli sperabantur.*

*[24] Flaccus interim cognito castrorum obsidio et missis per Gallias qui auxilia concirent, lectos e legionibus Dillio Vocolae duoetvicensimae legionis legato tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret, ipse navibus <invaldit> invalidus corpore, invisus militibus. Neque enim ambigue fremebant: emissas a Mogontiaci Batavorum cohortis, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos. Non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse. Aperta odia armaque palam depelli: fraudem et dolum obscura eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere quidquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi: quin potius interfecito traditore fortunam virtutemque suam malo omine exolverent. His inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano litterae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit, vinctosque qui attulerant ad Vitellium misit.*

urrundik esetsiz. Gero, jaurtigairik gehienak dorreetan eta harresien almenetan alferrik josten zirenez, eta goitik harrika zaurituak zirenez, oholesia oihuz eta oldarrez inbaditu zuten, askok zurubiak jarritz, beste batzuk eurek dortokarekin. Eta batzuk bazihoazen gorantz, baina, ezpatek eta armen kolpeek jaurtirik, makilaz eta txabalinaz birrinduak dira, harroputzegi hasieran eta aldeko egoeran. Baina orduantxe ere eusten zioten okerrari, harrapaki-irrikari esker. Makinekin ere, ohigabea eurentzat, ausartu ziren. Eta horretan ez zeukaten inolako antzerik; desertoreek eta prisioneroek irakasten zieten tabloiak zubi gisan jasotzen, gero, azpian jarritako gurplekin sakatzen, halako eran, non batzuk, gainera igorik, lubetatik bezala borrokatzen baitziren, barruan ezkutaturik, harresiak azpijaten. Baina balezteak jaurtitako harrikadek lan erdi-egina desegin zuten. Eta koltzak eta manteleteak prestatzen zihardutenei katapultekin geziak sutan jaurti zizkieten, erasotzaileak eurak ere suak estutzeraino, harik eta, indarrean amore emanez, taktika itxarotera bideratu zuten arte, bai baitzekiten egun gutxitarako jana zeukatela, eta gerrarako gauza ez zen jendetza handia. Halaber, urritasunak eraginiko traizioa eta esklaboen leialtasun zalanzkorra eta gerraren gorabeherak itxaroten ziren.

**24.** Flakok, bitartean, kanpamenduaren setioa jakinik eta Galietan zehar errefortzuak biltzekoak bidalirik, Dilio Vokulari, XXII. legioko legatuari, legioetako gizon hautak entregatzen dizkio, ahalik martxarik luzeenetan urertzean zehar azkar ibili zedin. Berak untziekin joko zuen, soldaduei gaitzi zaien gorputzaz baliatzeke. Eta ez zuten, izan ere, dudan protestatzen: Mogontziatik batavoen kohorteei alde egiten utzi zitzaie, Zivilen planak disimulatu zirela, germaniarrei aliantzara deitzen zitzaie. Vespasianok ez ei zuen askorik aurreratu Primo Antonio eta Muzianoren langintzaz. Gorrotoak nabariak zirela eta armak argiro ezeztatuak; iruzurra eta azpikeria, ilunak eta, horregatik, saihestezinak. Zibil aurrean jartzen zela, lerroak eratzen zituela. Hordeoniok lotegitik eta ohetik agintzen ei zuen etsaiari komeni zitzaion guztia. Gizon txit indartsuko hainbeste unitate agure bakar baten osasun txarrak gidatzen zituela. Hobe zuketela, traidorea erailik, euren zoria eta kementa parte txarretik askatu. Horrelako hitzekin elkar berturik, areago sutu zituen Vespasianok bidalitako gutun batek, zeina Flakok, ezkutatu ezin zuenez, batzarraren aurrean ozenki irakurri baitzuen, eta ekarleak Viteliori lotuta bidali zizkion.

[25] *Sic mitigatis animis Bonnam, hiberna primae legionis, ventum. Infensor illic miles culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iussu directam adversus Batavos aciem, tamquam a Mogontiaci legiones sequerentur; eiusdem proditione caesos, nullis supervenientibus auxiliis: ignota haec ceteris exercitibus neque imperatori suo nuntiari, cum adcurso tot provinciarum extingui repens perfidia potuerit. Hordeonius exemplaris omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit instituitque pessimum facinus, ut epistulae aquiliferis legionum traderentur, a quis ante militi quam ducibus legebantur. Tum e seditiosis unum vinciri iubet, magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret. Motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem, adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant: mox valescentibus Germanis pleraeque civitates adversum nos arma <sumpserunt> spe libertatis et, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant: quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur. Conscendit tribunal Vocula mira constantia, presumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit: et dum mali pavent, optimus quisque iussis parere. Exim consensu ducem Voculam poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit.*

[26] *Sed discordis animos multa efferabant: inopia stipendii frumentique et simul dilectum tributaque Galliae aspernantes, Rhenus incognita illi caelo siccitate vix navium patiens, arti commeatus, dispositae per omnem ripam stationes quae Germanos vado arcerent, eademque de causa minus frugum et plures qui consumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent: quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira dei vocabatur. Ingressis Novesium sexta decima legio coniungitur. Additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus; nec ausi ad hostem pergere \* \* (loco Gelduba nomen est) castra fecere. Ibi*

**25.** Gogoak horrela bareturik, Bonara iritsi ziren, I. legioaren kuarteletara. Han soldaduak, muzinkorrako, hondamenaren errua Hordeoniori egozten zion: batavoen aurkako borroka lerroa harexen aginduz eratu zela, legioek Mogontziatik jarraitzekotan bezala; harexen traizioagatik txikituak izan zirela, inongo laguntzarik etorri gabe. Beste armadek horrelakorik ez zekitela eta euren enperadoreari ere ez zitzaiola jakinarazten, hainbeste probintziaren partaidetzaz traizioa hasieran bertan ito zitekeelarik. Hordeoniok armadari gutun guztien kopiak irakurri zizkion, non Galietatik eta Britanitik, berdin Hispanietatik, errefortzuak eskatzen zituen, eta aurrekari txit oker bat ezarri zuen: mezuak legioetako arrano-eramaleei ematea, zeintzuek soldaduari buruzagiei baino lehenago irakurtzen zioten. Orduan sediziozaleetarik bat atxilotzeko agindu zuen, areago ahalmena garatzearen, bakarraren errua zelako baino. Eta armada Bonatik Agripinar Koloniara translatu zuten, hasieran erromatarren kausa bete-betean defendatzen zuten galiarren errefortzuak ere bildurik. Gero, germaniarrak indartzean, hiririk gehienek geure aurka hartu zituzten armak, askatasun-itxaropenez eta, esklabotzatik libratzen baziren, agintzeko irrikaz. Legioen amorrua bizituz zihoan eta soldadu bakar bat kateatzeak ez zuen izurik eragin; areago, hark berak salatzen zuen buruzagiaren konplizitatea, argudiatuz ezen, Zivilen eta Flakoren arteko mezulari, egia-  
ren lekuko zelako atxilotzen zutela gezurrezko salaketan. Vokula tribunara igo zen irmotasun miresgarritz eta soldadua, gogorki atxikia eta oihu batean, supliziora eramateko agindu zuen: eta txarrak izu zirela, onenek aginduak obeditu zituzten. Harrezkero, denen ahoak buruzagitzat Vokula eskatzen zuelarik, Flakok goren agintea entregatu zion.

**26.** Baina gauza asko ziren gogo desberdinen zakartzaile: soldata eta gari falta eta, aldi berean, Galiak, erreklutatzeari eta zergei uko egiten zietenak; Rhenok, klima hartan ezezagun zen lehortearekin, nekez onartzen zuen untzirik; horniketa zailak, urertz guztian jarritako postuak, germaniarren iragaitza mozteko, eta, arrazoi berorregatik, jenero gutxiago eta kontsumitzaile gehiago. Ezjakinen artean, ur eskasia bera ere miraritzat hartzen zen, ibaiek edo inperioaren babeski zaharrek ere abandonatuko bagintuzte bezala. Bake-garaian zori edo berezko, orduan patu eta jainkoen sumin deitzen zitzaion. Novesion sartutakoa, XVI. legioa biltzen zaie. Vokulari, bere eginkizunean laguntzeko, Herenio Galo legatua erantsi zitzaion; eta etsaiarenganantz jarraitzen

*struenda acie, muniendo vallandoque et ceteris belli meditationis militem firmabant. Utque praeda ad virtutem accenderetur, in proximos Cugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus; pars cum Herennio Gallo permansit.*

*[27] Forte navem haud procul castris, frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus misitque subsidio cohortem: auctus et Germanorum numerus, paulatimque adgregantibus se auxiliis acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt. Victi, quod tum in morem verterat, non suam ignaviam, sed perfidiam legati culpabant. Protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis prodidisset exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium invidia: illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant, donec exitium minitantibus exterritus proditionem et ipse Hordeonio obiecit; vinctusque adventu demum Voculae exolvitur. Is postera die auctores seditionis morte adfecit: tanta illi exercitus diversitas inerat licentiae patientiaeque. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni: inde scelerum ac suppliciorum vices et mixtus obsequio furor, ut contineri non possent qui puniri poterant.*

*[28] At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. Ille, ut cuique proximum, vastari Vbios Trevirosque, et aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. Actae utrobique praedae, infestius in Vbiis, quod gens Germanicae originis eiurata patria [Romanorum nomen] Agrippinenses vocarentur. Caesae cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes, quia procul ripa aberant. Nec quievire Vbii quo minus praedas e Germania peterent, primo impune, dein circumventi sunt, per omne id bellum meliore usi fide quam fortuna. Contusis Vbiis gravior et successu rerum ferocior Civilis obsidium legionum urgebat, intentis custodiis ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molemque operum Batavis dele-*



ausartu beharrean \*\*\* (lekuari Gelduba deritzo), kanpamendua altxatu zuten. Han, gudu lerroa eratuz, lubakiak zulatu eta oholesiak jasoz eta beste zenbait gerra-lanez, soldadua gogortzen zuten. Eta harrapakiaren pozean kemena piz zekion, Zivilekiko aliantza onartu zuten kugernoen herri hurbiletara eraman zuten Vokularen armada. Zati bat Herenio Galorekin gelditu zen.

**27.** Hain zuzen, ez kanpamendutik urrun, germaniarrak gariz kargaturiko unti bat euren urertzera arrastatzen ari ziren, hondoa jota gelditu baitzen. Galok, ezin jasanik, kohorte bat bidali zuen laguntzera. Germaniarrren taldea ere handitu zen eta, apurka-apurka errefortzuak gehituz, benetako gudua gertatu zen. Germaniarrak untziaz jabetzen dira, gutarren sarraski handiz. Garaituek errua (orduan ohitura bihurtua zenez), euren geldokeriari barik, legatuaren saldukeriari bota zioten. Dendatik atera eta, soinekoak urraturik, gorputza kolpaturik, zegan, zeintzuk konplizerekin traditu zuen armada esateko agintzen diote. Hordeonioren aurkako ezinikusia berriro: hari krimenaren eragile, honi egile deitzen diote, harik eta, heriotzaren mehatxupean, izuturik, traizioa Hordeoniorri ere egotzi zion arte. Eta lotuta gelditurik, azkenean Vokularen etorrerak askatzen du. Honek, biharamunean, sedizioaren eragileak heriotzaz zigortu zituen: armada hartan horrexenbesteko aldea zegoen indiziplinatik mentasunera. Dударik gabe, soldadu soila Vitelioren leiala zen, goragokoak Vespasianozaleago. Hortik krimen-zigorren txandak eta haserre-obedientzien nahastea, ezin menperatuz zigor zitezkeenak.

**28.** Zibil, ostera, Germania osoak ekarpen neurrigabeekin handitzen zuen, nobleenekiko aliantza bahiekin sendotuz. Hark, nor hurbilago zen kontu, ubioak eta treviroak deboilatzeke agintzen du, eta beste kontingente batek Mosa ibaia zeharka dezala, menapioak eta morinoak, hots, Galietako azken lurraldea, zigortzera. Bi fronteetan bildu zen harrapakia, ubioen artean gordinkiago, zeren, germaniar jatorriko herri, euren aberria ukaturik, erromatarren izenaren arabera, agripinarrak deitzen baitzieten. Markoduro herrian txikituak izan ziren haien kohorteak, ezaxolegi baitziharduten, ibaiertzetik oso urrun zeudela eta. Eta ubioak ez ziren Germanian harrapakitan aspertu, lehenengotan inpuneki; gero inguratuak izan ziren, gerra hartan guztian leilatasuna zortea baino gehiago izanez. Ubioen txikizioarekin ahaltsuago eta ekintzen arrakastaz harroturik, Zivilek legioen setioa estutzen zuen, begiraleak adi zeudela, etor zitekeen errefortzuaren ezein mezulari ezkutu sar ez zedin.

gat: Transrhenanos proelium poscentis ad scindendum vallum ire detrusosque redintegrare certamen iubet, superante multitudine et facili damno.

[29] *Nec finem labori nox attulit: congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela per tenebras vana: Romani conspicuam barbarorum aciem, et si quis audacia aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Civili et restincto igne misceri cuncta tenebris et armis iubet. Tum vero strepitus dissoni, casus incerti, neque ferendi neque declinandi providentia: unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere artus; nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare et ignavorum saepe telis fortissimi cadere. Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles periculorum gnarus ferratas sudis, gravia saxa non forte iaciebat. Ubi sonus molientium aut adpositae scalae hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi; multos in moenia egressos pugionibus fodere. Sic exhausta nocte novam aciem dies aperuit.*

[30] *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam praetoriae portae (is aequissimus locus) propinquantem promoti contra validi asseres et incussae trabes perfringere multa superstantium pernicie. Pugnatumque in percussos subita et prospera eruptione; simul a legionariis peritia et arte praestantibus plura struebantur. Praecipuum pavorem intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso praeter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti verso pondere intra castra effundebantur. Civilis omissa expugnandi spe rursus per otium adsidebat, nuntiis et promissis fidem legionum convellens.*

[31] *Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta, cuius eventum litterae Primi Antonii docuere, addito Caecinae edicto; et praefectus cohortis e victis, Alpinus Montanus, fortunam partium praesens fatebatur. Diversi hinc motus animorum: auxilia e Gallia, quis nec amor neque odium in*

Makinak eta hurbiltze-lanen zeregin handia batavoei ematen dizkie. Borroka eske zeuden Rhenoz handikoak hurbiltzeko agintzen du oholesian bitartea irekitzera, eta ezeztatuak izanik, ekiteko berriz borrokari, jendea sobera eta galerak jasagarriak izanik.

**29.** Gauak ere ez zuen lanaren amairik ekarri: inguruetatik egurra bildu eta errez, aldi berean otorduak eginez, bakoitza ardoz berotu ahala, alferreko ausarkeriak borrokara arrastatzen zituen. Haien tiroak, behintzat, kaltegabeak ziren ilunean zehar. Erromatarrek barbaroen formazio ikusgaia eta ausarkeriagatik edo banderengatik distira zuen edozer hartzen zuten itutzat. Zivilek egoera ulertu zuen eta, sua itzalirik, dena ilunez eta armaz nahasteko agintzen du. Orduan harrabots nahasiak, ekintza dudazkoak eta kolpea prestatu edo saihestu ezinekoak: oihiak nondik zetozen, gorputzak harantz itzultzen, lohadarrak atezatzen zituzten; kemenak ez zuen ezertarako balio, zoriak dena endredatzen zuen, eta kementsuenak koldarren tiropean jausten ziren sarritan. Germaniarrengan, amorru temerarioa. Erromatar soldaduak, arriskuaren jakitun, burdinaz eta harri astunez erremataturiko pikak jaurtitzen zituen ez nolanahi. Apurtzaileen edo zurubi erantsien hotsak etsaia eskura aurkezten zienean, ezkutuz bultzatzen, lantzaz erasotzen zioten. Harresietara jauzi egina zuen asko sastagaiz zeharkatzen zuten. Gaua horrela amaiturik, egunak bataila ezhokoa agertu zuen.

**30.** Batavoei bi solairuko dorrea eraiki zuten, pretoriar atera hurbiltzean (tokirik irisgarriena zen), bere kontra jaurtitako enborrek eta kolpatzen zuten hageek erditik hautsi zutena, gainean zeudenen triskantza handiz, eta eraitsien aurka oldar azkar eta oparoz borrokatu ziren. Aldi berean, legionarioek antzez eta teknikaz nabarmentzen ziren traman-kulu berriak prestatzen zituzten. Izurik handiena makina zintzilikatu eta kulunkari batek sortu zuen, zeina bat-batean beherantz jaurtirik, etsai bat edo batzuk, euretarren begietan aiererantz erauziak, kanpamendu barruan jausten baitziren, kontrapisua aldatutakoan. Zivilek, asaltoan hartzeko itxaropena galdurik, ekintza gabe setiatzen zituen berriz, legioen leialtasuna mezuz eta promesaz apurtu guran.

**31.** Hori guztia Germanian gertatu zen Kremonako guduaurretik, zeinaren emaitza Primo Antonioren mezulari batek jakinarazi zuen, Zezinaren ediktu bat erantsita. Eta garaituen kohorteko prefektuak, Alpinio Montanok, bere alderdiaren zoria bere presentziaz erakusten zuen. Hortik gogoen erreakzioak ezberdinak izatea: Galiako indar

*partis, militia sine adfectu, hortantibus praefectis statim a Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis adfirmans: et cum cetera iuris iurandi verba conciperent, Vespasiani nomen haesitantes aut levi murmure et plerumque silentio trans mittebant.*

*[32] Lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum inritavere, tamquam ad socium partium scriptae et de Germanico exercitu hostiliter. Mox adlatis Gelludubam in castra nuntiis eadem dicta factaque, et missus cum mandatis Montanus ad Civilem ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret: si Vespasianum iuvare adgressus foret, satis factum coeptis. Ad ea Civilis primo callide: post ubi videt Montanum praeferocem ingenio paratumque in res novas, orsus a questu periculisque quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset, ‘egregium’ inquit ‘pretium laborum recepi, necem fratris et vincula mea et saevissimas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus iure gentium poenas reposco. Vos autem Treviri ceteraeque servientium animae, quod praemium effusi totiens sanguinis expectatis nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, securis et dominorum ingenia? en ego praefectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus vel saepta ferro fameque premimus. Denique ausos aut libertas sequetur aut victi idem erimus.’ sic accensum, sed molliora referre iussum dimittit: ille ut inritus legationis redit, cetera dissimulans, quae mox erupere.*

*[33] Civilis parte copiarum retenta veteranas cohortis et quod e Germanis maxime promptum adversus Voculam exercitumque eius mittit, Iulio Maximo et Claudio Victore, sororis suae filio, ducibus. Rapiunt in transitu hiberna alae Asci burgii sita; adeoque improvisi castra involavere ut non adloqui, non pandere aciem Vocula potuerit: id solum ut in tumultu monuit, subsignano milite media firmare: auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque compositis*

laguntzaileak, alderdiarenganako laztanik ez herrarik ez eta bai grina gabeko milizia zeukatenak, prefektuek aholkaturik, Viteliorengandik berehala apartatzen dira; soldadu beteranoa zalantzan zegoen, baina, Hordeonio Flakok bultzaturik, tribunoek hertsaturik, zina jaulki zuen, aurpegikeraz eta bihotzez hainbestean berretsi gabe, eta besteek zin hitzak jasotzen zituzten bitartean, Vespasianoren izena dudan edo mar-maratxoan eta gehienetan isilean errepikatzen zuten.

**32.** Antonioreen Ziviltentzako gutunak, gero biltzarrean irakurriak, soldaduen susmoak eragin zituen, alderdiaren aliatu bati eta germaniar armadarenganako etsaigoz idatzia izan zela ulertuz. Gero, albisteak Geldubara, kanpamendura iritsitakoan, esan-egin berdinak gertatu ziren, eta Montano Zivilengana bidali zuten, gerrari uzteko eta kanpo-ekintzak gezurrezko altxamenduz ez estaltzeko aginduekin. Vespasianori laguntzea erabaki bazuen, nahikoa egin zela horretan. Horri, lehenik maltzurki, gero, Montano jarrera harroan eta egoera berrietarako prest ikusirik, kexa batekin eta erromatar kanpamenduetan hogeita bost urtean zehar igarotako arriskuekin hasirik, erantzun zion: «Neure nekeen ordain bikaina jaso nuen, bai: anaiaren heriotza eta neure kateak, eta armada honen hitzik gogorrenak, zeintzuen aurka, supliziora aldarrikatu nindutenez gero, zigorrak eskatzen baititut nazioen zuzenbidearen arabera. Zuek, oster, treviro eta gainerako esklabo arimok, hainbeste aldiz isuritako odolaren zer sari itxaroten duzue, ezpada milizia latza, zerga hilezkorak, makilak, aizkorak eta tiranoen kapritxoak? Hona nik, kohorte bakarraren prefektu naizenak, eta Galien zatitxo bat besterik ez ziren kaninefate eta batavoek, kanpamendu gunen huts haiek desegiten edo, inguraturik, ezpataz eta gosez estutzen ditugula. Azkenean, edo, ausarturik, askatasunak jarraituko digu, edo, menperaturik, berdin jarraituko dugu». Horrelaxe berotu zen, baina hitz leunagoak transmititzeko aginduekin bidali zuen. Hura legazioan porrot eginik bezala itzuli zen, laster lehertuko zen gainerakoa disimulatuz.

**33.** Zivilek, tropen zati bat atxikirik, kohorte beteranoak eta germaniarrik ausartenak Vokularen eta honen armadaren aurka bidaltzen ditu, Julio Maximo eta bere arrebaren seme Klaudio Viktorren agidupean. Bidean, Asziburgion kokaturiko zaldieria-hegal baten koartela suntsitzen dute. Eta hain ustekabea oldartu ziren kanpamenduaren gainera, ezen Vokulak ez harengatzerik ez lerroak hedatzerik izan baitzuten. Nahasmenean egoki zen bakarra abertitu zuen: erdigunea legio-

*hostium ordinibus terga in suos vertit. Caedes inde, non proelium. Et Nerviorum cohortes, metu seu perfidia, latera nostrorum nudavere: sic ad legiones perventum, quae amissis signis intra vallum sternebantur, cum repente novo auxilio fortuna pugnae mutatur. Vasconum lectae a Galba cohortes ac tum accitae, dum castris propinquant, audito proeliantium clamore intentos hostis a tergo invadunt latioremq̃ quam pro numero terrorem faciunt, aliis a Novaesio, aliis a Mogontiaco universas copias advenisse credentibus. Is error Romanis addit animos, et dum alienis viribus confidunt, suas recipere. Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie corripuerant. Caesarum eo die in partibus nostris maior numerus et imbellior, e Germanis ipsa robora.*

*[34] Dux uterque pari culpa meritis adversa prosperis defuere. Nam Civilis si maioribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset castraque perrupta excidisset: Vocula nec adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victusque; dein victoriae parum confisus, tritis frustra diebus castra in hostem movit, quem si statim impellere cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem impetu potuit. Temptaverat interim Civilis obsessorum animos, tamquam perditae apud Romanos res et suis victoria provenisset: circumferebantur signa vexillaque, ostentati etiam captivi. Ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit, confossus illico a Germanis: unde maior indici fides; simul vastatione incendiisque flagrantium villarum venire victorem exercitum intellegebatur. In conspectu castrorum constitui signa fossamque et vallum circumdari Vocula iubet: depositis impedimentis sarcinisque expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poscentium; et minari adsueverant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto incompositi fessique proelium sumpserunt; nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium quam virtute suorum fretus. Varia apud Romanos fortuna et seditionosissimus quisque ignavus: quidam recentis victoriae memores retinere locum, ferire hostem, seque et proximos*

narioekin sendotzeko. Indar laguntzaileak denean zabaldu ziren. Zaldieriak jo zuen eta, etsaien lerro ondo kokatuek hartua izanik, atzera egin zuen beretarren alderantz. Hortik aurrera sarraskia izan zen, ez gudua. Eta nervioen kohortek, beldurrez edo traizioz, gutarren alboak agerian utzi zituzten. Hala, legioetaraino iritsi ziren, zeintzuk, banderak bertan behera, oholesiaren barruan eraisten zituztela, borrokaren zortea tanpez aldatu baitzen uste gabeko laguntza batekin: vaskoien kohortek, Galbak erreklutatu eta orduan deituek, kanpamendurantz hurreratzean, gudularien harrabotsa entzunik, arreta finkoan ziharduten etsaiei bizkarretik erasotzen diete eta kopuruari zegokion baino izu handiagoa sortzen, batzuek Novesioko, beste batzuek Mogontziako tropa guztiak iritsi zirela pentsatzean. Errakuntza hark kemena piztu zuen eta, inoren indarrean fidatzen zirela, euren berritzen zuten. Oinezkoetan ziren batavorik suharrenak desegiten dituzte. Zaldizkoak ihes egin zuen banderekin eta gudu hasieran atzitutako gatibuekin. Hilan kopurua egun hartan handiagoa eta gerrarako ezgaiagoena izan zen gure alderdian; germaniarrenean, onenak jausi ziren.

**34.** Bi buruzagiek, aurkako gorabeheretan erru berdina merezi izan ondoren, aldekoetan huts egin zuten. Zivilek, izan ere, lerroa efektibo handiagoekin osatu izan balu, ezin izango zukeen hain kohortek urriek inguratua izan, eta bitartea irekia zuen kanpamendua suntsituko zukeen. Vokulak ere ez zuen etsaien helera jagon eta, horregatik, irtenaz batera menperatua izan zen. Gero, garaipenean gutxi fidaturik, egunak alferrik igaro ondoren, kanpamendua altxatu zuen etsaiaren aurka jotzeko, zeina estutzen eta gertaeren abioari jarraitzen bizkortu izan balitz, legioenganako setioa mugida berean gaintitu ahalko baitzukeen. Zivilek, bitartean, setiatuen gogoak tentatu zituen, erromatarren egoera galdua eta garaipena euren eskura etorria bailitzan. Inguruan ikurrak eta bandera zabaltzen eta prisioneroak ere erakusten zituzten. Horiatariko batek, ekintza bikainera arriskatuz, ahots ozenez zer gertatu zen agertu zuen, germaniarrek berbertan josia izanik; hortik haren agerpena sinesgarriago egin zen. Aldi berean, txikiziotik eta sutan ziren villetatik argi zirudien armada garailea bazetorrela. Vokulak banderak kanpamenduaren bistan ipintzeko eta inguruan lubakia eta oholesia egiteko agintzen du: ekipajea eta fardelak utzi eta esku librean borroka zitezela. Hortik buruzagiaren aurkako oihuak, borroka eskatzen zutenen aldetik. Eta mehatxura ohituak zeuden. Lerroa ondo kokatzeko astirik

*hortari et redintegrata acie manus ad obsessos tendere ne tempori deessent. Illi cuncta e muris cernentes omnibus portis prorumpunt. Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit: sed Vocula omissis fugientium tergis vallum turrisque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret, corrupta totiens victoria non falso suspectus bellum malle.*

*[35] Nihil aequae exercitus nostros quam egestas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Novaesium missa ut inde terrestri itinere frumentum adveherent; nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile. Qui ubi rursus missos Novaesium frumentatores datasque in praesidium cohortis velut multa pace ingredi accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit, praemissis qui pontis et viarum angusta insiderent. Pugnatum longo agmine et incerto Marte, donec proelium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris, quae relictorum illic militum praesidio tenebantur. Non erat dubium quantum in regressu discriminis adeundum foret frumentatoribus onustis percussisque. Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decima legionibus apud Vetera obsessis, indomitum militem et ducibus infensum. Plures quam iussum erat profecti palam in agmine fremebant, non se ultra famem, insidias legatorum toleraturos: at qui remanserant, desertos se abducta parte legionum querebantur. Duplex hinc seditio, aliis revocantibus Voculam, aliis redire in castra abnudentibus.*

*[36] Interim Civilis Vetera circumsevit: Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit, [Civilis capit Geldubam] mox haud procul Novaesio equestri proelio prospere certavit. Sed miles secundis adversisque perinde in exitium ducum accendebatur; et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctae legiones donativum exposcunt, comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hor-*



ere hartu gabe, desordenan eta nekaturik, guduan hasi ziren. Zibil han zen, noski, etsaien akatsetan ez gutxiago fidaturik beretarren dohaietan baino. Erromatarren zortea aldakorra zen, eta sediziozaleenak koldarren. Batzuek, berrikitako garaipena gogoan, posizioari eusten zioten, etsaia zauritzen eta euren buruak eta ingurukoak adoretzen, eta, borroka berriturik, setiatuei seinaleak egiten zizkieten, aukera gal ez zezaten. Haiek, harresietatik dena hautemanez, ate guztietatik oldartzen dira. Eta, hain zuzen, Zibil, zaldiaren labainkadan lurrera jausia, zauritua edo hila izan zen zurrumurrua bi armadetan sinetsi baitzen, beretarrengan izu eta etsaiengan poz itzela sortu zen. Baina Vokulak, ihesi zihoazenak jazarri beharrean, oholesia eta kanpamenduko dorreak handitzen ziharduena, berriro setio-mehatzua bailitzan, garaipena hainbestetan arbuaturik, susmopeko, ez arrazoi gabe, gerra nahiago ez ote zuen.

**35.** Gure armadarentzat ez zegoen janaririk eza bezalako zigorrik. Gerra-ekipajea, borrokarako gai ez zirenen bitartez, Novesiora bidali zuten, handik garia lehor bidetik garraia zezaten, ibaiaren jabe etsaiak baitziren. Lehen konboiak lasai aurrera egin zuen, oraindik Zibil ganoraz indarberritu gabe. Hornitzaileak berriro Novesiora igorriak izan zirela eta jagoletzat emandako kohorteak, soldadua banderekin sakabaturik, armak ibilgailuetan, denak indiziplinan deslari, bake garbian bezala zihoazela jakin zuenean, ordenan erasotzen die, zubien eta bideetako estuguneen arduradunak aurretik bidalita. Formazioaren luzera osoan eta Martitz dudazkoan borrokatu ziren, gauak guduari amaia ezarri arte. Kohortek Geldubarraino jarraitu zuten, kanpamendua zegoen bezala gelditurik, han utzitako soldadu-guarnizioaren esku. Ez zegoen dudarik gariketariak, kargaturik eta abaildurik, itzuleran zer arrisku handiari aurre egin beharko zioten. Vokulak bere armadari mila erantsi zizkion, Veteran setiatutako V. eta XV. legioetatik hautatuak, soldadu makurgaitz eta buruzagiekin etsaikorrak eurok. Agindu zitzaion baino kopuru handiagoan abiatuturik, formazioan ozenki protestatzen zuten ez zeudela gosea eta legatuen azpikeriak luzarago jasatekotan. Gelditzen zirenak, berriro, legioen zati bat eramatean, abandonatuak izanaren kezka ziren. Hortik sedizio bikoitza, batzuek Vokulari birdeituz, beste batzuek kanpamendura itzultzeari kontra eginez.

**36.** Bitartean, Zivilek Vetera setiatu zuen. Vokula Geldubara erretiratu zen eta handik Novesiora. Geroago, zaldi guduan borrokatu zen emaitza onez, Novesiotik ez urrun. Baina soldadua, aldekoan zein kontrakoan

*deonius nomine Vespasiani dedit, idque praecipuum fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum et epulas et nocturnos coetus veterem in Hordeonium iram renovant, nec ullo legatorum tribunorumve obsistere auso (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset.*

*[37] Vbi sedato impetu metus rediit, centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere, auxilia ac stipendia oraturos: ipsi, ut est vulgus sine rectore praeceps pavidum socors, adventante Civile raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res adversae discordiam peperere, iis qui e superiore exercitu erant causam suam dissociantibus; Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. Dein mutati in paenitentiam primani quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur, apud quem resumpto Vespasiani sacramento ad liberandum Mogontiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Chattis Vsipis Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenti: in via dispersos et nescios miles noster invaserat. Quin et loricam vallumque per finis suos Treviri struxere, magnisque in vicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga populum Romanum merita mox rebelles foedarent.*

*[38] Interea Vespasianus iterum ac Titus consulatum absentes inierunt, maesta et multiplici metu suspensa civitate, quae super instantia mala falsos pavores induerat, descivisse Africam res novas moliente L. Pisone. Is <pro consule> provinciae nequaquam turbidus ingenio; sed quia naves saevitia hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui una ex re publica annonae cura, clausum litus, retineri commeatus, dum timet, credebat, agentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant, ne victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebilis nulla umquam civilis victoria satiavit.*

berdin, buruzagien hondamenara sutsuki makurturik zebilen. Eta V. eta XV.ekoen heleran, legioek, handiturik, saria erreklamatzan dute, Vitelio dirua bidali zuela jakinik. Eta, zalantza luze gabe, Hordeoniok Vespasianoren izenean eman zien, eta horixe izan zen sedizioaren elikua. Larkeriei eta tripakadei eta gau bilerei emanik, Hordeoniorenganako gorroto zaharra berritzen dute eta, ezein legatu ez tribuno jarkitzen ez ausaturik (gauak lotsa guztia eramana baitzuen), ohetik atera eta bertan hiltzen dute. Gauza bera prestatzen ari zen Vokularen aurka ere, baldin, esklabo jantzirik, ilunetan inork ezagutu gabe hanka egin ez balu.

**37.** Oldarra bareturik, beldurra itzuli zenean, zenturioiak Galietako hirientzako gutunekin bidali zituzten, errefortzuak eta soldata eskatzeko. Eurek, olde gidari gabeko, arrapatako, beldurti, sogorrean ohi denez, Zibil iristean, armei nolanahi heldu eta berehala jareginik, ihesari damaiote. Egoera okerrak liskarra sortu zuen, goiko armadatik zetozenek kausa apartekoa egiten zutelarik. Vitelioren irudiak, oster, kanpamendu eta belgen hiririk hurbilenetan berjarriak izan ziren, Vitelio jada hila zela. Gero, I. eta IV. eta XXII.ekoek, damura aldaturik, Vokulari darraiote, zeinaren aurrean Vespasianorenganako zina errepikatuturik, Mogontziako setioa jasotzera eramana izan ziren. Setiatzaileak, katoz, usipoz, matiako osaturiko armada, alde eginak ziren, harrapakaren asez, eta ez odol gabe: bidean zabal eta arreta gabe, gure soldaduak eraso egin zien. Areago, treviroek parapetoa eta oholesia jaso zituzten euren muga guztietan eta germaniarrekin borrokan ari ziren bi aldeetako galera handiekin, harik eta gero, matxinatzean, erromatar herriarenganako meritu bikainak zikindu zituzten arte.

**38.** Bien bitartean, Vespasianok bigarrenaz eta Titok, nahiz biak ausente, kontsulaldia hasi zuten, Hiria goibel eta beldur anizkoitzak joa zelarik, uneko mehatxuez gainera, ikara faltsuekin bete baitzen: Afrikak desertatu ei zuen, Luzio Pison aldakuntza politikoen azpikerian zebilela. Hura, probintziako prokontsula, ez zen batere izaera nahaslekoa. Baina, untiak neguaren gordinak oztopaturik zeudenez, egunerako jana erosten ohitua zen bulgoak, zer publikoarekiko ardura bakarra hornidura zuenak, uste zuen, beldurrez, itsasertza blokeaturik zegoela, konboiak geldiarazten zituztela, zurrumurrua viteliarrek handitzen zutelarik, oraindik ez baitzuten alderdi grina baztertu; zurrumurrua ez zitzaizen gaitzi garaileei, zeintzuen apetak, kanpo gerrekin ere betegaitzak, ezein garaipen zibilek ez baitzituen sekula ase.

[39] *Kalendis Ianuariis in senatu, quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocaverat, legatis exercitibusque ac regibus laudes gratesque decretae; Tettio Iuliano praetura, tamquam transgredientem in partis Vespasiani legionem deseruisset, ablata ut in Plotium Grypum transferretur; Hormo dignitas equestris data. Et mox eiurante Frontino Caesar Domitianus praeturam cepit. Eius nomen epistulis edictisque praeponebatur, vis penes Mucianum erat, nisi quod pleraque Domitianus instigantibus amicis aut propria libidine audebat. Sed praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio, quos recentis clarosque rerum fama ac militum studiis etiam populus fovebat, quia in neminem ultra aciem saevierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis maioribus et fraterna imagine fulgentem, ad capessendam rem publicam hortatus, haud defutura conscriptorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatam secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans discessu Cluvii Rufi vacuam; simul amicis eius tribunatus praefecturasque largitur. Dein postquam inanem animum spe et cupidine impleverat, viris abolet dimissa in hiberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa; pars exercitus in Germanias ducebatur. Sic egesto quidquid turbidum redit urbi sua forma legesque et munia magistratum.*

[40] *Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentia patris fratrisque ac iuventa sua pauca et modica disseruit, decorus habitu; et ignotis adhuc moribus crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. Referente Caesare de restituendis Galbae honoribus, censuit Curtius Montanus ut Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres utrumque iussere: de Pisone inritum fuit. Tum sorte ducti per quos redderentur bello rapta, quique aera legum vetustate delapsa noscerent figerentque, et fastos adulatione temporum foedatos exonarent modumque publicis impensis facerent. Redditur Tettio Iuliano praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum*

**39.** Urtarrileko kalendetan, Julio Frontinok, Hiriko pretoreak, deituriko senatu bilkuran, legatu eta armada eta erregeentzako gorespen-eta esker-ekintzak erabaki ziren. Tetio Julianori, Vespasianoren alderdira pasatu zen legioa abandonatu izanaren aitzakian, pretoretza kendu zioten, Plozio Gripori emateko. Hormori zaldun maila eman zitzaion. Eta gero, Frontinoren agintaldia amaitzean, Zesar Domizianok hartu zuen pretoretza. Haren izena gutun eta ediktuen buruan ipintzen zen; benetako agintea Muzianoren esku zegoen, nahiz eta Domiziano, lagunek xaxaturik edo bere kapritxo, hainbat gauzatarazartzen zen. Baina Muzianoren beldur nagusia Primo Antonio eta Varo Arriorengandik zetorren, zeintzuk, ekintzen ospez eta soldaduen begi onez gailen eta guren, herriak ere estimatzen zituen, gudutik at inorekin ez baitziren ankertu. Eta Antoniok Eskriboniano Kraso, arbaso gurenengatik eta anaiaren irudiagatik distiratsua, aginteaz jabetzera bultzatu ei zuen, konplize talderik ere falta ez zela, Eskribonianok uko egin ez balu, egoera ondo antolatuan ere ez hain ustelerraz bera, are gutxiago zer ez segurren beldurrean. Muzianok, beraz, Antonio agerian ezin zuenez makurrarazi, senatuan gorespenez beterik, agintza sekretuz kargatu zuen, Hispania Ziterior, Kluvio Reforen abiatzez, hutsik erakusten ziola. Aldi berean, haren lagunei tribunotzak eta prefektutzak eskuzabal banatzen dizkie. Gero, haren gogo hutsala itxaropen eta irritsez bete ondoren, haren indarrak ezabatzen ditu, VII. legioa, Antonio gartsuki maite zuena, neguko koarteletara bidaliz, eta III.a, Arrio Varoren soldadu txit hurbila, Siriara itzularaziz. Armada zati bat Germanietarantz zeramaten. Iskanbila oro hala mozturik, Hiria bere ohiko itxurara eta legeetara eta magistraturen eginkizunetara itzultzen da.

**40.** Domiziano senatuan sartu zen egunean, aitaren eta anaiaren ausentziaz eta bere gartzetasunaz labur eta neurritz hitz egin zuen, plan-ta txukuneko. Eta artean haren ohiturak ezagutzeke, aurpegiaren urduritasun maizkorra apaltasuntzat hartzen zitzaion. Zesarrek Galbari ohoreak bihurtzea aurkeztean, Kurtzio Montanok Pisonen gomuta ere ospa zedila proposatu zuen. Senatariek biak onartu zituzten. Pisonena ez zen burutu. Ondoren, zotzean atera zituzten gerran ostua bihurtzeaz arduratuko zirenak eta urteengatik eroritako lege-brontzeak ikuskatu eta josiko zituztenak, eta urte-liburuak uneko zurikeriatik garbitze-koak eta gastu publikoei muga bat ezartzekoak. Tetio Julianori preto-

*confugisse: Grypo honor mansit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et Publium Celerem placuit, damnatusque Publius et Sorani manibus satis factum. Insignis publica severitate dies ne privatim quidem laude caruit. Iustum iudicium explesse Musonius videbatur; diversa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset: ipsi Publio neque animus in periculis neque oratio suppeditavit. Signo ultionis in accusatores dato, petit a Caesare Iunius Mauricus ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re principem respondit.*

*[41] Senatus inchoantibus primoribus ius iurandum concepit quo certatim omnes magistratus, ceteri, ut sententiam rogabantur, deos testis advocabant, nihil ope sua factum quo cuiusquam salus laederetur, neque se praemium aut honorem ex calamitate civium cepisse, trepidis et verba iuris iurandi per varias artis mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. Probabant religionem patres, periurium arguebant; eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum et recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret: nec destitit senatus manus intentare Voculae, donec curia excederet. Ad Paccium Africanum transgressi eum quoque proturbant, tamquam Neroni Scribonios fratres concordia opibusque insignis ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, ultro conversus, miscendo quae defendere nequibat, societate culpaе invidiam declinavit.*

*[42] Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messala adeptus est, nondum senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat: sponte [ex sc] accusationem subisse iuvenis admodum, nec depellendi periculi sed in spem potentiae videbatur; et Sulpicia Prae-*

retza bihurtzen zaio, Vespasianorengan abarotu zela jakin zenean. Gripori ohoreak iraun zion. Musonio Rufo eta Publio Zelerren arteko instrukzioari berrekitea onartu zen, eta Publio kondenatua izan zen eta Soranoren maneak askietsi ziren. Zorroztasun ofizialagatik egun seinalatua izanik, aintza faltarik ere ez zen izan arlo pribatuan. Musoniok auzi zuzena burutu zuela zirudien; ospe ezberdina eskola zinikoa profesatu zuen Demetriorentzat, errudun garbi bat zintzotasun baino anbizio handiagoz defendatu zuelako. Publiok berak ere ez zuen arriskue-tan behar adina adore eta hitz eder izan. Salatzaileen aurkako seinalea eman zenean, Junio Maurikok Zesarri eskatu zion emateko senatuari printze artxiboetarako eskubidea, haien bitartez jakin zedin nork nor eskatu zuen salatzeke. Tamaina horretako gaian, printzeari kontsulta-tu behar zitzaiola erantzun zuen.

**41.** Gorenen ekimenez, senatuak zin bat landu zuen, zeinarekin magistratu guztiek, nor norrago, gainerakoek, iritzia eskatzen zitzaie-nean, jainkoak inbokatzeko zituzten lekukotzat eurek ez zutela inoren ona hondatzeko ezer egin, eta hiritarren zorigaitzengatik ez zutela sari-rik edo ohorerik hartu, dardarati eta zin-hitzak zenbait trikimainaz aldatuz euren infamiaren kontzientzia zeukatenek. Senatariak zehazta-suna onesten, zinaustea gaitzesten zuten, eta zentsura bezalako hori aparteko mingostasunez oldartu zen Sarioleno Vokula eta Nonio Atia-no eta Zestio Severoren gainera, ospetsuak eurok Neronen aurreango hainbeste salaketarengatik. Sarioleno berriketako krimen batek ere estutzen zuen, Vitelioren aurrean berdin saiatu baitzen. Eta senatuak Vokulari ere eskua ezartzeari ez zion utzi, kuriatik alde egin zuen arte. Pakzio Afrikanorengana jorik, hura ere egozten dute, Eskribonio anaiak, konkordiaz eta aberastasunez guren, Neronen aurrean herio-tzarako salatu zituelako. Afrikano ez aitortzen ausartzen zen, ez uka-tzerik zeukan. Baina Vibio Krisporengana bihurturik, zeinaren galde-rek estutzen baitzuten, defendatu ezin zuen gauzetan hura ere nahasiz, ezinikusia errukidetasunean saihestu zuen.

**42.** Vipstano Mesalak pietate eta etorrian entzute handia lortu zuen egun hartan, oraindik senatari adingabe, Akilo Regulo anaiaren alde erregutzen ausartuz. Krasotarren eta Orfitoren etxearen hondamenak Regulo gorrotoaren gailurrera jaso zuen: oso gazte zela, salaketa nahita beregaindu zuen, eta ez arriskurik baztertzearren, aginte-itxa-ropenean baizik. Eta Sulpizia Pretextata Krasoren emaztea eta lau

*textata Crassi uxor quattuorque liberi, si cognosceret senatus, ultores aderant. Igitur Messala non causam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo adpetitumque morsu Pisonis caput obiectaret. 'hoc certe' inquit 'Nero non coegit, nec dignitatem aut salutem illa saevitia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones qui perdere alios quam periclitari ipsi maluerunt: te securum reliquerat exul pater et divisa inter creditores bona, nondum honorum capax aetas, nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. Libidine sanguinis et hiatu praemiorum ignotum adhuc ingenium et nullis defensionibus expertum caede nobili imbuisti, cum ex funere rei publicae raptis consularibus spoliis, septuagiens sestertio saginatus et sacerdotio fulgens innoxios pueros, inlustris senes, conspicuas feminas eadem ruina prosterneret, cum segnitiam Neronis incusares, quod per singulas domos seque et delatores fatigaret: posse universum senatum una voce subverti. Retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii ut omnis aetas instructa sit, et quo modo senes nostri Marcellum, Crispum, iuvenes Regulum imitentur. Invenit aemulos etiam infelix nequitia: quid si floreat vigeatque? et quem adhuc quaestorium offendere non audemus, praetorium et consularem ausuri sumus? an Neronem extremum dominorum putatis? idem crediderant qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt, cum interim instabilior et saevior exortus est. Non timemus Vespasianum; ea principis aetas, ea moderatio: sed diutius durant exempla quam mores. Elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat. Optimus est post malum principem dies primus.'*

[43] Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus ut spem caperet Helvidius posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus, qui perinde dives et eloquentia clarus nulli umquam sub Nerone periculum facessis-



seme-alabak, auzia senatuak aztertzen bazuen, akusatzaile partikular gisan egongo ziren. Mesalak, nolahi ere, ez zuen ez auzia ez auziperatua defendatzen, baizik, anaiaren arriskuen aurrean jarririk, batzuk bigundu egin zituen. Kurtzio Montano berbaldi ikaragarritz atera zitzaion eta hainbestearino iritsi zen, ezen jauki baitzuen, Galbaren heriotza ondoren, Regulok dirua eman ziola Pisonen hiltzaileari eta Pisonen burua haginka eraso izan zela. «Horretara –esan zuen– ez Neronek derrigortu zintuen, ez zeure dignitaterik edo segurtasunik salbatzen zenuen ankerkeria harekin. Barka ditzagun, bego, euren buruak arriskatzea baino inor galtzea nahiago dutenen aitzakiak. Aitak zu, erbestean, esku onean utzi zintuen eta zure ondasunak hartzekodunen artean banaturik zeuden; zure adina oraindik ez zen karguetarako gai; Neronek zugandik ez zeukan ezeren gale, ezeren beldur izaterik. Zeure talentu artean ezezagun eta ezein defentsatan aritu gabea odol-guraz eta sari-grinaz beratu zenuen jende noblea hilez, noiz eta, errepublikaren tumulutik kontsul-mozkinak erauzirik, zazpi milioi sestertzioaren gizona eta abadetzaren distira zenituela, haur babesgabe, agure ospetsu, emakume gurenak hondamen berean abaildu zenituenean, noiz eta Neronen narraskeria maieatzen zenuenean, bere burua eta salatariak etxez etxe agortzen zituelako: senatu osoa hitz bakarrez honda ei zezakeen. Euts eta segi, guraso konskriptuok, hain aholku bizkorreko gizonari, adin oro hezia izan dadin eta, gure zaharrek Martzelo edo Krispo bezala, gazteek Regulo imita dezaten. Gaiztakeriak aurkitzen ditu kideak, antzuak badira ere. Zer axola dio, loratzen eta indartzen bada? Eta oraindik kuestore ohi dela iraintzen ausartzen ez garena, pretore ohi edo kontsul ohi dela ausartuko ote gara? Ala azken tiranotzat Neron al daukazue? Gauza bera sinetsi zuten Tiberiorengandik, Gaiorengandik bizirik libratu zirenek, bitartean gorrotagarriagoa eta ankerragoa sortu delarik. Vespasianori ez diogu beldurrik: horra printzearen adina, horra bere moderazioa. Baina etsenpluek ohiturek baino luzeago irauten dute. Moteltzen goaz, guraso konskriptuok, eta jada ez gara, Neron erailik, salatari eta laguntzaile, arbasoen erara zigortzeko, erreklamatzeko zituen senatu hura. Egunik onena printze txar baten ondorengo lehenengoa da».

**43.** Montano senatuaren onespén hain handiz entzuna izen zen, ezen Helvidiori Martzelo ere eraitsia izan zitekeen itxaropena sortu bai-

*set, crimine simul exemploque Eprium urgebat, ardentibus patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia 'imus' inquit, 'Prisce, et relinquimus tibi senatum tuum: regna praesente Caesare.' sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso, Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens, donec adcursum amicorum retraherentur. Cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi pertinacibus odiis tenderent, consumptus per discordiam dies.*

*[44] Proximo senatu, inchoante Caesare de abolendo dolore iraque et priorum temporum necessitatibus, censuit Mucianus prolixè pro accusatoribus; simul eos qui coeptam, deinde omissam actionem repeterent, monuit sermone molli et tamquam rogaret. Patres coeptatam libertatem, postquam obviam itum, omisere. Mucianus, ne sperni senatus iudicium et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam et Antistium Sosianum senatorii ordinis egressos exilium in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postuminam, stupro cognitam et nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat, Sosianus pravitate morum multis exitiosus. Ambo gravi senatus consulto damnati pulsique, quamvis concessa aliis reditu, in eadem poena retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia: quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur: accusatorum ingenia et opes et exercita malis artibus potentia timebantur.*

*[45] Reconciliavit paulisper studia patrum habita in senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patritius senator pulsatum se in colonia Seniensi coetu multitudinis et iussu magistratuum querebatur; nec finem iniuriae hic stetit: planctum et lamenta et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata cum contumeliis ac probris, quae in senatum universum iacerentur. Vocati qui arguebantur, et cognita causa in convictos vindicatum, additumque senatus consultum quo Seniensium plebes modestiae admoneretur. Isdem diebus Antonius Flamma <accusantibus> Cyrenensibus damnatur lege repetundarum et exilio ob saevitiam.*

tzitzaion. Hala, Kluvio Rufo, aberats bezain etorri handiko, Neronen pean inor arriskuratu ez zuena gorestetik hasirik, aldi berean krime-  
nez eta etsenpluz hertsatzen zuen Eprio, senatarien gogoak berotuz. Martzelo horretaz ohartu zenean, kuriatik balihoa bezala esan zuen: «Bagoaz, Prisko, eta zure senatua zeuri uzten dizugu. Agindu ezazu Zesarren presentzian». Vibio Krispok jarraitzen zion, biak etsaikor, aurpegikera ezberdinez, Martzelo mehatxu begiz, Krispo irribarrez, adiskideen esku-hartze bizkorrak itzularazi zituzten arte. Errieta are-  
agotzean, batetik asko eta zintzoak, bestetik gutxi eta ahaltsuak gorroto setatiz tematzen zirela, eguna diskordian iraungi zen.

**44.** Hurrengo bilkuran, Zesar herra eta sumina eta aurreko garaietako bortxak ezabatzeari buruz abiatu zelarik, Muziano eskuzabal mintza-  
tu zen salatzaileen alde. Aldi berean, egintza bat hasi eta gero uzten zutenei hitz leunez eta erreguz bezala kargu hartu zien. Senatariak abiatua zen askatasunari bidera irten zitzaieneko laga zioten. Muzia-  
nok, senatuaren iritzia arbuiatzen zela eta Neronen pean buruturiko hoben guztiei inpunitatea ematen zitzaizela pentsa ez zedin, erbestetik itzuliak ziren Oktavio Sagita eta Antistio Sosiano, senatari mailakoak, irla beretara berbidali zituen. Oktaviok haragikerian ezagutu eta bera-  
rekin ezkontzera ukatzen zena, amodioari ezin eutsiz, hil egin zuen; Sosiano askoren hondagarri izan zen ohituren gaiztoz. Biak, senatu-  
dekretu gogor baten bitartez kondenatuak eta erbesteratuak, lehengo zigorrean atxiki zituzten, nahiz beste batzuei itzulera eman. Eta ez zen horregatik Muzianorenganako ezinikusirik bigundu, zeren Sosiano eta Sagita ezerezak baitziren, itzulita ere. Han beldurgarri zirenak sala-  
tzaileen talentuak eta ondasunak eta arte gaiztoz erabilitako agintea ziren.

**45.** Boladatxo batean, ohitura zaharrean buruturiko auzi batek baretu zituen senatarien grinak. Manlio Patruito senataria kexu zen jende aldra batek, eta magistratuen aginduz, Kolonia Seniensean, bultzaka erabili zuela, eta irainaren amaia ez ei zen horretan gelditu; erostak eta auhenak eta hileta fartsa, bera bertan zela, inguruan ibili ei zitzaizkion, senatu osoaren aurka jaurtitako zirtoz eta laidoz. Erruztatuei deitu eta, auzia abiatutik, konbiktuak zigortu eta senatu-dekretu bat erantsi zen, senienseen plebeari errespetua sartzeko. Egun haietan beretan, Anto-  
nio Flamma, zirenearrek salaturik, konkusio-legez kondenatua eta erbesteratua izan zen ankerkeriagatik.

[46] *Inter quae militaris seditio prope exarsit. Praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati; et lectus in eandem spem e legionibus miles promissa stipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem sine multa caede pelli poterant: sed immensa pecunia tanta vis hominum retinenda erat. Ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis discretos. Tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceterique per urbem et urbi vicina conquisiti producuntur prope intacto corpore. Eos Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim adsistere iubet. Illos primus statim aspectus obstupescerat, cum ex diverso velut aciem telis et armis truce[m], semet clausos nudosque et inlucie deformis aspicerent: ut vero huc illuc distrahi coepere, metus per omnis et praecipua Germanici militis formido, tamquam ea separatione ad caedem destineretur. Prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli neu pari causa disparem fortunam paterentur; modo Mucianum, modo absentem principem, postremum caelum ac deos obtestari, donec Mucianus cunctos eiusdem sacramenti, eiusdem imperatoris milites appellans, falso timori obviam iret; namque et victor exercitus clamore lacrimas eorum iuvabat. Isque finis illa die. Paucis post diebus adloquentem Domitianum firmati iam exceperere: spernunt oblatos agros, militiam et stipendia orant. Preces erant, sed quibus contra dici non posset; igitur in praetorium accepti. Dein quibus aetas et iusta stipendia, dimissi cum honore, alii ob culpam, sed carptim ac singuli, quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.*

[47] *Ceterum verane pauperie an uti videretur, actum in senatu ut sescentiens sestertium a privatis mutuum acciperetur, praepositusque ei curae Pompeius Silvanus. Nec multo post necessitas abiit sive omissa simulatio. Abrogati inde legem ferente Domitiano consulatus quos Vitellius dederat, funusque censorium Flavio Sabino ductum, magna documenta instabilis fortunae summaque et ima miscentis.*

**46.** Bitartean, ia sedizio militarrek su hartu zuen. Viteliok lizentziatu zituenek, Vespasianoren alde egiteko bilduek, pretorioko milizia erreklamatzaren zuten. Eta legionario artean erreklutaturiko soldaduak, itxaropen berdinez, agindutako soldatak eskatzen zituen eten gabe. Viteliarrak eurak ere ez zegoen bildatzerik odol-isuri handi gabe. Baina hain gizon-kontingente handia neurri gabeko dirutzaz bakarrik atxiki zitekeen. Muziano, bakoitzaren zerbitzuak artezago egiaztatzeko kanpamenduan sarturik, garaileak bakoitza bere bandera eta armekin formatu zituen, elkarrengandik distantzia txikira bereizirik. Ondoren, Bovilasko errendizioan onartua izan zirela esan berri dugun viteliarrak, eta Hirian eta inguruetan erreklutaturiko gainerakoak, irtenarazten dituzte, ia gorputz babesgabez. Muzianok hauek bereizteko eta germaniar eta britaniar soldadua eta beste armadetakoak aparte jartzeko agintzen du. Lehen begiratuak zur eta lur utzi zituen berehala, aurrean gudu-lerro mehatxutia bezala ikusiz, jaurtigai eta armekin, eurak, oster, inguraturik eta esku hutsean, eta zikinak itsusturik. Baina alde batera eta bestera banatuak izaten hastean, denak beldurtu ziren, eta ikara nagusia, germaniar soldadua, banatze horrek heriotzara destinatzen zituelakoan. Manipulu berekoen bularrak estutzen, haien lepotik besarkatzen, azken musuak eskatzen zituzten: ez zitzatela bakarrik laga, ez kausa berdinez zori ezberdinik permiti. Behin Muziano, behin printze ausentea, azkenik zerua eta jainkoak inbokatzaren zituzten, harik eta Muzianok, denak zin beraren menpeko, enperadore beraren soldadu deklaratu, haien beldur funts gabeari aurrea hartu arte, armada garaileak ere haien malkoak oihuka babesten baitzituzten. Eta halaxe amaitu zen egun hura. Egun gutxi geroago, lasaiturik hartu zuten Domiziano harengatzailea. Eskainitako lurrei uko egiten, milizia eta soldatak eskatzen dituzte. Erreguak ziren, baina ezer kontrakorik esan ezinekoak; beraz, pretoriar indarretan onartuak izan ziren. Gero, adinaren eta legezko zerbitzu-urteen jabe zirenak ohorez lizentziatu zituzten; beste batzuk, erruren bat zutenak, apartean eta banaka, horixe baitzen ostearen ahabatasuna makaltzeko erremediorik segurrena.

**47.** Gainerakoan, egiazko gabeziak edo hala eman zezan, senatuan, partikularren mailebu gisan, hirurogei milioi sestertzio hartzeko akordioa hartu zen, eta zeregin horren ardura Ponpeio Silvanori eman zitzaion. Eta ez handik luzera, premia ezabatu zen edo simulazioari utzi zioten. Gainera, Domizianok lege-proposamena eginik, Viteliok emaniko kontsulgoak baliogabetu ziren, eta Flavio Sabinok estatuaren

[48] *Sub idem tempus L. Piso pro consule interficitur. Ea de caede quam verissime expediam, si pauca supra repetiero ab initio causisque talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. Mox G. Caesar, turbidus animi ac Marcum Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. Aequatus inter duos beneficiorum numerus, et mixtis utriusque mandatis discordia quaesita auctaque pravo certamine. Legatorum ius adolevit diuturnitate officii, vel quia minoribus maior aemulandi cura, proconsulum splendidissimus quisque securitati magis quam potentiae consulebant.*

[49] *Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumptuosae adulescentiae neque modica cupiens et adfinitate Vitellii anxius. Is crebris sermonibus temptaveritne Pisonem ad res novas an temptanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo adfuit, et occiso Pisone plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur provinciam et militem alienato erga Vespasianum animo fuisse; et quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni nutantis Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius et in pace suspecto tutius bellum. Inter quae Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae, prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum, adseveravitque mandata interficiendi Pisonis centurioni data: cecidisse Galerianum consobrinum eius generumque; unam in audacia spem salutis, sed duo itinera audendi, seu mallet statim arma, seu petita navibus Gallia ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. Nihil ad ea moto Pisone, centurio a Muciano missus, ut portum Carthaginis attigit, magna voce laeta Pisoni omnia tamquam principi continuare, obvios et subitae rei miraculo attonitos ut eadem adstreperent hortari. Vulgus credulum ruere in forum, praesentiam Pisonis exposcere; gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri et adulandi libidine. Piso indicio Sagittae vel insita modestia non in publicum egressus est neque se studiis vulgi permisit: centurionemque*

kontura hileta bat ospatu zuen, zori lokaren agerpen handiak eurok, goien-barrenak nahasten zituztenak.

**48.** Garai berean, Luzio Pison prokuntsula erailtzen dute. Heriotza hartaz ahalik egiazkien luzatuko naiz, halako krimenen hasiera eta arrazoietan tokiz kanpo ez dauden gertaeretaraino atzerantz jotzen badut. Afrikako legioa eta inperioaren mugak zaintzeko indar laguntzaileak, Augusto jainkozkoaren eta Tiberioren agintaldian, prokontsul baten mende zeuden. Gero Gaio Zesarrek, burutik eginik eta Afrika gobernatzen zuen Marko Silanoren beldurrez, legioa prokontsulari kendu eta hartarako bidalia zen legatuari entregatu zion. Kargu kopurua bien artean berdindu egin zen eta, bataren eta bestearen eskumenak nahasturik, diskordia bilatu eta handitu zen lehia hondagarrian. Legatuen indarra areagotu egin zen karguen jarraipenagatik, edo norgehiago grina behekoen artean handiagoa delako; prokontsulik distiratsuenak segurtasunaz gehiago arduratzen ziren botereaz baino.

**49.** Baina orduan Afrikako legioaren buru Valerio Festo zen, gazte xahutzaile eta neurriz gorakoen zalea, baita badaezpadakoa ere Vitelioren ahaidetasuna bide. Berak solas ugaritan Pison subertsiora tentatu zuen ala tentatzaileari jarki zitzaion, ez dago argi, inor ez zelako haien elkarriketetan egon eta, Pison hilik, gehienak hiltzailearen abegira makurtu zirelako. Eta ez dago dudarik probintziak eta soldaduak Vespasianoren aurkako jarrera zutenik; eta Hiritik alde egindako viteliar batzuek Pisoni Galiak zalantzan, Germania prest, bere buruaren arriskuak aurkezten zizkioten, eta gerra segurragoa zela bakean susmagarri izan zenarentzat. Bitartean, Klaudio Sagitak, hegal petrianoaren prefektuak, nabigazio arrakastatsuz, Papiriori, Muzianok bidalitako zenturioiari, aurea hartu zion, eta zenturioiari Pison hiltzeko agindua eman ziotela segurtatu zuen. Jausia zela Galeriano, haren iloba eta suhia; salbatzeko itxaropen bakarra ausardia zela, baina ekintza arriskutsuan bi bide zirela: edo armak berehala har zitzan, edo, untxiekin Galietara jorik, armada viteliarren buruzagi aurkez zedin. Pisonen horren aurrean ez baitzuen zirkinik egiten, Muzianok bidalitako zenturioiak, Kartagoko portua zapalduz batera, ez zion Pison printzetzat ozenki iragartzeari uzten; bidean aurkitzen zituenak eta bat-bateko gertaeraren harrigarritz zurturik zeudenak gauza bera aldarrikatzera exhortatzen zituen. Jendea, sineskor, Fororantz oldartzen zen, Pisonen presentzia eskatuz; euren alaitasun eta harrabotsean, dena nahasten

*percontatus, postquam quaesitum sibi crimen caedemque comperit, animadverti in eum iussit, haud perinde spe vitae quam ira in percussorem, quod idem ex interfectoribus Clodii Macri cruentas legati sanguine manus ad caedem proconsulis rettulisset. Anxio deinde edicto Carthaginiensibus increpitis, ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne qua motus novi causa vel forte oreretur.*

*[50] Sed ubi Festo consternatio vulgi, centurionis supplicium veraque et falsa more famae in maius innotuere, equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti obscuro adhuc coeptae lucis domum proconsulis inrumpunt dstrictis gladiis, et magna pars Pisonis ignari, quod Poenos auxiliaris Maurosque in eam caedem delegerat. Haud procul cubiculo obvium forte servum quisnam et ubi esset Piso interrogavere. Servus egregio mendacio se Pisonem esse respondit ac statim obtruncatur. Nec multo post Piso interficitur; namque aderat qui nosceret, Baebius Massa e procuratoribus Africae, iam tunc optimo cuique exitiosus et inter causas malorum quae mox tulimus saepius rediturus. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit praefectumque castrorum Caetronium Pisanum vinciri iussit proprias ob simultates, sed Pisonis satellitem vocabat militesque et centuriones quosdam puniit, alios praemiis adfecit, neutrum ex merito, sed ut oppressisse bellum crederetur. Mox Oeensium Lepcitanorumque discordias componit, quae raptu frugum et pecorum inter agrestis modicis principiiis, iam per arma atque acies exercebantur; nam populus Oeensis multitudine inferior Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolae latrociniis fecundam. Unde artae Lepcitanis res, lateque vastatis agris intra moenia trepidabant, donec interventu cohortium alarumque fusi Garamantes et recepta omnis praeda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.*

*[51] At Vespasiano post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios cecidisse Vitellium multi cuiusque ordinis, pari audacia fortunaque hibernum mare adgressi, nuntiave-*



zuten egiarekiko ezaxolaz eta zurikeriarako grinaz. Pison, Sagitak esanda edo berezko modestiaz, ez publikora agertu zen ez bulgoaren berotasunak eragin zion, eta, zenturioiari galdeturik, bere aurka sala-keta eta heriotza bilbatu zirela jakin zuenean, haren aurkako zigorra exekutatzeko agindu zuen, ez hainbeste bizi itxaropenez nola hiltzailearen aurkako suminez, zeren berak ere, Klodio Makroren hiltzaileetarik harakoa izanik, legatu baten odolez orbandutako eskuak prokonsul baten heriotzara bihurtu baitzituen. Kartagotarrei ediktu larrian agiraka eginik, ohiko eginkizunean ere ez zuen jarduten, etxe barruan sarturik, istilurako motibo berririk deskuidoz ere sor ez zedin.

**50.** Baina Festok, plebearen iskanbilaren, zenturioiaren suplizioaren eta entzutearen ohiturak hanpaturiko gertaera egiazko eta gezurrezkoen berri jakin zuenean, zaldizkoak bidali zituen Pison hiltzera. Haiek, agudo joanik, argi artean hasi berriaren ilunean, prokonsularen etxean braust sartzen dira, ezpatak airean eta gehienak Pison ezagutu gabe, hilketa hartarako kartagotar eta mauritaniar laguntzaileak hautatu baitzituen. Logelatik ez urrun kasualki aurkitu zuten esklaboari Pison nor eta non zen galdetu zioten. Esklaboak, gezur loriatsuz, bera zela Pison erantzun zuen, eta berbertan lepoa moztu zioten. Eta handik laster, Pison hiltzen dute, han baitzen ezagutzen zuena: Bebio Masa, Afrikako prokuradoretariko bat, jada orduantxe ere onenen akabatzailea eta maiz berragertuko dena, geroago jasan genituen gaitzen eragileen artean. Festok, itxaronean gelditu zen Adrumetotik legiorantz joan eta Zetronio Pisano kanpamenduko prefektua kateatzeko agindu zuen, etsaigo pertsonalengatik, eta soldadu eta zenturioi batzuk zigortu zituen, beste batzuk saritu, ez zer bata ez bestea merezimenduagatik, gerra erreprimitu zuela pentsa zedin baizik. Geroago, eenseen eta lepzitanoen arteko tirabirak konpontzen ditu, baserritarren arteko uztza eta abere lapurretekin era koxkorrean hasirik, jada armaz eta guduz erabakitzen zirenak. Izan ere, eensen herriak, biztanlez txikiago, garamantei deitu zien, jende hezigaitz eta auzo artean lapurreta ugarikoa berau. Hortik lepzitanoen egoera estua, eta, euren lurra inguru handian suntsiturik, harresien babesean beldurti zeuden, harik eta, oinezkoen eta zaldizkoen eskutik, garamantak sakabanatuak eta harrapaki guztia berreskuratua izan arte, barrualdekoei saldua izan ezik, txabola nomaden inguru malkarretan hara-hona zebiltzala.

**51.** Vespasianori, berriz, Kremonako guduaren eta nondinahiko berri onen ondoren, gizarte maila guztietako askok, itsaso ekaiztsuan ausar-

*re. Aderant legati regis Vologaesi quadraginta milia Parthorum equitum offerentes. Magnificum laetumque tantis sociorum auxiliis ambiri neque indigere: gratiae Vologaeso actae mandatumque ut legatos ad senatum mitteret et pacem esse sciret. Vespasianus in Italiam resque urbis intentus adversam de Domitiano famam accipit, tamquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur: igitur validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda.*

*[52] Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse ferunt ne criminantium nuntiis temere accenderetur integrumque se ac placabilem filio praestaret. Non legiones, non classis proinde firma imperii munimenta quam numerum liberorum; nam amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando aut erroribus imminui, transferri, desinere: suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus, quorum prosperis et alii fruuntur, adversa ad iunctissimos pertineant. Ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens exemplum praeberet. Vespasianus haud aequè Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens, bono esse animo iubet belloque et armis rem publicam attollere: sibi pacem domumque curae fore. Tum celerrimas navium frumento onustas saevo adhuc mari committit: quippe tanto discrimine urbs nutabat ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenire.*

*[53] Curam restituendi Capitolii in Lucium Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaue inter proceres. Ab eo contracti haruspices monuere ut reliquiae prioris delubri in paludes aveherentur, templum isdem vestigiis sisteretur: nolle deos mutari veterem formam. XI kalendas Iulias serena luce spatium omne quod templo dicabatur evinctum vittis coronisque; ingressi milites, quis fausta nomina, felicibus ramis; dein virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque aqua e fontibus amnibusque hausta perluere. Tum Helvidius Priscus praetor, praeunte Plautio Aeliano pontifice, lustrata suovetaurilibus area et super caespitem redditis extis, Iovem, Iunonem, Minervam praesi-*

diaz adina zortez barneraturik, Vitelio hila zela iragarri zioten. Vologeso erregearen ordezkariak berarekin zeuden, berrogei mila zaldizko partu eskainiz. Itzela eta pozgarria da aliatuen errefortzu hain handien oparia hartzea eta behar ez izatea. Vologesori eskerrak eman eta senatura ordezkariak bidaltzeko eta bakea egina zela jakinean jartzeko agindu zioten. Vespasianok, burua Italian eta Hiriko gorabeheretan zeukala, Domizianori buruzko zurrumurru okerrak hartzen ditu, adinaren mugak eta semeari emana gainditzen ari ez ote zen; beraz, armadaren zatirik sendoena Titori entregatzen dio, Judeako gerraren gainarakoa buka zezan.

**52.** Titok, abiatu aurretik, aitarekiko solas luzean, salaketak egiten zituztenen berriekin ez arinkiegi ernegatzeko eta semearekin zintzo eta barkakor agertzeko erregutu ei zion. Ez legioak ez flotak zirela inperioaren euskarri hain sendo nola seme-alaben taldea, zeren lagunak zirkunstanzien, zoriaren, irritsen, inoiz errakuntzaren arabera, ahultzen, translatzen, ezabatzen baitziren; euren odola zatiezina zela nor-nahirentzat, baina batez ere printzeentzat, zeintzuen prosperitatea besteek ere gozatzen zuten, okerrak, berriz, hurbilenak jotzen zituen. Anaïen artean ere ez ei zuen konkordiak iraungo, aita aurretik etsenplua eman ez bazuen. Vespasianok, ez hainbeste Domizianorekin bigundurik nola Titoren samurtasunaz pozturik, eusteko goiari eta handitzeko nazioa indarrez eta armaz agintzen dio: bakea eta etxea bere ardura izango ei zituen. Orduan untzirik azkarrenak, gariz zama-tuak, itsaso oraindik haserrera bidaltzen ditu. Hiria, izan ere, hain kinka larrian lokatzen zen, ezen aletegietan ez baitzen hamar egunetik gorako garirik, Vespasianoren konboiak iritsi zirenean.

**53.** Kapitolioa berreraikitzeko ardura Luzio Vestinori ematen dio, zaldun mailakoa berau, baina itzalez eta ospez gorenatarikoa. Berak deituriko haruspizeek santutegi zaharreko zaborrak zingiretara garraiatzeko eta tenplua orube berean jasotzeko aholkatu zioten: jainkoek ez zuten era zaharra aldatu gura. Uztailleko kalenden aurreko hamaikagarren egunean, egun argi-argitan, tenpluarentzat gorderiko eremu gutxia xingolaz eta koroaz hesitu zuten; augurio oneko izendun soldaduak sorta dohatsuz sartu ziren. Gero, birjina bestalek, aita-ama bizidun neska-mutilekin, iturri eta ibaietatik ateratako urez ihintzatu zuten. Ondoren, Helvidio Prisko pretoreak, aurretik Plauzio Eliano pontifizea zela, orubea txerri-ardi-zekorren hiltzez garbitu eta erraiak bela-

*desque imperii deos precatus uti coepta prosperarent sedisque suas pietate hominum inchoatas divina ope attollerent, vittas, quis ligatus lapis innexique funes erant, contigit; simul ceteri magistratus et sacerdotes et senatus et eques et magna pars populi, studio laetitiaque conixi, saxum ingens traxere. Passimque iniectae fundamentis argenti aurique stipes et metallorum primitiae, nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur: praedixere haruspices ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato. Altitudo aedibus adiecta: id solum religio adnuere et prioris templi magnificentiae defuisse credebatur.*

*[54] Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. Nam Civilis omissa dissimulatione in populum Romanum ruere, Vitellianae legiones vel externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati, vulgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi; paria de Britannia fingebantur. Sed nihil aequae quam incendium Capitolii, ut finem imperio adesse crederent, impulerat. Captam olim a Gallis urbem, sed integra Iovis sede mansisse imperium: fatali nunc igne signum caelestis irae datum et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidae canebant. Incesseratque fama primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse ne deessent libertati, si populum Romanum continua civilium bellorum series et interna mala fregissent.*

*[55] Ante Flacci Hordeonii caedem nihil prorupit quo coniuratio intellexeretur: interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Classicumque praefectum alae Trevirorum. Classicus nobilitate opibusque ante alios: regium illi genus et pace belloque clara origo, ipse e maioribus suis hostis populi Romani quam socios iactabat. Miscuere sese Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus, Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus; Sabinum super insitam vanitatem*

rrean zabaldurik, Jupiter, Juno eta Minervari eta inperioaren jainko babesleei hasiera jagon eta euren egoitzak, gizakien pietatez abiatuak, laguntza jainkozkoz jaso zitzen erregutuz, lehen harria lotzen eta sokak erkarlotzen zituen xingola ukitu zuen. Aldi berean, gainerako magistratuek eta abadeek eta senatuak eta zalduneriak eta herri zati handiak, ahaleginak sutsuki eta alaiki bat eginez, harri nagusia arras-tatu zuten. Eta zilar eta urrezko txanponak eta metalen primiziak, ez ezein sutegitan menperatuak, baizik sortzen diren modukoak, zimen-duetan nonahi jaurti zituzten. Haruspizeek ezarri zuten ez zedila obra-rik irain beste zerbaiteko destinaturiko harriz edo urrez. Eraikinari altuera gehitu zioten. Erlijioak horixe bakarrik baimentzen ei zuen eta horixe falta izan ei zitzaion aurreko tenpluaren handitasunari.

**54.** Galietan eta Germanietan zehar entzuniko Vitelioren heriotzak gerra bibidertu egin zuen. Izan ere, Zibil, disimuluak utzirik, bazetorren erromatar herriaren gainera; viteliar legioek tirania arrotza nahiago zuten Vespasiano enperadoretzat baino. Galoen gogoak jaso egin zituzten, gure armaden zortea denean berdina zela usterik, Mesiako eta Panoniako koartelak sarmatek eta daziarrak inguratutik zeuden zurrumurrua zabaldurik. Britaniar, antzeko gauzak asmatzen ziren. Baina ez zegoen Kapitolioaren erreketak bezalakorik, inperioaren azkena gainean zela sinets zezaten. Behinola ere Hiria galoek hartua izan zen, baina, Jupiterren egoitza ukigabe, inperioak iraun zuen. Orain druidek sinetkeria hutsalez iragartzen zuten patuaren suak zeruko haserrearen seinalea eman zuela eta giza gorabeheren gaintasuna Alpeez handiko herrientzat gorderik zegoela. Eta zurrumurrua zabaldu zen Galietako buruzagiek, Otonek Vitelioren aurka bidaliek, banatu aurretik, itundu zutela ez ziotela askatasunari hutsik egingo, baldin gerra zibilen erreskada amaigabeak eta barne-gaitzek erromatar herria puskatzen bazuten.

**55.** Flako Hordeonioren heriotza aurretik ez zen ezer lehertu, konjuzazioa ulertzekorik. Hordeonio hilik, mezulariak zebiltzan Zivilen eta Klasikoren, treviroen hegaleko prefektuaren, artean. Klasiko, nobleziaz eta aberastasunez, besteen gainetik zegoen; erret jatorriko eta bakean zein gerran guren, harrotu egiten zen bere arbasoen artean erromatar herriaren lagun baino etsai gehiago zegoelako. Julio Tutor et Julio Sabino bildu zitzaizkion, bata treviroa, bestea lingoia; Tutor, Viteliok Rheno ertzaren arduradun jarria. Sabino, berezko harrokeriaz gainera, jatorri faltsuaren aintzak pizturik zebilen: bere birramamak,

*falsae stirpis gloria incendebat: proaviam suam divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. Hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari, ubi quos idoneos rebantur conscientia obstrinxere, in colonia Agrippinensi in domum privatam conveniunt; nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat; ac tamen interfuere quidam Vbiorum Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treviros ac Lingonas, nec tulere moras consultandi. Certatim proclamant furere discordiis populum Romanum, caesas legiones, vastatam Italiam, capi cum maxime urbem, omnis exercitus suis quemque bellis distineri: si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate disceptaturas Gallias quem virium suarum terminum velint.*

*[56] Haec dicta pariter probataque: de reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere. Plerique interficiendos censebant, turbidos, infidos, sanguine ducum pollutos: vicit ratio parcendi, ne sublata spe veniae pertinaciam accenderent: adliciendos potius in societatem. Legatis tantum legionum interfectis, ceterum vulgus conscientia scelerum et spe impunitatis facile accessurum. Ea primi concilii forma missique per Gallias concitores belli; simulatum ipsis obsequium quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculae nuntiarent, sed vires ad coercendum deerant, infrequentibus infidisque legionibus. Inter ambiguos milites et occultos hostis optimum e praesentibus ratus mutua dissimulatione et isdem quibus petebatur grassari, in coloniam Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum et [extra commentum] amendatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfugit; pollicitusque, si praesidium daretur, iturum in Batavos et potiolem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum, accepta peditum equitumque modica manu nihil apud Batavos ausus quosdam Nerviorum Baetasiorumque in arma traxit, et furtim magis quam bello Canninefatis Marsacosque incursabat.*

*[57] Vocula Gallorum fraude inlectus ad hostem contendit; nec procul Veteribus aberat, cum Classicus ac Tutor per spe-*

gorputzez eta adulterioz, Augusto jainkozkoa seduzitu ei zuen, Galietan gerran zebilenean. Haiek besteen jarrerak miatzen zituzten solas ezkutuetan; egokitzen jotakoak konplizitatera engaiatu zituztenean, Kolonia Agripinensen batzartzen dira, etxe partikular batean, hiria halako ekimenen aurka baitzegoen. Eta, hala ere, baziren tartean ubioak eta tungroak, baina indarrak handiena treviroak eta llingoiak ziren; eta erabakietan ez zuten atzerapenik onartu. Erronkaz aldarrikatzen dute erromatar herria diskordietan zoraturik dabilela, legioak suntsituak izan direla, Itsalia desegina, Hiria une hartantxe hartua, armada guztiak euren gerra partikularretan banaturik dabilatzala. Alpeak garnizioekin sendotzen bazituzten, Galiek erabakiko zutela euren indarrentzat zer muga nahi zuten.

**56.** Hori dena esanez batera onartu zen. Viteliar armadatik geratzen zenari buruz dudak egon ziren. Gehienak iritzia zen akabatu egin behar zirela, nahasle, desleial, buruzagien odolez orbanduak. Barkatzeko arrazoia nagusitu zen, ez zitezen, absolutzio-itxaropena zapuzturik, euren setan sutu. Hobe zen aliantzara erakartzea. Legioen legatuak hilik, gainerakoak, bulgoa, aisa bilduko zituen krimenen kontzientziak eta inpunitate-itxaropenak. Lehen batzarreko plana horixe izan zen, eta Galietan zehar gerra-pizleak bidali zituzten. Eurok obedientzia simulatu zuten, Vokula oharkabeago atzemateko. Eta ez zen falta izan Vokulari abertitu zionik, baina ez zegoen erreprimitzeko indarrak, legioak hildako askorekin eta ez fidatzekoak izanik. Soldadu badaezpadakoen eta etsai ezkutuen artean, uneko onena elkarrekiko disimuluz eta erasotzen zioten bitarteko berdinekin erasotzea zela pentsaturik, Kolonia Agripinensera jaitzi zen. Han, Klaudio Labeonek, atxilo eta frisiarren artean konfinaturik egon zela esan genuenak, ihes egin zuen, jagoleak erosita. Eta promes eginik, eskolta bat ematen bazioten, batavoenganaino iritsi eta nazio zatirik ahaltsuena Erromarekiko aliantzara itzularaziko zuela, oinezko eta zaldizko tropa txiki bat hartu eta, batavoen artean ezertan ausartu gabe, zenbait nervio eta betasio armetara arrastatu zituen eta kaninefateen eta marsakoen aurka inkursatzen zen, gerraz baino areago ezkutuka.

**57.** Vokulak, galoen trikimainak engainaturik, etsaiarenganantz jo zuen eta ez zegoen Veteratik urrun, Klasikok eta Tutorrek, esplorazio-plantan aurreraturik, germaniarren buruzagiekin itunak berretsi zituztenean; eta orduan, legioetatik lehen aldiz banaturik, euren kanpamen-

*ciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere. Tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam ut Treviris etiam Lingonibusque despectui sit. Superesse fidas provincias, victores exercitus, fortunam imperii et ultores deos. Sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse. Eadem rursus numina, eadem fata ruptores foederum expectarent. Melius divo Iulio divoque Augusto notos eorum animos: Galbam et infracta tributa hostilis spiritus induisse. Nunc hostis, quia molle servitium; cum spoliati exutique fuerint, amicos fore. Haec ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere Novaesium concedit: Galli duum milium spatio distantibus campis consedere. Illuc commeantium centurionum militumque emebantur animi, ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent pignusque tanti sceleris nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus vocata contione in hunc modum disseruit:.*

*[58] ‘Numquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior aut pro me securior. Nam mihi exitium parari libens audio mortemque in tot malis [hostium] ut finem miseriarum expecto: vestri me pudet miseretque, adversus quos non proelium et acies parantur; id enim fas armorum et ius hostium est: bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. Adeo nos, si fortuna in praesens virtusque deseruit, etiam vetera exempla deficiunt, quotiens Romanae legiones perire praeoptaverint ne loco pellerentur? socii saepe nostri excindi urbis suas seque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt, neque aliud pretium exitus quam fides famaue. Tolerant cum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones nec terrore aut promissis demoveantur: nobis super arma et viros et egregia castrorum munimenta frumentum et commeatus quamvis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donativo suffecit, quod sive a Vespasiano sive a Vitellio*



dua oholesi propioz inguratzen dute, Vokulak protestatzen zuelarik erromatarren boterea ez zegoela treviro eta lingoiientzat ere arbuibide izateko bezain gerra zibiletan galdua. Gelditzen zirela probintzia leialak, armada garaileak, inperioaren zoria eta jainko mendekatzaileak. Halaxe jausi ei ziren behinola Sakroviro eta eduoak, berriki Vindize eta Galiak, bakoitza bere guduan. Berriz ere itxaron ziezaietela jainko berek, patu berek, itun-hausleei. Haien gogoak hobeto ezagutzen ei zituzten Julio jainkozkoak eta Augusto jainkozkoak. Galbak eta zer-gen jaitsierak espiritu etsaikorrek sorrarazi zizkietela. Orain etsaiak zirela, morrontza leuna zelako. Biluztuak eta lumatuak izan zitezenean, lagun izango zirela. Horrelako iruzkinak gailenki eginik, Klasikok eta Tutorrek traizioan dirautela ikusitakoan, etorritako bidetik, Novesiora erretirutzen da. Geloak handik bi miliara zeuden lautadetan kokatu ziren. Handik hara-hona zebiltzan zenturioi eta soldaduen gogoak erosten zituzten, halako eran non (lotsaizun ikusigabea) erromatar armadak arrotzari leialtasuna zin egin baitzion eta hainbesteko krimenaren berme legatuen heriotza edo kateak izan baitziren. Vokula, gehienek ihesa aholkatzen bazioten ere, kementsu jokatu behar zuela pentsaturik, biltzarra deitu eta honela mintzatu zen:

**58.** «Inoiz ez dut zuen aurrean hitz egin, edo zuengatik kezkatuago, edo neugatik lasaiago. Izan ere, atseginez dantzut nire galmena prestatzen ari dela eta heriotzari, hainbeste zorigaitzen artean, miserien amaitzat itxaroten diot. Zeuengatik naiz lotsa eta erruki, zeintzuen aurka ez gudurik ez armadarik prestatzen ari den. Horixe da, izan ere, gerren legea eta etsaien zuzenbidea. Klasikok erromatar herriaren aurka gerra egingo duela itxaroten du, eta inperioa eta Galien zina eskaintzen dizue. Horrenbesteraino huts egin al dute, zoriak eta kemenak orainerako abandonatu bagintuzten, antzinako etsenpluek ere, non erromatar legioek euren tokitik atzera egin baino hiltzea ere nahiago izan baitzuten? Gure aliatuek maiz pairatu behar izan zuten euren hiriak suntsituak eta eurak emazte eta seme-alabekin batera erreak izatea, eta heriotzaren beste saririk ez zuten izan leialtasuna eta ospea baino. Oraintxe bertan, legioak Veteran gabezia eta setiopean daude eta ez dituzte izuz edo agintzekin kanporatzen. Guk, arma eta gizon eta kanpamenduko gotorleku bikainez gainera, badugu aski gari eta hornidura gerrarako, luzee-na bada ere. Dirua, oraintxe ere, behar adina izan da hobarirako, zeina, dela Vespasianok, dela Viteliok eman zizuela ulertzea nahiago baduzue

*datum interpretari mavultis, ab imperatore certe Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem, sed est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitusque concurrant. Sane ego displiceam: sunt alii legati, tribuni, centurio denique aut miles. Ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros. An, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? horret animus tanti flagitii imagine. Tutorine Treviro agentur excubiae? signum belli Batavus dabit, et Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus, cum Romanae legiones contra derexerint? transfugae e transfugis et proditores e proditoribus inter recens et vetus sacramentum invisi deis errabitis? te, Iuppiter optime maxime, quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus, te, Quirine Romanae parens urbis, precor venerorque ut, si vobis non fuit cordi me duce haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis, militibus Romanis aut innocentiam detis aut maturam et sine noxa paenitentiam.'*

*[59] Varie excepta oratio inter spem metumque ac pu dorem. Digressum Voculam et de supremis agitantem liberti servique prohibuere foedissimam mortem sponte praevenire. Et Classicus misso Aemilio Longino, desertore primae legionis, caedem eius maturavit; Herennium et Numisium legatos vinciri satis visum. Dein sumptis Romani imperii insignibus in castra venit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere quam ut sacramentum recitaret: iuravere qui aderant pro imperio Galliarum. Interfectorem Voculae altis ordinibus, ceteros, ut quisque flagitium navaverat, praemiis attollit. Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae. Tutor valida manu circumdatos Agrippinensis quantumque militum apud superiorem Rheni ripam in eadem verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis, pulso castrorum praefecto, qui detractaverant: Classicus corruptissimum quemque e deditis pergere ad obsessos iubet, veniam*

ere, erromatar enperadorearengandik hartu baitzenuten bai. Hainbeste gerraren garaile, etsaia Gelduban, Veteran hainbestetan sakabanatua, borrokaren beldur bazarete, lotsagarria da, noski, baina badira oholesia eta harresiak eta egoera luzatzeko arteak, probintziarik hurbilenetako errefortzuak eta armadak etorri arte. Ni gaitzi izan nakizueke, noski. Badira legatuak, tribunoak, zenturioia edo, azken batez, soldadua. Ez bedi lurbira osora heda Zivilek eta Klasikok, zuek satelite zaituztela, Italia inbadituko dutelako izugarrikeria hori. Germaniarrek eta galiarrek Hiriko harresietaraino gida bazaitzate, armak aberriaren aurka eramango al dituzue? Gogoa izularritzen zait hainbesteko lotsaizuna irudikatuz. Tutor treviroari guardiak egin behar ote zaizkio? Batavoak emango ote du gerra seinalea? Eta germaniarren osteak osatu behar al dituzue? Zein izango da krimenaren emaitza, erromatar legioak zuen aurrean formatzean? Desertoreen desertore eta traidoreen traidore, zin berri eta zaharraren artean noraezean ibili behar al duzue, jainkoen gorrotoko? Zuri, Jupiter onen goren horri, zortziehun eta hogeitaz hainbeste garaipenez ohoratu zaitugunari, zuri, Kirino, Hiria aita horri, erregu eta gur egiten dizuet ezen, kanpamendu honek nire gidaritzapean usteltzeke eta orbantzeke iraun zezan nahi izan ez baduzue, ez dadila, behintzat, Tutorrek eta Klasikok zikindua eta profanatua izan; eman diezaiezuela erromatar soldaduei edo errugabetasuna edo damu azkar eta oker gabea».

**59.** Hitzaldia era ezberdinetan hartua izan zen, hala itzaropenez nola beldurrez eta lotsaz. Vokulari, alde egin eta azken uneak prestatzen ari zela, libertoek eta esklaboek eragotzi zioten heriotza txit itsusia nahi ta aurrera zezan. Eta Klasikok, Emilio Longino lehen legioko desertorea bidalirik, haren heriotza azkartu zuen. Herenio eta Numisio legatuak kateatzeari nahikoa iritzi zioten. Gero, erromatar inperioaren insigniak harturik, kanpamendura iritsi zen. Eta harentzat, nahiz edonolako krimenerako gogorturik egon, ez zen aski hitz izan, zina goraki irakurtzeko baizik. Han zeudenek Galietako inperioaren alde zin egin zuten. Vokularen hiltzailea kargu handietara jaso zuen; gainera-koei sariak, bakoitzak lotsaizuna zerbitzatu zuen neurrian. Gero egin-behearrekoak banatu zituzten Tutor eta Klasikoren artean. Tutorrek, tropa ahaltsuz, zin berera behartu zituen, setiatu, agripinenseak eta Rhenoren goi ertzeko soldadu guztiak, ezetzean zeuden Mogontziako tribunoak hil eta prefektua kanpamendutik jaurti ondoren. Klasikok

*ostentantis, si praesentia sequerentur: aliter nihil spei, famem ferrumque et extrema passuros. Adiecere qui missi erant exemplum suum.*

*[60] Obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. Cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant, absumptis iumentis equisque et ceteris animalibus, quae profana foedaque in usum necessitas vertit. Virgulta postremo et stirpis et internatas saxis herbas vellentes miseriarum patientiaeque documentum fuere, donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis vitam orantes. Neque ante preces admissae quam in verba Galliarum iurarent: tum pactus praedam castrorum dat custodes qui pecuniam calones sarcinas retentarent et qui ipsos levis abeuntis prosequerentur. Ad quintum ferme lapidem coorti Germani incautum agmen adgrediuntur. Pugnacissimus quisque in vestigio, multi palantes occubere: ceteri retro in castra perfugiant, querente sane Civile et increpante Germanos tamquam fidem per scelus abrumperent. Simulata ea fuerint an retinere saevientis nequiverit, parum adfirmatur. Direptis castris faces iniciunt, cunctosque qui proelio superfuissent incendium hausit.*

*[61] Civilis barbaro voto post coepta adversus Romanos arma propexum rutilatumque crinem patrata demum caede legionum deposuit; et ferebatur parvulo filio quosdam captivorum sagittis iaculisque puerilibus figendos obtulisse. Ceterum neque se neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit, fisis Germanorum opibus et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclutus fama et potior. Munius Lupercus legatus legionis inter dona missus Veledae. Ea virgo nationis Bructerae late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas et augescente superstitione arbitrantur deas. Tuncque Veledae auctoritas adolevit; nam prosperas Germanis res et excidium legionum praedixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti reservantur pignus societati. Cohortium alarum legionum hiberna*

transfugarik ustelenek setiatuengana jo dezaten manatzen du, barkamena aginduz, uneari jarraitzen bazioten. Bestela, ez ei zegoen inolako itxaropenik; gosea, burdina eta azkena pairatuko ei zuten. Bidaliek euren etsenplua erantsi zuten.

**60.** Batetik leialtasunak, bestetik premiak kontrako norabideetan arrastatzen zituzten setiatuak, ohorearen eta lotsaizunaren arten. Zalantzan zireno, ohiko eta ezohiko janariak falta zituzten, asto eta zaldi eta gainerako animaliak jan ondoren, zeintzuk, likits eta desatseginak izan arren, beharrak erabilgarri bihurtzen baititu. Azkenean, sasktrakak eta sustraiak eta harrietan erneriko belarrak erauzirik, miserien eta sufritzeko gaitasunaren etsenplu izan ziren, aintza bikaina azken lotsagarritz zikindu zuten arte, Zivili bidalitako mezularien bitartez bizia eskatzean. Eta haien erregurik ez zen onartu, Galiei leialtasuna zin egin arte. Gero, kanpamenduko harrapakia hitzartutakoan, jagoleak hautatzen ditu, diruaz, laguntzaileez, ekipaiez jabetzeko, eta beste batzuk, fardel gabe zihoazenak eskoltatzeko, hain zuzen. Germaniarrek, kasik bost miliara tanpez agerturik, zutabe ezohartuari erasotzen diote. Borrokarietak zelaian bertan jausi ziren; asko alderrai, gainerakoak kanpamenduan babestu ziren, Zivil kexu zelarik, noski, eta germaniarrekin haserre, leialtasun ituna era kriminalean apurtzeagatik. Salaketa hori simulatua izan zen ala suminduak ezin izan zituen baretu, ez dago argi. Kanpamendua arpilaturik, zuziak jaurti eta suteak borrokatik biziraun zuten guztiak irentsi zituen.

**61.** Zivilek, barbaroen ohituran, azkenean, legioen hilketarekin, hazten utzi eta erromatarren aurkako borrokan hasi zenean gorrituriko ilea moztu zuen. Eta gatibu batzuengana seme txikia eraman ei zuen, haurren geziz eta azkonez zula zitzan. Gainerakoan, ez bere buruari ez batavoei zin eginarazi zien Galien alde, germaniarren indarrean fiaturik, eta galoekin nor nagusi borrokatu behar bazuen, ospetsuago eta ahaltsuago izango zen. Munio Luperko, legioko legatua, opari artean Veledari bidali zioten. Brukteroen nazioko neskatala hark bazuen itzal handia, germaniarren arteko ohitura bati jarraituz, zeinaren arabera emakume asko iragarletzat eta, sineskeria areagotzean, jainkosatzat jotzen zituzten. Eta orduan Veledaren ospea handitu egin zen, germaniarrentzat gertaera onak eta legioen suntsipena iragarri baitzituen. Baina Luperko bidaian hil zuten. Galian sorturiko zenturioi eta tribuno bakan batzuk aliantzaren bermetzat gordetzen dituzte. Kohorteen

*subversa cremataque, iis tantum relictis quae Mogontiaci ac Vindonissae sita sunt.*

[62] *Legio sexta decima cum auxiliis simul deditis a Novaesio in coloniam Trevirorum transgredi iubetur, praefinita die intra quam castris excederet. Medium omne tempus per varias curas egere, ignavissimus quisque caesorum apud Vetera exemplo paventes, melior pars rubore et infamia: quale illud iter? quis dux viae? et omnia in arbitrio eorum quos vitae necisque dominos fecissent. Alii nulla dedecoris cura pecuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare, quidam expedire arma telisque tamquam in aciem accingi. Haec meditantibus advenit proficiscendi hora expectatione tristior. Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies. Revulsae imperatorum imagines, inhonora signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis; silens agmen et velut longae exequiae; dux Claudius Sanctus effosso oculo dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, postquam desertis Bonnensibus castris altera se legio miscuerat. Et vulgata captarum legionum fama cuncti qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique effusi insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium insulantis vulgi, spretisque Sancti promissis aut minis Mogontiacum abeunt; ac forte obvio interfectore Voculae Longino, coniectis in eum telis initium exolvendae in posterum culpae fecere: legiones nihil mutato itinere ante moenia Trevirorum considunt.*

[63] *Civilis et Classicus rebus secundis sublatis, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permetterent dubitavere. Saevitia ingenii et cupidine praedae ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli et novum imperium inchoantibus utilis clementiae fama; Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum honorata custodia habuerant. Sed Transrhenanis gentibus invisa civitas opulentia auctuque; neque alium finem belli rebantur quam si promisca ea sedes*

kuartelak, hegalak eta legioak eraitsi eta erre egiten dituzte, Mogontzian eta Vindonisan kokatuak bakarrik gelditurik.

**62.** XVI. legioak, Novesian aldi berean errenditu ziren tropa laguntzaileekin batera, Treviriko koloniara translatzeko agindua hartzen du, kanpamendutik zein egunetan irtengo ziren seinalatuz. Bitarte guztia zenbait kezka izaro zuten; koldarrenak Veteran hildakoen etsenpluaren izuz, lotsaz eta lotsaizunez: nolako ibilbidea zen hura? Nor bidaia-  
ren gidari? Eta dena euren biziaren eta heriotzaren jabe egin zituztenen pentzudan. Beste batzuek, inolako desohore kezkarik gabe, dirua edo eurek estimatuen zutena hartzen zuten. Zenbaitzuk armak hartu eta lantzekin borrokarako bezala gertatzen ziren. Prestakuntza horietan zebiltzanei abiatzeko ordua heldu zitzaienten, itxaronaldia baino tristeagoa. Egia esan, oholesi barruan itsukeria ez zen hain nabaria. Kanpoak eta egunak bistaratu zuten lotsaizuna: enperadoreen irudiak erauziak; banderak desohoratuak, galoen estandarteak han-hemen distira eginez; formazioa isilik eta hil-segizio luzea bezala. Klaudio Santo buruzagi, begi bata hutsik, aurpegi izugarriko, izaera ahulagokoa. Lotsaizuna bibidertu egiten da bigarren legioa nahastean, Bonako kanpamendua utzirik. Eta legioen harrapaketa berria zabaldu zenean, lehentxoago erromatarren izena ikaraz entzuten zuten guztiek, zelaietatik eta etxeetatik lasterka eta denean sakabanaturik, izugarri gozatzen zuten hain ikuskizun ohigabeaz. Hegal pizentinoak ezin jasan izan zuen burla egiten zien bulgoaren poza eta, Santoren agintzei edo mehatxuei jaramonik egin gabe, Mogontziara doaz eta, Vokularen hiltzaile Longinorekin halaberharrez topo eginik, armak haren aurka jaurtirik, etorkizunerako erru-garbitzearen hasiera burutu zuten. Legioek, ibilibidea ezertan aldatu gabe, Treviriko harresien aurrean alto egiten dute.

**63.** Zibil eta Klasiko, aldeko gertaerekin harropuzturik, zalantzan egon ziren Kolonia Agripinensea euren armadei arpilagai emango ote zieten. Izaeraren ankerrak eta harrapakiaren galeak hiria suntsitzera arrastatzen zituen. Gerra arrazoiak eta inperio berria hasten dutenentzat baliotsua den klementziaren ospeak eragozten zuen. Zibil mesede baten gomutak ere aldarazi zuen, iskanbilen lehen uneetan Kolonia Agripinensean atzituriko bere semea ohorez jagon zutelako. Baina Rheno handiko tribuentzat, hiri gorrotagarria zen aberastasun eta aurrerapenagatik. Eta gerraren beste azkenik ez zen ikusten egoitza

*omnibus Germanis foret aut disiecta Vbios quoque dispersisset.*

*[64] Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent, quae ferocissimus e legatis in hunc modum protulit: 'redisse vos in corpus nomenque Germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus, vobisque gratulamur quod tandem liberi inter liberos eritis; nam ad hunc diem flumina ac terram et caelum quodam modo ipsum clauserant Romani ut conloquia congressusque nostros arcerent, vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode et pretio coiremus. Sed ut amicitia societasque nostra in aeternum rata sint, postulamus a vobis muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis (etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur), Romanos omnis in finibus vestris trucidetis (haud facile libertas et domini miscentur): bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam aut segregare causam suam possit. Liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim maioribus nostris: quo modo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnis terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus, quibus Romani plus adversus subiectos quam armis valent. Sincerus et integer et servitutis oblitus populus aut ex aequo agetis aut aliis imperitabitis.'*

*[65] Agrippinenses sumpto consultandi spatio, quando neque subire condiciones metus futuri neque palam aspernari condicio praesens sinebat, in hunc modum respondent: 'quae prima libertatis facultas data est, avidius quam cautius sumpsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, iungeremur. Muros civitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis quam diruere tutius est. Si qui ex Italia aut provinciis alienigenae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit vel in suas quisque sedis refugerunt. Deductis olim et nobiscum per conubium sociatis quique mox provenerunt haec patria est; nec vos*



hura germaniar guztientzat irekitzea edo, hautsirik, ubioak ere sakabatatzea baino.

**64.** Hala, bada, tenkteroeak, Rhenok bereizten dituen herriak, mezulariak bidalirik, agripinenseen kontseilu aurrean euren mandatuak jakinarazteko agintzen dute, mezularirik gartsuenak honako eran aurkeztu zituenak: «Germaniaren gorputz eta izenera bihurtu zaretelako, eskerrak ematen dizkiegu jainko komunei eta, batez ere, jainko nagusiari, Martitzi, eta zoriontzen zaituztegu, noizbait libreen artean libre izango zaretelako, zeren egun honetara arte, erromatarrek ibaiak eta lurra eta zerua bera inguratuak baitzituzten, gure elkarrizketak eta bilerak eragozteko, edo, armetarako jaiotako gizonentzat iraingarriago dena, arma gabe eta ia biluzik, zaintza eta preziopean bil gintezen. Baina gure adiskidetasuna eta aliantza betiraunerako berretsita gera daitezen, zuengandik eskatzen dugu Koloniako harresiak, esklaboen gotorlekua, eraits ditzazuela (basa animaliei ere, itxita badauzkate, kemenaz ahaztu egiten zaie), mozteko lepoa zeuen lurraldeko erromatar guztiei (askatasunak eta ugazabek ez dute erraz bat egiten), erailak direnen ondasunak jabetza komunera pasa daitezela, inork ezin dezan ezer gorde ez bere kausarik aparte hartu. Izan bekigu zilegi guri eta zueri bi urertzetan bizi izatea, behinola gura arbasoak bezala. Argia eta eguna gizaki guztientzat bezala, naturak halaxe ireki zizkien lur guztiak gizon kementsuei. Berreskura itzazue erakundeak eta ohi-tura zaharrak, hauts atseginak, zeintzuekin erromatarrek armekin baino indartsuago diren menpekoen aurrean. Herri garbi eta oso eta morrontzaz ahortzi gisan, edo besteen berdin biziko zarete edo besteak menperatuko dituzue».

**65.** Agripinenseek, pentsatzeko astia harturik, etorkizunaren beldurak ez baitzien uzten baldintzetara makurtzen, ez uneko egoerak, argiro ezetz esaten, honela darantzute: «Izan genuen lehen askatasun aukera arretaz bainoago irritsez baliatu genuen, zuekin eta gainerako germaniarrekin, geure odol-kideekin, batzeko. Hiriko harresiak, erromatarren armadak oraintxe, hain zuzen, biltzen ari direnean, apurtzea baino handitzea segurrago zaigu. Italiatik edo probintzietatik etorritako arrotzen batzuk gure lurraldean egon baziren, gerrak iren-tsiak edo euren sorterrietara ihes eginak dira. Aspaldi emigratu eta gurekin ezkontzaz batu zirenentzat eta gero jaioentzat, hau euren aberria da. Eta ez zaituztegu guk geure guraso, neba-arreba, seme-

*adeo iniquos existimamus ut interfici a nobis parentes fratres liberos nostros velit. Vectigal et onera commerciorum resolvimus: sint transitus incustoditi sed diurni et inermes, donec nova et recentia iura vetustate in consuetudinem vertuntur. Arbitrum habebimus Civilem et Veledam, apud quos pacta sancientur' sic lenitis Tencteris legati ad Civilem ac Veledam missi cum donis cuncta ex voluntate Agrippinensium perpertrare; sed coram adire adloquique Veledam negatum: arcebantur aspectu quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre; delectus e propinquis consulta responsaque ut inter nuntius numinis portabat.*

[66] *Civilis societate Agrippinensium auctus proximas civitates adfectare aut adversantibus bellum inferre statuit. Occupatisque Sunucis et iuventute eorum per cohortis composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Baetasiarum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosae fluminis anteceperat. Pugnabaturque in angustiis ambigue donec Germani transnatantes terga Labeonis invasere; simul Civilis, ausus an ex composito, intulit se agmini Tungrorum, et clara voce 'non ideo' inquit 'bellum sumpsimus, ut Batavi et Treviri gentibus imperent: procul haec a nobis adrogantia. Accipite societatem: transgredior ad vos, seu me ducem seu militem mavultis.' movebatur vulgus condebantque gladios, cum Campanus ac Iuvenalis e primoribus Tungrorum universam ei gentem dedit; Labeo antequam circumveniretur profugit. Civilis Baetasios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adiunxit, ingens rerum, percussis civitatum animis vel sponte inclinantibus.*

[67] *Interea Iulius Sabinus proiactis foederis Romani monumentis Caesarem se salutari iubet magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam; nec Sequani detractavere certamen. Fortuna melioribus adfuit: fusi Lingones. Sabinus festinatum temere proelium pari formidine deseruit; utque famam exitii sui faceret, villam, in quam perfugerat, cremavit, illic volun-*

alabak hiltzea nahi izateko bezain gaiztotzat jotzen. Kanona eta aduana-eskubidea kenduko ditugu. Izan bedi iragaitza zaindu gabea, baina egunez eta arma gabe, arau berriak eta oraintsukoak urteen joanean ohitura bihurtu arte. Arbitrotzat Zibil eta Veleda izango ditugu, eta euren aurrean beretsiko dira itunak». Tenkteroak horrela bareturik, Zivili eta Veledari opariekin bidalitako ordezkariak dena lortu zuten agripinenseen gurarien arabera. Baina Veledarekin egotea eta hitz egitea ukatu egin zitzairen. Ikustea debekatzen zitzairen, benerezio handiagoa izan zedin. Bera dorre garaian zegoen. Ahaideetarik hautatu batek jainkoaren mezulari gisan garraiatzen zituen galde-erantzunak.

**66.** Zivilek, agripinenseen aliantzak sendoturik, laterri hurbilak erakartzea edo ezeztunei gerra eramatea erabaki zuen. Eta, sunukoak okupatu eta haien gazteak kohorteetan antolaturik, gehiago aurrera egin ez zezan, Klaudio Labeonek aurre egin zion, betasio eta tungro eta nervioen tropa arrapaladan erreklutatu batekin, posizioaz fidaturik, Mosai ibaiko zubia okupatua baitzeukan. Eta estuguneetan anbiguoki borrokatzen ziren, germaniarrek, igerian zeharkaturik, Labeonen atzealdeari eraso arte. Aldi berean, Zivilek, ausarkeriaz edo beren beregi, tungroen sailean sartu eta goraki esan zuen: «Ez gara gerran hasi, batavoez eta treviroez tribuengan agintzeko. Ut gugandik horrelako harrokeria. Onar ezazue elkertasuna. Zeuengana pasatzen naiz, bai buruzagitzat, bai soldadutzat nahiago nauzuela». Bulgoa mugitzen eta ezpatak ateratzen ari zen, Kanpanok eta Juvenalek, tungroen aurrenekoetariko bik, tribu osoa entregatu ziotenean. Labeonek, inguraturik gelditu aurretik, ihes egin zuen. Zivilek leialtasun-itunean harturiko betasioak eta nervioak ere bere tropetara bildu zituen, martxarekin hazia bera, hirien gogoak lurjota edo nahita makurtzen zitzaizkiola.

**67.** Bitartean, Julio Sabinok, Erromarekiko itunaren monumentuak jaurtirik, Zesar bezala agur dezaten agintzen du eta herkide-oste handia eta trebatu gabea sekuanoen aurka arrastatzen du, herri mugakide eta gurekiko leiala berau. Eta sekuanoez ez zuten borroka saihestu. Zoriak onenei lagundu zien: lingoiak txikituak izan ziren. Sabinok ausartegi aurreraturiko borroka arabera beldurrez laga zuen. Eta bere azkenaren zurrumurrua gauzatzeko, han babestera jo zuen etxaldea erre egin zuen, bertan nahitako heriotzaz akabatu zela sinetsi zelarik. Baina nolako trikimaina eta gordelekuetan bizi izan zen

*taria morte interissey creditus. Sed quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam et insigne Epponinae uxoris exemplum suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. Resipiscere paulatim civitates fasque et foedera respicere, principibus Remis, qui per Gallias edixere ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret.*

[68] *At Romae cuncta in deterius audita Mucianum angebant, ne quamquam egregii duces (iam enim Gallum Annum et Petilium Cerialem delegerat) summam belli parum tolerarent. Nec relinquenda urbs sine rectore; et Domitiani indomitae libidines timebantur, suspectis, uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus praetorianis praepositus vim atque arma retinebat: eum Mucianus pulsum loco, ne sine solacio ageret, annonae praefecit. Utque Domitiani animum Varo haud alienum deleniret, Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit, patrem eius sub C. Caesare egregie functum ea cura dictitans, laetum militibus idem nomen, atque ipsum, quamquam senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere. Adsumuntur e civitate clarissimus quisque et alii per ambitionem. Simul Domitianus Mucianusque accingebantur, dispari animo, ille spe ac iuventa properus, hic moras nectens quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. Legiones victrices, octava, undecima, decima tertia Vitellianarum una-etvicensima, e recens conscriptis secunda Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur; quarta decima legio e Britannia, sexta ac prima ex Hispania accitae. Igitur venientis exercitus fama et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos convenere. Trevirorum legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore belli Iulio Valentino. Is meditata oratione cuncta magnis imperiis obiectari solita contumeliasque et invidiam in populum Romanum effudit, turbidus miscendis seditionibus et plerisque gratus vaecordi facundia.*

ondorengo bederatzi urteetan, baita adiskideen iraupena eta Eponina emaztearen etsenplu miresgarria ere, bere tokian kontatuko dugu. Sekuanoen gudu arrakastatsuari esker, gerraren oldarra geratu egin zen. Hiriak apurka-apurka zentzatu ziren eta jainkoen zuzenbidea eta hitzarmenak errespetatu zituzten, abiatzaile remoak izanik, zeintzuek Galietan zehar publikatu zuten ezen, ordezkariak bidalirik, elkarrekin erabaki zezatela askatasuna ala bakea komeni zen.

**68.** Erroman, ostera, okerrerago hartzen ziren albiste guztiek Muziano biziki kezkatzen zuten, ez ote zuten buruzagiek, euren bikainean ere (Galo Annio eta Petilio Zerial jada hautatuak baitzituen), gerraren norabidea gaizki jasango. Eta Hiria ez zegoen gidari gabe uzterik. Domizianoren grina hezigabeei beldurra zieten, noski, Primo Antonio eta Varo Arrio ere, esana dugunez, susmagarri zirela. Varok, pretoriarren buru jarririk, indarra eta armak atxikitzen zituen. Hari Muzianok, kargutik kenduta sari gabe geldu ez zedin, anoaren ardura eman zion. Eta Varorengandik urrun ez zebilen Domizianoren gogoa lasaitzeko, pretoriarren buru Arrezino Klemente izendatu zuen, Vespasianoren etxeari ahaidetasunez lotua eta Domizianorentzat oso atsegina, esanez aitzak ere kargu bera bikain eraman zuela Gaio Zesarren pean eta izen berdina laket zitzaiela soldaduei, eta berak, berriz, nahiz senadore mailako, bazuela bi lanetarako beste gaitasun. Hiriko gorenak biltzen zaizkio eta beste batzuk anbizioagatik. Aldi berean, Domiziano eta Muziano prestatzen ari ziren, asmo ezberdinez, hura itxaropen eta gaztetasunaren bizkorrean, hau gazte suharra geratzeko luzapenak bilbatzen, adinaren oldarraren eta aholkulari txarren ondorioz, armadaz jabetzera iristen bazen, bakea eta gerra gaizki bidera ez zitzan. Legio garaileak, VII.a, XXI.a, VIII.a, Viteliarrenen arteko XXI.a, berriki aliatuetaarik II.a, Alpe Penino eta Kotianoetan zehar translatuak dira, zati bat Graio menditik. Britaniako XIV. legioari, Hispaniako VI. eta I.ari dei egiten diete. Beraz, Galietako hiriak, iristen ari zen armada-  
ren ospeagatik eta berezko izaeraz ere zer bigunagoetara jorik, remoen laterrian bildu ziren. Han treviroen ordezkari zain zegoen, gerraren xaxatzailerik porrokatuena Julio Valentino zela. Honek, ondo pentsaturiko hiltzaldian, inperio handien aurka ohi den guztia jaurtitzen zuen, baita laido eta gorroto ugari isuri ere erromatar herriaren aurka, nahaslea bera, sedizioak sortzeko, eta gehien atsegin, etorri zoroagatik.

[69] *At Iulius Auspex e primoribus Remorum, vim Romanam pacisque bona dissertans et sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geri, iamque super caput legiones, sapientissimum quemque reverentia fideque, iuniores periculo ac metu continuit: et Valentini animum laudabant, consilium Auspiciis sequebantur. Constat obstitisse Treviris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant. Deterruit plerosque provinciarum aemulatio: quod bello caput? unde ius auspiciumque peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem imperio legerent? nondum victoria, iam discordia erat, aliis foedera, quibusdam opes virisque aut vetustatem originis per iurgia iactantibus: taedio futurorum praesentia placuere. Scribuntur ad Treviros epistulae nomine Galliarum ut abstinerent armis, impetrabili venia et paratis deprecatoribus, si paeniteret: restitit idem Valentinus obstruxitque civitatis suae auris, haud perinde instruendo bello intentus quam frequens contionibus.*

[70] *Igitur non Treviri neque Lingones ceteraevi rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere; ne duces quidem in unum consulere, sed Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur; Classicus segne plerumque otium trahens velut parto imperio fruebatur; ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. Atque interim unaetvicensima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam inrupere; accessit ala Singularium excita olim a Vitellio, deinde in partis Vespasiani transgressa. Praeerat Iulius Briganticus sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avunculo infensusque. Tutor Trevirorum copias, recenti Vangionum, Caeracatum, Tribocorum dilectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, corruptis spe aut metu subactis legionariis; qui primo cohortem praemissam a Sextilio Felice interficiunt, mox ubi duces exercitusque Romanus propinquabant, honesto transfugio rediere, secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus. Tutor Treviris comitantibus, vitato Mogontiaco, Bingium concessit, fidens*

**69.** Baina Julio Auspizek, remoen arteko gorenatarikoak, erromatarren boterea eta bakearen onak erakutsiz eta gerrari koldarrenek ere ekiten diotela, kementsuenen arriskuz burutzen dela eta jada legioak buru gainean zeuzkatela azalduz, zentzudunenei emandako hitzaren errespetuz eta obligazioz, gazteenei arriskuz eta beldurrez eutsi zien. Eta Valentinoren gogoia goستن, Auspizeren aholkua jarraitzen zuten. Ziurra da treviro eta lingoientzat Galien aurrean oztopo izan zela Vindizeren altxamenduan eurak Verginiorekin gelditu izana. Probintzien arteko demak asko urrundu zituen: zer buru zegoen gerrarako?, nondik eskatuko zuten zuzenbidea eta auspizioa?, zer egoitza hautatuko zuten, dena ondo irteten bazen? Oraindik garaipenik ez, eta bazen diskordia, irain artean harrotzen zirela batzuk itunez, beste batzuk ondasunez eta indarrez, edo jatorriaren antzinatasunaz. Etorkizunaren beldurrez oraina on iruditu zitzairen. Treviroei gutuna idazten zaie Galien izenean, uzteko armei, barkamena lorgarri eta bitartekariak gertu baitziren, damutzen baziren. Valentinok horri ere kontra egin eta bere hiriaren belarriak trabatu zituen, ez gerra prestatzeko hain arduratsu nola harenga ugariko.

**70.** Beraz, ez treviroak ez lingoak ez gainerako herri errebeldeak ez ziren ari heldu zioten arriskuaren handitasunaren arabera. Buruzagiek ere ez zuten adostasunez jokatzeko, baizik Zivilek belgen eremu sargaitzak korritzen zituen, Klaudio Labeon atzitzen edo egozten saiatzen zen bitartean. Klasikok, ia beti lasaitasun nagia arrastaturik, inperio eskuratua bailitzan gozaten zuen. Tutor bera ere ez zen azkartu Germaniako goi urertza eta Alpeetako goierak guarnizioekin blokeatzeko. Eta, bien bitartean, XXI. legioa Vindonisatik, Sestilio Felix kohorte laguntzaileekin Reziatik sartu ziren. Singularioen hegala batu zen, lehenago Viteliok deiturik, gero Vespasianoren aldera pasatu zena. Buruzagi Julio Brigantiko zuen, Zivilen arreba baten semea, osabarengana bigunkor eta etsaikor, gorrotorik latzenak ahaiderik hurbilenak diren neurrian. Tutorrek treviroen tropak, vangio, zerakazio eta tribokoen berriketak erreklutatzez gehiturik, oinezko eta zaldizko beteranoekin indartu zituen, legionarioak itxaropenez usteldu edo beldurrez menperatu ondoren. Horiek, lehenengotan, Sestilio Felixek aurretik bidalitako kohortea akabatzen dute; gero, erromatar buruzagiak eta armada hurreratzean, desertzio ohoragarrian itzuli ziren, tribokoak, vangioak eta zerakazioak atzetik zetozela. Tutor, treviroak

*loco, quia pontem Navae fluminis abruperat, sed incursu cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado proditus fususque. Ea clade perculsi Treviri, et plebes omissis armis per agros palatur: quidam principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates quae societatem Romanam non exuerant, perfugere. Legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae se ipsae in verba Vespasiani adigunt. Haec Valentino absente gesta; qui ubi adventabat furens cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, accessere: Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris.*

*[71] Hic belli status erat cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit. Eius adventu erectae spes; ipse pugnae avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior, ferocia verborum militem incendebat, ubi primum congredi licuisset, nullam proelio moram factururus. Dilectus per Galliam habitos in civitates remittit ac nuntiare iubet sufficere imperio legiones: socii ad munia pacis redirent securi velut confecto bello quod Romanae manus exceperant. Auxit ea res Gallorum obsequium: nam recepta iuventute facilius tributa toleravere, pro-niores ad officia quod spernebantur. At Civilis et Classicus ubi pulsum Tutorem, caesos Treviros, cuncta hostibus prospera acceperere, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere ne summae rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos qui breviori itinere legiones in hostem verterent, contracto quod erat militum Mogontiacy quantumque secum transvexerat, tertiis castris Rigodulum venit, quem locum magna Trevirorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne saeptum; et addiderat fossas obicesque saxorum. Nec deteruere ea munimenta Romanum ducem quo minus peditem perrumpere iuberet, equitum aciem in collem erigeret, spreto hoste, quem temere collectum haud ita loco iuvare ut non plus suis in virtute foret. Paulum morae in adscensu, dum missilia hostium praevehuntur:*



lagun, Mogontzia ekidinez, Bingiora erretiratu zen, lakuaz fidaturik, Nava ibaiko zubia apurtu baitzuen, baina Sestilok gidatzen zituen kohorteen inkurtsioz, eta ibia aurkiturik, traditua eta suntsitua izan zen. Treviroak hondamen horrekin jota gelditzen dira, eta jendea, armak utzirik, lurretan hara-hona dabil. Buruetariko batzuek, borrokari uzten lehenengoak izan zirela eman zezan, erromatarren aliantzatik aldendu ez ziren hirietara ihes egin zuten. Novesio eta Bonatik treviroengana pasatu ziren legioek, arestian esan dugunez, euren burua Vespasianoren leialtasunera behartzen dute. Hori Valentinoren ausentzian egin zen. Hau hurbiltzen ari zenean, suturik eta dena berriro nahasmen eta suntsipen bihurtzeko gertu, legioak mediomatrikoengana, hiri aliatura erretiratu ziren. Valentinok eta Tutorrek treviroak berriro armetara arrastatzen dituzte, Herenio eta Numisio legatuak hilez, krimenaren lotura barkamen-itxaropen txikiagoz handi zedin.

**71.** Gerra-egoera horixe zen, Petilio Zerial Mogontziara iritsi zenean. Haren etorrerak itxaropena piztu zuen. Berak, berriz, gudu gogoz eta etsaiengandik gordez baino arbuiatuz, soldadua hitz harroz berotzen zuen, jotzeko aukera zuenaz batera, borrokaren inolako atzerapenik ez onartzeko prest. Galian eginak ziren erreklutaldiak hirietara bihurtzen ditu eta inperioari legioak aski zaizkiola iragartzeko agintzen. Aliatuak itzul zitezela lasai eta bakezko zereginetara, erromatar eskuek harturiko gerra amaitu bailitzan. Neurri horrek galoen atxikimendua handitu zuen. Izan ere, gazteria berreskuraturik, aisago jasan zituzten zergak, zerbitzurako gertuago, baztertzen zituztelako. Zivilek eta Klasikok, berriz, Tutor garaitua izan zela, tenkteroak suntsituak, dena etsaien alde zegoela jakitean, ikaraz eta arrapaladan, euretarren indar sakabanatuak batzen dituztela, bitartean Valentinori mezu ugariz abertitzen diote ez ibiltzeko azken talkaren arrisku bila. Horregatik azkarrago, Zerial, legioak biderik laburrenetik etsaiaren aurka eramango zituztenak mediomatrikoengana bidalirik, Mogontzian gelditzen ziren eta berarekin ekarri zituen soldaduak bildurik, hiru egunetan Rigodulora iritsi zen, Valentinok treviroen kontingente handiz okupatua zuen lekua berau, mendiek edo Mosela ibaiak inguratua. Eta lubanarroak eta haitzezko barrikadak gehitu zituen. Baina gotorleku horiek erromatar buruzagia ez zuten apartatu oinezkoari bitartea ireki zezan agintzetik, ez zaldizkoen lerroa muinoan gora formatzetik, etsaiari jaramonik egin gabe, zeinari, hala-moduz erreklutaturik, lekuak ez baitzion laguntzen

*ut ventum in manus, deturbati ruinae modo praecipitantur. Et pars equitum aequioribus iugis circumvecta nobilissimos Belgarum, in quis ducem Valentinum, cepit.*

*[72] Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis. Hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam; horum scelere clausas caesasque legiones. Quid tantum Cremonam meruisse? quam e gremio Italiae raptam quia unius noctis moram victoribus attulerit. Stare in confinio Germaniae integram sedem spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem. Redigeretur praeda in fiscum: ipsis sufficere ignis et rebellis coloniae ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. Cerialis metu infamiae, si licentia saevitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras: et parvere, posito civium bello ad externa modestiores. Convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. Stabant conscientia flagitii maestae, fixis in terram oculis: nulla inter coeuntis exercitus consalutatio; neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes. Nec proinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat, attonitis etiam victoribus, qui vocem precesque adhibere non ausi lacrimis ac silentio veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenissent. Primum illum stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque imperatorem neque se meminisse. Tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos ne quis in certamine iurgiove seditionem aut cladem commilitoni obiectaret.*

*[73] Mox Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur: 'neque ego umquam facundiam exercui, et populi Romani virtutem armis adfirmavi: sed quoniam apud vos verba plurimum valent bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum aestimantur, statui pauca disserere quae profligato bello utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse. Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maio-*

euretarrek kemenaz haragoko onik izateko baino gehiago. Igoeran zer-bait atzeratzen dira, etsaien jaurtigaiak gurutzatu bitartean. Gorputzez gorputzera iritsi zirenean, oldean bezala jaurtitzen dituzte atzera. Eta zaldizkoen zati batek, tontorrik sargarrienak bilatuz, belgarik gurenenak atzitu zituen, tartean Valentino buruzagia.

**72.** Zerial biharamunean treviroen kolonian sartu zen, hiria txikitzeko irrikaz zegoen soldaduarekin: Huraxe zela Klasikoren, huraxe Tutorren aberria; legioak euren gaiztakeriagatik inguratuak eta puskatuak izan zirela. Zer huts handi egin zuen Kremonak? Hura garaileei gau bakar baten atzerapena emateagatik erauzia izan zela Italiaren altxotik. Germaniako muturrean, armaden hondakinekin eta buruzagien hilketekin alaitzen zen gotorleku bat tentetzen zela. Entrega zedila harrapakia fiskora; eurei aski zitzaizkiela kolonia matxinoko suak eta aurriak, zeintzuekin hainbeste kanpamenduren suntsipenak kitatuko baitzitzuzten. Zeriallek, ospe txarraren beldurrez, soldaduari laxokeria eta ankerkeria sartzen ziola sinesten bazen, haserreak barearazi zituen. Eta obeditu zuten, gerra zibila amaiturik, kanpokoetarako menkorrago. Gero deigarria izan zen mediomatrikoen herritik etorrazazitako legioen itxura negargarria. Desohorearen kontzientziaz goibel zeuden, begiak lurrean josirik: ez inolako agur-trukerik, biltzen ziren armaden artean, ez erantzunik kontsolatzen edo animatzen zituztenei, dendetan ezkutaturik eta argia bera ere ekidinez. Arriskuak eta beldurrak ez zituen lotsak eta desohoreak adina durditu, garaileak ere zurturik, zeintzuek, ahotsa eta erreguak erabiltzen ausartzeke, malkoz eta isiltasunez barka eskatzen baitzuten, Zeriallek gogoak nasaitu zituen arte, errepikatuz ezen patua-ren eraginez gertatu zela soldaduen eta buruzagien diskordiagatik edo etsaien saldukeriagatik burutu zena. Pentsa zezatela egun hura kanpainen eta zinaren lehenengoa zela. Ez enperadorea ez bera ez zirela aurreko txarkeriez gogoratzen. Orduan kanpamendu berean onartuak izan ziren eta manipuluetan agindu zen inork ezein miliziakideri ez aurpegiatzeko sediziorik edo porrotik, liskarrean edo errietan.

**73.** Ondoren, treviro eta lingoiei biltzarrera dei eginik, honela hitz egin ten die: «Inoi ez dut etorririk landu izan eta erromatar herriaren kementa armekin baieztatu dut. Baina zuen begietan hitzek egundoko balioa dutenez eta on-txarrak ez direnez berezko izaeragatik, baizik sediziozaleen esanetatik epaitzen, zer batzuk azaltzea pentsatu dut, gerra amaitutakoan, guri esatea baino zueri entzutea ongariago izango zaizkizue-

*ribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant, et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant. Quot proeliis adversus Cimbro Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. Nec ideo Rhenum insedimus ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. An vos cariores Civili Batavisque et transrhenanis gentibus creditis quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt? eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent: ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur; nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit ut non eadem ista vocabula usurparet.*

[74] *'Regna bellaque per Gallias semper fuere donec in nostrum ius concederetis. Nos, quamquam totiens lacessiti, iure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur; nam neque quies gentium sine armis neque arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queunt: cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis; nihil separatim clausumve. Et laudatorum principum usus ex aequo quamvis procul agentibus: saevi proximis ingruunt. Quo modo sterilitatem aut nimios imbris et cetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines, sed neque haec continua et meliorum interventu pensantur: nisi forte Tutore et Classico regnantibus moderatius imperium speratis, aut minoribus quam nunc tributis parabuntur exercitus quibus Germani Britannique arceantur. Nam pulsus, quod di prohibeant, Romanis quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit, quae convelli sine exitio convellentium non potest: sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum causae. Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate colite: moneant vos utriusque fortunae*

nak. Zuen eta beste galoen lurrian, erromatar buruzagi eta jeneralak ez ziren inolako anbizioz sartu, zeuen arbasoek eskatuta baizik, zeintzuk hainbeste diskordiak akaburaino agortzen zituen, eta laguntzera deituriko germaniarrek etsaiei bezalako morrontza ezarri zieten aliatuei. Zinbro eta teutoiekiko zenbat guduz, gure armaden zenbat nekez edo nolako emaitzaz burutu ditugun germaniar gerrak, nahikoa argi dago. Eta Rhenon ez ginen Italia babesteko ezarri, Galieta erreinuaz beste inolako Arioistorik jabe ez zedin baizik. Zibil eta batavo eta Rhenoz handiko herrientzat estimagarriago zaretela uste al duzue haien arbasoentzat zuen guraso eta aitita-amamak baino? Germaniarrek Galieta pasatzeko arrazoi berdina dute beti: anbizioa eta gehiago-nahia eta kokalekuz aldatzeko gogoia; euren zingira eta bakardadeak utzi eta lur txit emankor hauen eta zeuen jabe egin. Gainerakoan, askatasuna eta hitz lerdinak aurkezten dituzte. Inork ez du inoren morrontzarik eta tiraniarik beretzat desio izan, hitz horiek berak erabili gabe.

**74.** Galieta beti izan dira tiraniak eta gerrak, gure zuzenbidera makurtu zineten arte. Guk, sarritan zirikatuak izanik ere, garaipen-  
eskubidez bakarrik ezartzen dizuegu bakea zerekin defendatu; zeren ez baitago herrien lasaitasunik arma gabe jagoterik, ez armarik soldata gabe, ez soldatarik zerga gabe. Gainerakoa eremu komuna dugu: zuek zeuek zarete sarritan gure legioen buru, zeuek gobernatzen dituzue probintzia hauek eta beste batzuk; ezer ez dago bereiz edo gorde-  
rik. Eta, urrun egon arren, enperadore bikainak berdin gozatzen dituzue; ankerrek, oster, hurbilenak jotzen dituzte. Antzutasuna eta euri handiegiak eta naturaren beste zigorrak bezalaxe, jasan ezazue agintzen dizuetenen gehiegikeria eta diru-gosea. Gizakiak direno, bizioak izango dira, baina hauek ere ez dira etengabeak eta hobe-aldiak tartekatuz kitatzen dira, baldin, beharbada, Tutor eta Klasikoren tiranian, aginte bigunagoa itxaroten ez baduzue. Ala orain baino zerga txikia-  
goekin antolatuko ote dira germaniar eta britaniarrei atzera eragiteko moduko armadak? Zeren, erromatarrek egotzitakoan, jainkoek eragotz bezate!, zer izango da herri guztien arteko gerrak besterik? Zoriari eta zortziehun urteko sistemari esker aurrera egin du inperio honek, erauz-  
leen galmenez baizik erauz ez daitekeenak; baina arriskurik larriena zeuentzat izango da, zeuen esku baitaude urrea eta ondasunak, gerren motibo nagusiak. Maita eta lan ezazue, beraz, bakea, eta garaituek eta garaileek eskubide berdinez daramagun Hiria. Zori bataren eta bestea-

*documenta ne contumaciam cum pernicie quam obsequium cum securitate malitis.' tali oratione graviora metuentis composuit erexitque.*

*[75] Tenebantur victore exercitu Treviri, cum Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit: Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita, urbem atque Italiam interno bello consumptam, Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina: si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatum suarum contentos; si proelium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum qui attulerat <et> ipsas epistulas ad Domitianum misit. Hostes divisim copiis advenire undique. Plerique culpabant Cerialem passum iungi quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutis consererat.*

*[76] Apud Germanos diversis sententiis certabatur. Civilis opperiendas Transrhenanorum gentis, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur: Gallos quid aliud quam praedam victoribus? et tamen, quod roboris sit, Belgas secum palam aut voto stare. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat, coeuntibus undique exercitibus: transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia; nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere; pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum ut non idem pretium quietis quam periculi malit. Quod si statim congregiantur, nullas esse Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones, foederibus Galliarum obstrictas. Idque ipsum quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis: ausuros rursus venturosque in manus non imperiti adulescentuli, verba et contiones quam ferrum et arma meditantis, sed Civilis et Classici; quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem, fugam famem-*

ren agiriek ernaraz zaitzatela, ez dezazuen hondamendun erresistentzia segurantzadun obedientzia baino nahiago izan». Halako mintzal-diarekin, hitz gogorragoen beldur zirenak lasaitu eta suspertu zituen.

**75.** Treviri armada garaileak okupaturik zegoen, Zivilek eta Klasikok Zeriali tankera honetako mezua bidali ziotenean: Vespasiano, albistek ezkututzen bazuten ere, hila zela; Hiria eta Italia barne gerrak janda zeudela; Muziano eta Domizianoren izenak, hutsak eta indargeak. Zerialek Galien agintea nahi bazuen, eurak euren estatuen mugetan konformatuko zirela; borroka nahiago bazuen, horri ere ez ziotela uko egingo. Zerialek Zibil eta Klasikori ez zien ezer erantzun. Mezu-ekarlea eta mezua bera Domizianori bidali zizkion. Etsaiak, tropak zatituri, nonahitik zetozen. Askok Zerial kulpatzen zuten, bereiz atzemanak izan zatezkeenei biltzen utzi zielako. Erromatar armadak lubanarroz eta oholesiz inguratu zuen kanpamendua, non lehenago ausarkiegi kokatu baitziren babes gabe.

**76.** Germaniarren artean, aurkako iritzietan tematzen ziren. Zivilek, Rhenoz handiko tribuei itxaron behar zitzaiera, zeintzuenganako beldurrez hautsirik, erromatar herriaren indarrak ehoak izango baitziren: zer ziren galoak, garaileentzako harrapaki besterik? Eta belgak, osterara, indartsuenak, berarekin ei zeuden, bertan edo gogoz. Tutorrek zioen erromatarren indarra atzerapenak sendotu egiten zuela, alde guztietako armadak biltzen ari baitziren: Britaniatik legio bat zeharkarazi zuten, Hispaniatik deituak izan ziren, Italiatik etortzen ari, eta ez arrapatako soldadua, beteranoa eta gerran trebatua baizik. Itxaroten ari ziren germaniarrak, osterara, ez ei zuten agindurik ez argibiderik onartzen, dena euren apetara egiten baizik. Haiek ustelazteko zer baka-rrak ziren dirua eta opariak erromatarrengan ugariago zirela, eta inor ez zela hain armazalerik, prezio bera arriskuagatik baino bakeagatik nahiago ez izatekorik. Baina berehala borrokatzen baziren, Zerialek ez ei zeukan bat ere legiorik, Galietako itunekin loturiko germaniar armada hondarrak besterik. Eta, bere itxaropenaz bestera, Valentinoren indar desordenatua zanpatu izana bera ere haientzat eta buruzagiarentzat ausarkeriaren kinagarri ei zen. Berriz ausartuko ziren eta jausiko, ez esperientzia gabeko gaztetxo baten, burdinaz eta armez baino hitzez eta harengaz arduratuago baten, baizik Zibil eta Klasikoren eskuan, zeintzuei erreparatuz batera, haien bihotzetara beldurra, ihesa eta gosea, eta gatibuentzat hainbestetan prekarioa den bizia itzuliko bai-

*que ac totiens captis precariam vitam. Neque Treviros aut Lingonas benevolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus abscesserit. Diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus, statimque exequuntur.*

*[77] Media acies Vbiis Lingonibusque data; dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique. Pars montibus, alii viam inter Mosellamque flumen tam improvisi adsiluere ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit: perrupta legionum castra, fusi equites, medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus intrepidus et fugientis manu retrahens, intacto corpore promptus inter tela, felici temeritate et fortissimi cuiusque adkursu reciperatum pontem electa manu firmavit. Mox in castra reversus palantis captarum apud Novesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem ac prope circumventas aquilas videt. Incensus ira ‘non Flaccum’ inquit, ‘non Voculam deseritis: nulla hic proditio; neque aliud excusandum habeo quam quod vos Gallici foederis oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi. Adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint. Ite, nuntiate Vespasiano vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie ducem: venient legiones quae neque me inultum neque vos impunitos patiantur.’*

*[78] Vera erant, et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortis et manipulos; neque enim poterat patescere acies effuso hoste et impredientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. Et cuncta pro hostibus erant, donec legio unaetvicensima patientiore quam ceterae spatio conglobata sustinuit ruentis, mox impulit. Nec sine ope divina mutatis repente animis terga victores vertere. Ipsi territos se cohortium aspectu*



tziren. Treivoek edo lingoiek ere ez zirela sinpatiagatik menpeko. Bel-durra joandakoan, berriro armei helduko ei zieten. Klasikok iritzien ezberdintasuna erabaki zuen, Tutorren plana onartuz, eta berehala gau-zatzen dute.

**77.** Lerroaren erdialdea ubioei eta lingoiei eman zitzairen. Eskuin hegalean, batavoen kohorteak; ezkerrean, brukteroak eta tenkteroak. Batzuek mendietatik jo zuten asaltora, beste batzuek haien eta Mosela ibaiaren arteko bidetik, hain ezustean, ezen Zerialek logelatik eta ohe-tik (gaua ez zuen kanpamenduan igaro) entzun baitzuen borrokan ari zirela eta beretarrek garaituak zirela, dena batera, iragartzen ziotenen beldurrari agiraka eginez, hondamendi osoa begi aurrean agertu arte: legioen kanpamendua erdibitua, zaldizkoak arrapaladan, Moselako bi aldean arteko zubia, beste aldea koloniar lotzen diona, etsaiek okupa-tua. Zerialek, nahasmenetan izukaitz eta ihestunak esku-keinuz itzula-raziz, papar irekian, jaurtigaien erdian ausart, tropa hautatu batekin zubia segurtatu zuen, ausardia arrakastatsuz eta kementsuenen lagun-tza azkarrez berreskuraturik. Gero, kanpamendura itzulirik, Novesion eta Bonan atzitutako legioetako manipuluak deslari ikusten ditu, eta soldadua banderen inguruan sakabanaturik eta arranoak ia inguratuak. Amorruek harturik, dio: «Ez duzue ez Flako ez Vokula abandonatzen: hemen ez dago traiziorik. Ez daukat ezertaz desenkusatu beharrik, ausarkiegi uste izanaz baizik galiar ituna ahaztua zenutela, erromatar leialtasunaren gomutara itzuliak zinetela. Numisioei eta herenioei bil-duko natzaie, zuen legatu guztiak soldaduen edo etsaien eskuan jau-siak izateko moduan. Zoazte, iragar Vespasianori edo, hurrago daude-nez, Zivili eta Klasikori, buruzagia gudu zelaian abandonatu duzuela. Etorriko dira legioak, ez ni mendeku gabe, ez zuek zigor gabe geldit-zerik barkatuko ez dutenak».

**78.** Egia zen, eta tribunoek eta prefektuek ere zer berdinak aurpegira-tzen zizkieten. Kohorteak eta manipuluak eratzen dituzte, baina lerro-rik ezin hedatu, etsaia zabal eta dendak eta fardelak traban egotean, oholesiaren barruan borrokatzen baitzen. Tutorrek eta Klasikok eta Zivilek bakoitzak bere tokitik sustatzen zuten borroka, galiarrak aska-tasunarekin, batavoak aintzarekin, germaniarrak harrapakiarekin kina-tuz. Eta dena etsaien alde zegoen, harik eta XXI. legioak, besteak baino eremu irekiagoan lerroak itxirik, oldartzen zirenei eutsi eta gero atzera eragin zien arte. Eta gogoak bat-batean aldaturik, ez jainkoen

*ferebant, quae primo impetu disiectae summis rursus iugis congregabantur ac speciem novi auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen omisso hoste spolia consecrandi. Cerialis ut incuria prope rem adflixit, ita constantia restituit; secutusque fortunam castra hostium eodem die capit excinditque.*

*[79] Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant; unde metus et iustae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem vel ad ultionem accingerentur. Namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum integra, quae e Chaucis Frisiisque composita Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat: sed tristis nuntius avertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto cremavere; simul Cerialis propero agmine subvenit. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio adiuncta Britannica classe adflicteret Batavos, qua Oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae: classem ultro Canninefates adgressi sunt maiorque pars navium depressa aut capta. Et Nerviorum multitudinem, sponte commotam ut pro Romanis bellum capesseret, idem Canninefates fudere. Classicus quoque adversus equites Novaesium a Ceriali praemissos secundum proelium fecit: quae modica sed crebra damna famam victoriae nuper partae lacerabant.*

*[80] Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est, favore militum anxius et superbia viri aequalium quoque, adeo superiorum intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso imperatoris animo. Trahebatur in diversa, hinc meritis*

esku gabe, garaileek bizkarra itzuli zuten. Haien aitzakia izan zen beldurtu egin zirela, ikusirik lehen kolpean eratu gabe zeuden kohorte batzuk mendi tontorretatik berbiltzen zirela eta laguntza berriaren itxura zeukatela. Baina irabazten ari zirenen oztopoa euren arteko tema zantarra izan zen, mozkinaz nor jabetuko, etsaiaz arduratu gabe. Zerialek, egoera ia deskuidoaz hondatu bazuen ere, irmotasunez berregin zuen; eta zoriari jarraituz, etsaien kanpamendua egun berean apurtzen du.

**79.** Eta soldaduari ez zitzaion atseden luzerik eman. Agripinenseek laguntza eskatzen zuten eta Zivilen emazte eta arreba eta Klasikoren alaba, aliantzaren bahitzat utzi zitzaizkienak, eskaintzen zituzten. Eta, bitartean, etxeetan zabal zeuden germaniarrak laurdenkatu zituzten; hortik zetorren beldurra, eta eskatzaileen arrazoizko erreguak, etsaiek, indarberriturik, itxaropena edo mendekua gauzatzera jo aurretik. Zeren Zibil ere haranzko bidean baitzen, ez ahul, kohortetik suharrena osorik zuela, zeina, kaukoek eta frisiarrek osaturik, Tolbiakon baitzegoen, agripinenseen mugan. Baina kohortea agripinenseen traizioak deuseztu zuelako albiste tristeak desbideratu zituen; hauek, atea itxi eta barrura sua jaurtirik, germaniarrak erre zituzten, jan ugariz eta ardoz erdi lo; aldi berean, Zerial martxa azkarrean joan zitzaien laguntzera. Zivilengan bazen beste beldur bat ere, ez ote zituen XXIV. legioak, britaniar flota baturik, batavoak suntsituko, ozeanoak inguratzen zituen aldetik. Baina Fabio Prisko legatuak lehorreko ibilbidetik eramane zuten legioa, nervioen eta tungroen alderantz, eta herri hauek errendiziopean hartuak izan ziren. Kaninefateek, beste gabe, flotari eraso eta untzirik gehienak hondatuak edo atzituak izan ziren. Eta nervioen oste bat, erromatarren aldeko gerrari ekiteko berez altxatu zena, kaninefateek eurek desegin zuten. Klasikok ere aldeko gudua burutu zuen, Zerialek Novesiora aurrelari bidalitako zaldizkoen aurka. Oker txiki baina maizkor hauek berriki lorturiko garaipenaren ospea lorrinzen zuten.

**80.** Egun beretan, Muzianok Vitelioren semea hiltzeko agindu zuen, diskordiak iraungo zuela argudiatuz, gerra haziak erabat iraungi ezik. Domizianok Antonio Primo segiziorako deitzea ere ez zuen irentsi, kezka soldaduen harenganako sinpatiatatik eta gizonaren harrokeriatatik, zeinak parekorik ere, eta gutxiago goragokorik, ez zuen jasaten. Vespasianorengana joanik, Antonio, bere usteen neurrian ez bada ere,

*Antonii, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistulis: simul ceteri ut infestum tumidumque insectabantur, adiunctis prioris vitae criminibus. Neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, nimius commemorandis quae meruisset: alios ut imbellis, Caecinam ut captivum ac dedititium increpat. Unde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia.*

*[81] Per eos mensis quibus Vespasianus Alexandriae statos aestivis flatibus dies et certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelestis favor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. E plebe Alexandrina quidam oculorum tabe notus genua eius advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit; precabaturque principem ut genas et oculorum orbis dignaretur respergere oris excremento. Alius manum aeger eodem deo auctore ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur orabat. Vespasianus primo inridere, aspernari; atque illis instantibus modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci: postremo aestimari a medicis iubet an talis caecitas ac debilitas ope humana superabiles forent. Medici varie disserere: huic non exesam vim luminis et redituram si pellerentur obstantia; illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. Id fortasse cordi deis et divino ministerio principem electum; denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus nec quicquam ultra incredibile, laeto ipse vultu, erecta quae adstabat multitudine, iussa exequitur. Statim conversa ad usum manus, ac caeco reluxit dies. Utrumque qui interfuere nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.*

*[82] Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem ut super rebus imperii consuleret: arceri templo cunctos iubet. Atque ingressus intentusque numini respexit pone tergum e primoribus Aegyptiorum nomine Basiliden, quem procul Ale-*

enperadoreak ez du, behintzat, gogo okerre hartzen. Kontrako aldeek tiratzen zioten: batetik, Antonioren merituek, zeinaren agindupean duda gabe amaitu baitzen gerra, bestetik, Muzianoren gutunek. Aldi berean, besteek zakartzat eta harrotzat jaukitzen zioten, haren aurreko bizitzari buruzko salaketak erantsiz. Berak ere ez zion talkak sortzeari uzten harrokeriaz, bere meritua gehiegi gogoratuz. Batzuk gerrarako ezgaitzat arbuiatzen ditu, Zezina gatibu eta makurtutzat. Hortik, astiro-astiro, geroz hutsalago eta merkeagotzat daukate, enperadorearen adiskidetasuna itxuraz gelditurik, hala ere.

**81.** Hil haietan, Vespasiano Alexandrian udako haize jakinen eta itsaso segurraren zain zegoenean, mirari asko gertatu ziren, zeintzuekin zeruen faborea eta jainkoen Vespasianorenganako halako joera bat agertzen zen. Alexandriar plebetar bat, begietako gaitzagatik ezaguna, belauetara makurtzen zaio, itsutasunaren erremedio eske zotinka, Serapis jainkoaren aholkuz, zeina haren herriak, sineskerietara emanik, beste guztien gainera gurtzen baitu, eta printzeari eskatzen dio onar dezala masailak eta begi-zuloak bere ahoko jariakinez zipriztintzea. Beste batek, esku-herbal, jainko bera eragile zuela, Zesarren oinak eta oinkadak zapal zezala erregutzen zuen. Vespasianok, lehenengotan, barre egiten zuen, jaramonik egiteke. Eta haiek tematzean, batetik harro famaren beldur zen, bestetik haien erreguek eta losintxarien hitzek itxaropena tiratzen zioten. Azkenean, medikuek epai dezatela agintzen du ea delako itsutasuna eta herbertasuna giza bidez gaingarri ziren. Medikuek iritzi ezberdinak ematen zituzten: batari begien indarra ahitu zitzaioela eta, oztopoak kenduz gero, itzuliko zitzaioela; bestearen lohadar dislokatuak tokira ekar zitezkeela, indar sendagarria eginez gero. Hori beharbada jainkoen gogoko zela eta printzea izan zela jainkozko eginkizunerako hautatua; nolanahi ere, erremedio lortuaren aintza Zesarrengan, porrotaren lotsa dohakabeengana geldituko zela. Hala, Vespasianok, dena bere zoriaren esku zegoela eta aurrerantzean ezer ez zela sinestezina izango pentsaturik, bera aurpegi alaiz, jendetza urduria geldi-geldi, esana bete egiten du. Bertan, eskua bere onera etorri zen eta itsuarentzat eguna berriz argitu zuen. Bi mirariak oraindik ere gogoan dituzte hango lekukoek, gezurarentzat inolako saririk ez denean.

**82.** Harrezkero, Vespasianok gogo biziagoa izan zuen, egoitza santua bisitatzeko eta inperioko arazoei buruz kontsultatzeko. Denak tenplu-

*xandria plurium dierum itinere et aegro corpore detineri haud ignorabat. Percontatur sacerdotes num illo die Basilides templum inisset, percontatur obvios num in urbe visus sit; denique missis equitibus explorat illo temporis momento octoginta milibus passuum afuisse: tunc divinam speciem et vim responsi ex nomine Basilidis interpretatus est.*

[83] *Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Aegyptiorum antistites sic memorant, Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem, qui moneret ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret; laetum id regno magnamque et inclutam sedem fore quae excepisset: simul visum eundem iuvenem in caelum igne plurimo attolli. Ptolemaeus omine et miraculo excitus sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intellegere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat, quaenam illa superstitio, quod numen, interrogat. Timotheus quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum vetere inter accolae fama Iovis Ditis: namque et muliebrem effigiem adsistere quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens negligere paulatim aliasque ad curas animum vertere, donec eadem species terribilior iam et instantior exitium ipsi regnoque denuntiaret nisi iussa patrarentur. Tum legatos et dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri iubet praecepitque navigaturis ut Pythicum Apollinem adeant. Illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua: irent simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.*

[84] *Vt Sinopen venere, munera preces mandata regis sui Scydrothemidi adlegant. Qui <di>versus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri;*

tik urrun edukitzeko agintzen du. Eta sartu eta jainkoarengan bildurik, itzultzean, egiptoarrik gurenatariko bat ikusten du atzean, Basilides izenekoa, Alexandriatik urrun, egun askotako bidean eta gaixotasunez geldi zegoela bazekiena. Abadeei galdetzen die ea Basilides egun hartan tenpluan sartu den, bidean aurkitzen dituen, ea hura ikusi duten. Azkenik, zaldizkoak bidalirik, une hartan laurogei miliatara zegoela egiaztatzen du. Orduan agerpena jainkozkotzat hartzen eta orakuluaren esanahia Basilides ('errege') izenetik interpretatzen du.

**83.** Jainkoaren jatorriaz gure autoreak ez dira oraindik ari izan. Egiptoarren abadeek kontatzen dute Ptolomeo erregeari, Egiptoren boterea, Alexandria berriki sortuari harresiak eta tenpluak eta kultuak ematen zizkionekoa, bermatu zuenari, edertasun itzeleko eta gizakiena baino itxura handiagoko gazte bat agertu zitzaiola lotan, zeinak aholkatu zion bere imajina ekarraraz zezala, konfiantzarik handieneko adiskideak Pontora bidalita; eta hori erreinuarentzat parte oneko eta hura hartuko zuen egoitza handia eta gurena izango zela. Berehala gaztea zerurantz igotzen ikusi ei zuten su handi baten barruan. Ptolomeok, iragarpenak eta mirariak kinaturik, gaueko ikuspena egiptoar abadeei kontatu zien, zeintzuen gain baitzegoen halako misterioak interpretatzea. Eta, haiek Ponto eta atzerriak gutxi ezagutzen zituztenez, Timoteori, Eumolpiden familiako atenastarrari, Eleusistik zeremonia-buru etorrazari zuenari, zer superstizio, zer jainko zen hura galdetzen dio. Timoteok, Pontora joanak zirenei galdetu ondoren, Sinope hiria dagoela han jakiten du, eta ez urrun, Jupiter-Plutonen tenplua, bertakoen artean entzute zaharrekkoa, ondoan emakume-irudi bat ere baduena, gehienek Proserpina deitua. Baina Ptolomeok, erregeen izaera denez, beldurbera, lasaitasunera itzuli zenean, atseginak erlijioak baino laketago izanik, astiro-astiro kezkatzeari utzi eta beste ardura batzuetan jarri zuen arreta, harik eta agerpen berak, ikaragarriago eta mehatxutiago, beraren eta erreinuaren galmena iragarri zion arte, agindurik betetzen ez bazuen. Orduan Eszidrotemide erregearentzat (honexek gobernatzen zituen orduan sinopearrak) ordezkariak eta opariak atontzeko agintzen du, eta itsasoratzeraz zihozenei Pitiko Apolo bisitatzeko esan zien. Haientzat itsasoa ona gertatu zen, orakuluaren erantzuna, anbigua: joan eta ekar zezatela bueltan bere aitaren imajina, utz zezatela arrebarena.

**84.** Sinopera iritsi zirenean, Eszidrotemide erregeari euren erregearen opari, errege, mandatuak aurkezten dizkiote. Hura, iritzi aldakorrez,

*saepe donis promissisque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto Ptolemaeus non studium, non preces omittere: dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur ne destinata deo ultra moraretur: cunctantem varia pernicies morbique et manifesta caelestium ira graviorque in dies fatigabat. Advocata contione iussa numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala exponit: vulgus aversari regem, invidere Aegypto, sibi metuere templumque circum-sedere. Maior hinc fama tradidit deum ipsum adpulsas litori navis sponte conscendisse: mirum inde dictu, tertio die tantum maris emensi Alexandriam adpelluntur. Templum pro magnitudine urbis exstructum loco cui nomen Rhacotis; fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum. Haec de origine et advectu dei celeberrima. Nec sum ignarus esse quosdam qui Seleucia urbe Syriae accitum regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit; alii auctorem eundem Ptolemaeum, sedem, ex qua transierit, Memphim perhibent, inclutam olim et veteris Aegypti columnen. Deum ipsum multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.*

*[85] At Domitianus Mucianusque antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treviris gestarum nuntios accipere. Praecipua victoriae fides dux hostium Valentinus nequaquam abiecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat. Auditus ideo tantum ut nosceretur ingenium eius, damnatusque inter ipsum supplicium exprobranti cuidam patriam eius captam accipere se solacium mortis respondit. Sed Mucianus quod diu occultaverat, ut recens exprompsit: quoniam benignitate deum fractae hostium vires forent, parum decore Domitianum confecto prope bello alienae gloriae interventurum. Si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare, Canninefatis Batavosque minoribus ducibus delegandos: ipse*



behin zen jainkoaren beldur, behin ezetzean zegoen herriaren mehatxuekin izutzen zen, sarritan ordezkarien opari eta promesetara makurtzen zen. Eta bitartean, Ptolomeok, hiru urte igarorik, ez zuen ahalegi-nean, erreguetan esten. Ordezkarien maila, untzien kopurua, urrearen pisua handitzen zuen. Orduan Eszidrotemide erregeari agerpen mehatxutia aurkezten zaio, ezen ez atzeratzeko gehiago jainkoari destinatuta dagoenik. Zalantzan zen bitartean, zenbait ezbehar eta gaixotasunek eta jainkoen haserre ageriago eta larriagoak egunean baino egunean gehiago alatzten zuten. Biltzarra deiturik, jainkoaren aginduak, bere eta Ptolomeoren ikuspenak, gainera zetozkion zoritxarrak azaltzen ditu. Herriak erregeari bizkar ematen zion, Egiptori begi gaiztoz begiratzen zion, euren buruengatik beldur ziren eta tenplua inguratzen zuten. Hortik aurrera, kondaira txundigarriago batek transmititu digu ezen jainkoa berbera, bere kabuz, itsasertzean amarraturiko untzietara igo zela. Gero, esateko ere miragarria, hiru egunetan Alexandriaraino bultzatuak dira, hain itsaso handia zeharkaturik. Hiriaren handitasunari zegokion tenplua eraiki zuten, Rakotis izeneko lekuan. Santutegi bat oso aspalditik izana zen han, Serapis eta Isisi sagaratuak. Horixe da jainkoaren jatorriaz eta heleraz gehien zabaldua. Eta ez nago ezjakinean nola batzuek ziurtatzen duten Siriako Seleuzia hiritik joanarazi zutela, Ptolomeoren agintaldian, zeinari hirugarren adina ekarri baitzion. Beste batzuek diote ekarlea Ptolomeo bera izan zela; nondik ekarri zuten egoitza, berriz, Menfis zela, behinola ospetsu eta antzinako Egiptoren zutabe. Jainkoa bera askok Eskulapio dela dute, gorputz gaixoak sendatzen dituelako; batzuek, Osiris, oso jainko antzinakoa herritar haien artean; askok, Jupiter, zer guztien jaun gisan; gehienek, Pluton aita, ageri zaizkion apaingarriengatik edo aieru nahasiengatik.

**85.** Bitartean, Domizianok eta Muzianok, Alpeetara iritsi aurretik, Treviriko gertaeren berri onak hartu zituzten. Garaipenaren berme nagusi, etsaien buruzagiak, Valentinok, gogoia erabat lur jota, aurpegi-keran erakusten zuen nolako kemena izan zuen. Nolako izaera zeukan jakiteko bakarrik galdekatu zuten eta, kondenaturik, suplizioan bertan, haren sorterria hartua izan zela aurpegiratzen zion bati erantzun zion heriotza atsegin handiz jasotzen zuela. Baina Muzianok luzaroan gorderik zeramana zer berritzat agertu zuen: etsaien indarrak jainkoen ontasunari esker hautsiak izango zirenez gero, ez litzatekeela batere itxurosoa Domizianok inoren aintzan esku-hartzea, gerra ia amaituta

*Luguduni vim fortunamque principatus e proximo ostentaret, nec parvis periculis immixtus et maioribus non defuturus par.*

*[86] Intellegebantur artes, sed pars obsequii in eo ne deprenderentur: ita Lugudunum ventum. Unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret. Qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit an opes virisque adversus fratrem, in incerto fuit: nam Cerialis salubri temperamento elusit ut vana pueriliter cupientem. Domitianus sperni a senioribus iuventam suam cernens modica quoque et usurpata antea munia imperii omittebat, simplicitatis ac modestiae imagine in altitudinem conditus studiumque litterarum et amorem carminum simulans, quo velaret animum et fratris <se> aemulationi subduceret, cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.*

egonik. Inperioaren egonkortasuna edo Galien salbamena arriskuan balitz, Zesarrek gudu-zelaiari behar zuela; kaninefateak eta batavoak buruzagi txikiagoen esku utzi behar zirela. Erakutsi zitzala berak, Lugdunon, printzagoaren indarra eta zoriona, arrisku txikietan nahasi gabe eta arbasoei huts egin gabe.

**86.** Trikimainak ulertzen ziren, baina deferentziaren gakoa igarriak ez izatean zetzan. Halaxe iritsi ziren Lugdunora. Uste da Domizianok handik, Zeriali mezu ezkutuak bidaliz, haren leialtasuna haztatu zuela, ea, hara joaten bazen, armada eta agintea entregatzeko gertu ote zegoen. Plan horrekin, aitaren aurkako gerra ala anaiaren aurkako baliabide eta indarrak buruan ote zerabiltzan, dudan gelditu zen, zeren Zeriallek tentu sanos albo egin baitzion, haur erara huskeriak desio dituenari bezala. Domizianok, bere gaztetasuna zaharragoen aldetik arbuaiatua zela ikusirik, gobernu-eginkizunak, txikiak eta artean burutuak zituenak ere, bertan behera uzten zituen, xalotasun- eta modestia-itxuran bere baitan ezkutatu, eta letrazaletasuna eta olerki maitasuna simulatu, bere gogoa estali eta anaiarekiko lehiatik apartatzeko, zeinaren izaera ezberdina eta leunagoa alderantziz interpretatzen baitzuen.

# *P. CORNELI TACITI HISTORIARVM LIBER QVINTVS*

*[1] Eiusdem anni principio Caesar Titus, perdomandae Iudaeae delectus a patre et privatis utriusque rebus militia clarus, maiore tum vi famaue agebat, certantibus provinciarum et exercituum studiis. Atque ipse, ut super fortunam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat, comitate et adloquiis officia provocans ac plerumque in opere, in agmine gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. Tres eum in Iudaea legiones, quinta et decima et quinta decima, vetus Vespasiani miles, excepere. Addidit e Syria duodecimam et adductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque; comitabantur viginti sociae cohortes, octo equitum alae, simul Agrippa Sohaemusque reges et auxilia regis Antiochi validaque et solito inter accolae odio infensa Iudaeis Arabum manus, multi quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat occupandi principem adhuc vacuum. His cum copiis finis hostium ingressus composito agmine, cuncta explorans paratusque decernere, haud procul Hierosolymis castra facit.*

*[2] Sed quoniam famosae urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperire. Iudaeos Creta insula profugos novissima Libyae insedissememorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis. Argu-*

# HISTORIAK

## BOSGARREN LIBURUA

1. Urte beraren hasieran, Zesar Titok, aitzak Judea menperatzeko hau-tatuak eta, bien izate pribatuan, milizian bikainak, orduan indar eta ospe handiagoa zeukan, probintzien eta armaden atxikimenduak lehian zituela. Eta bera, zoriaren gainekotzat har zezaten, adeikor eta armetarako trebe agertzen zen, tratu atseginez eta solasez zerbitzuan gogoia sortuz, eta sarritan lanean, ibilaldietan, soldadu soilarekin naha-siz, buruzagi mailarik galdu gabe. Judean hiru legiok hartu zuten: Vak eta X.ak eta XV.ak, Vespasianoren soldadu beteranoak. Siriatik XII.a gehitu zuen, eta Alexandriatik, XXII.a eta III.a. Lagun zeramatzan hogeia kohorte aliatu, zaldizkoen zortzi hegal, baita Agripa eta Sohemo erregeak, eta arabiarren kontingente bat, indartsua eta juduen arerioa auzo artean ohi den gorrotoz, eta beste asko, oraindik engaiatu gabeko printzeaz jabetzeko itzaropen partikularrak Hiritik eta Italiatik irtena-razi zituenak. Tropa horiekin formazio eratuan, etsaien lurraldean sar-turik, dena arakatuz eta borrokarako gertu, kanpamendua Jerusalem-dik ez urrun ezartzen du.

2. Baina hiri ospetsu baten azken eguna kontatu behar dugunez gero, bidezko dirudi bere hastapenak kontatzea. Juduak, Kreta irlatik ihesi, Libiako bazterrik urrunenean kokatu ei ziren, Saturno, Jupiterren indarrak jaurtirik, erreinutik erretiratu zenean. Froga izenetik ateratzen dute: Kretan bada Ida mendi ospetsua, eta inguruko biztanleak, Ideo-

*mentum e nomine petitur: inclutum in Creta Idam montem, accolae Idaeos aucto in barbarum cognomento Iudaeos vocitari. Quidam regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam; plerique Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedis perpulerit. Sunt qui tradant Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox proprias urbis Hebraeas- que terras et propiora Syriae coluisse. Clara alii Iudaeorum initia, Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditae urbi Hierosolyma nomen e suo fecisse.*

[3] *Plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe quae corpora foedaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium petentem purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere iussum. Sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse ne quam deorum hominumve opem expectarent utrisque deserti, sed sibimet duce caelesti crederent, primo cuius auxilio praesentis miserias pepulissent. Adsensere atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil aequae quam inopia aquae fatigabat, iamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium e pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit. Id levamen; et continuum sex dierum iter emensi septimo pulsus cultoribus obtinuerunt terras, in quibus urbs et templum dicata.*

[4] *Moyses quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia quae apud nos sacra, rursum concessa apud illos quae nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetranti sacravere, caeso ariete velut in contumeliam Hammonis; bos quoque immolatur, quoniam Aegyptii Apin colunt. Sue abstinent memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris adhuc ieiuniis fatentur, et raptarum fru-*

ak, izena hizkuntza arrotzean luzatuz, Iudeoak deitzen dira. Batzuek diote, Isisen agintaldian, Egipton gainez zegoen jendetza Hierosolimo eta Judaren agindupean ebakuatua izan zela lurralde hurbiletara. Askok, etiopiarren adar bat zirela, Zefeoren agintaldian, beldurak eta gorrotoak kokapena aldatzera eramán zituztenak. Badira diotenak asiariar abenturazaleak, labore lurreko herri txiroa, Egiptoren zati bat bereganaturik, gero hiri propioetan eta lur hebreo eta Siriatik hurreneko inguruan bizi izan zirela. Beste batzuek, juduen hastapena gurena izan zela; solimoek, Homeroren bertsoetan kantatzen den herriak, sortu zuten hiriari Hierosolima jarri ziotela izena, eurenetik hartuta.

3. Autorerik gehienak bat datoz ezen, gorputzak kutsatzen zituen izurrite bat sorturik, Bokoris erregeak, erremedio bila Amonen orakulua kontsultatu ondoren, erreinua garbitzeko eta jende mota hori, jainkoentzako nardagarri bezala, beste lur batzuetara eramateko agindua hartu zuela. Hala, bilatu eta bilduriko jendetza eremu handietan lagatua izan ondoren, besteak malkotan kikildurik, Moisesek, erbestertuetariko batek, aholkatu ei zien ez itxaroteko inolako laguntzarik, ez jainkoenik ez gizakienik, bitzuek abandonatuak izanik, baizik, zeruko gidaritzat, fida zitezela lehenengo harengan, zeinaren sorospenez orduko lazeriak astintzera iritsiko baitziren. Baietz esan zuten eta, ororen ezjakín, bidaia gorabeheratsuan abiatzen dira. Baina ezerk ez zituen urik ezak adina alatzén eta, heriotzatik ez urrun, lautada guztian zehar etzanak zirela, basasto aldra bat larretik oihanak gerizaturiko haitzerantz zihoan. Haiei jarraituz, Moisesek, lur belartsuaren lorratzetik, ur zain handiak aurkitzen ditu. Eta sei eguneko bidaldia eten gabe egin ondoren, zazpigarrenean, hango biztanleak egotzirik, inguru bat okupatu zuten, non hiria eta tenplua eskainiak izan ziren.

4. Moisesek, herria gerorako bere alde bermatzearren, errito berriak eta gainerako hilkorrenen kontrakoak ezarri zituen. Hantxe profanatu zuen gure artean sakratua dena; euren artean zilegi, osterá, guretzat likits dena. Euren noraeza eta egarria hark erakutsiz astindu zuten animaliairen imajina santutegi batean sagaratu zuten, Amonen irainerako bezala, akerria sakrifikatuz. Zekor bat ere inmolatzén dute, egiptoarrek Apis gurtzen baitute. Txerrikiáz abstenitu egin ziren hondamenaren gomutaz, behinola zaragarrak kutsatu baitzituen, eta animalia horrek hartara baitu joera. Behinolako gose luzea oraingo barau ugariekin nabarmentzen dute eta, uzta biltze leratsuaren erakusgarri, juduen ogiak ez daroa ino-

*gum argumentum panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die otium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit; dein blandiente inertia septimum quoque annum ignaviae datum. Alii honorem eum Saturno haberi, seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod de septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe et praecipua potentia stella Saturni feratur, ac pleraque caelestium viam suam et cursus septenos per numeros commear.*

*[5] Hi ritus quoquo modo inducti antiquitate defenduntur: cetera instituta, sinistra foeda, pravitate valere. Nam pessimus quisque spretis religionibus patriis tributa et stipes illuc congregabant, unde auctae Iudaeorum res, et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed adversus omnis alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent; inter se nihil illicitum. Circumcidere genitalia instituerunt ut diversitate noscantur. Transgressi in morem eorum idem usurpant, nec quicquam prius imbuuntur quam contemnere deos, exuere patriam, parentes liberos fratres vilia habere. Augendae tamen multitudini consulitur; nam et necare quemquam ex agnatis nefas, animosque proelio aut suppliciiis peremptorum aeternos putant: hinc generandi amor et moriendi contemptus. Corpora condere quam cremare e more Aegyptio, eademque cura et de infernis persuasio, caelestium contra. Aegyptii pleraque animalia effigiesque compositas venerantur, Iudaei mente sola unumque numen intellegunt: profanos qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant; summum illud et aeternum neque imitabile neque interiturum. Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sistunt; non regibus haec adulatio, non Caesaribus honor. Sed quia sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur vitisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli, domitorem Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis. Quippe Liber festos laetosque ritus posuit, Iudaeorum mos absurdus sordidusque.*



lako legamirik. Zazpigarren egunean atsedena hautatu ei zuten, harexek ekarri baitzien nekeen azkena. Gero, nagikeria motelgarritz, zazpigarren urtea ere alferkeriari eman zioten. Beste batzuek diote ohore hori Saturnori eskaintzen zaiola, bai erlijioaren printzipioak ideoez transmititu zizkietelako, zeintzuetaz bai baitakigu Saturnorekin egotziak izan zirela eta endaren sortzaileak direla, bai hilkorrek gidatzen dituzten zazpi astroetarik, Saturnoren izarra jotzen delako orbitarik goreneco eta boteretik handienekotzat, eta zeruko gorputzik gehienek euren bidea eta itzulia zazpinakako zenbakietan egiten dutelako.

5. Errito hauek, sartu diren moduan sartu, anitzinatasunak bermatzen ditu. Gainerako ohiturek, zantar, higuigarri, txarkeriagatik iraun dute. Izan ere, arbasoen erlijioa arbuia zuten zantar guztiek zergak eta txanponak uzten zituzten han, horrela juduen boterea handitu zelarik, eta euren arteko leialtasuna sendoa, errukia azkarra delako; beste guztien aurrean, berriz, gorroto petoa. Otorduetan bereiz, logeletan aparte, oso enda sexuzale, emakume arrotzekiko haragikeriatik abstenitzen dira; euren artean ezer ez da debeku. Genitalak zinkuntzidatzea ezarri zuten, berezitasun horregatik ezagunak izateko. Haien ohituretara pasatzen direnek gauza bera egiten dute, eta ez zaie beste printzipiorik irakasten, jainkoak arbuizatzea, aberriaz arnegatzea, gurasoak, seme-alabak, senideak zer doilortzat jotzea baizik. Baina biztanleria handitzeaz arduratzen dira. Izan ere, agnaturen bat hiltzea ere sakrilegioa da, eta borrokan edo suplizioan hildakoen arimak hilezkorrek direla sinesten dute; hortik ugaltzeko grina eta heriotzaren arbuioa. Gorpuak ere ehortzi, egiptoarren erara erre beharrean, eta infernuei buruzko beldur eta kontentzimendu berdina; zerukoei buruz, alderantziz. Egiptoarrek animaliarik gehienak eta haietat eginiko irudiak gurtzen dituzte. Juduen jainkoa pentsamenduz bakarrik eta bakartzat ulertzen dute: profanoak dira jainkoen irudiak, gizakien antzeko material hilkorrez moldatzen dituztenak; euren goren eta betikoa, imitaezina eta apurtezina da. Horregatik, hirietan ez dago estatuarik, are gutxiago tenpluetan. Erregeentzat ez dago halako gurtzarik, zesarrentzat ere ez. Baina abadeek flautaz eta danborrez lagundurik kantatzen, huntzez janzten eta tenpluan urrezko mahatsondoa aurkitu zenez gero, batzuek uste dute Liber aita, Ekialdeko jauna, gurtzen zutela, instituzioak inola ere berdinak izan gabe. Liberrek, noski, jaizko eta pozezko errituak ezarri zituen; juduen usadioa absurdua eta likitsa da.

[6] Terra finesque qua ad Orientem vergunt Arabia terminantur, a meridie Aegyptus obiacet, ab occasu Phoenices et mare, septentrionem e latere Syriae longe prospectant. Corpora hominum salubria et ferentia laborum. Rari imbres, uber solum: [exuberant] fruges nostrum ad morem praeterque eas balsamum et palmae. Palmetis proceritas et decor, balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si Vim ferri adhibeas, pavent venae; fragmine lapidis aut testa aperiuntur; umor in usu medentium est. Praecipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus; idem amnem Iordanen alit funditque. Nec Iordanes pelago accipitur, sed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur neque piscis aut suetas aquis volucris patitur. Inertes undae superiacta ut solido ferunt; periti imperitique nandi perinde attolluntur. Certo anni bitumen egerit, cuius legendi usum, ut ceteras artis, experientia docuit. Ater suapte natura liquor et sparso aceto concretus innatat; hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt: inde nullo iuvante influit oneratque, donec abscindas. Nec abscindere aere ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminae per mensis exolvuntur. Sic veteres auctores, sed gnari locorum tradunt undantis bitumine moles pelli manuque trahi ad litus, mox, ubi vapore terrae, vi solis inaruerint, securibus cuneisque ut trabes aut saxa discindi.

[7] Haud procul inde campi quos ferunt olim uberes magnisque urbibus habitatos fulminum iactu arsisse; et manere vestigia, terramque ipsam, specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita aut manu sata, sive herba tenuis aut flore seu solitam in speciem adolevere, atra et inania velut in cinerem vanescunt. Ego sicut inclitas quondam urbis igne caelesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque fetus segetum et autumnii putrescere reor, solo caeloque iuxta gravi. Et Belius amnis Iudaico mari inlabitur, circa cuius os

6. Ekialderantz ematen duten lurra eta lurraldea Arabiak mugatzen ditu; sortaldetik Egipto dago aurrez; sartaldetik, feniziarrak eta itsasoa; iparra Siria aldetik urruneraino ikusten dute. Gizakumeen gorputzak osasuntsuak eta nekagaitzak dira. Euria urri, lurra emankor, zerealak gureen antzekoak eta, gainera, baltsamoa eta palmondoak. Palmadietan, altuera eta edertasuna; baltsamoa, zuhaitz txikia. Adar bat hanpatzen den bakoitzean, burdinaz kolpe bat emanez gero, zainak dardaratzen dira; harri edo teila zati batekin irekitzen dira; isurkia medikuntzan erabiltzen da. Goratzen den mendi nagusia Libano da, esateko miragarria, itzaltsua hainbesteko beroetan eta elurrei emana; berak elikatzen eta handitzen du Jordan ibaia. Eta Jordan ez du itsasorak hartzen, aitzitik, laku batean eta beste batean zehar osorik iraganik, hirugarrenak bereganatzen. Lakua, inguru itzeleko, itsaso antzeko, zaporez ustelago, sundearen larriagatik urertzekoentzat kiratsu, ez hai-zeak darabil, ez arrainik edo ohiko hegaztirik pairatzen du. Olatu inerteek gainera botatzen zaienari solido gisan eusten diote. Igerian trebeak nahiz baldarrak berdin mantentzen dira. Halako urte-sasoian, betun bat jaurtitzen du, esperientziak, beste arteetan bezala, biltzen irakatsi zuena. Hartan dihardutenek, eskuz harturik, untziaren gorenera arrastatzen dute; handik, inork eragin gabe, barrurantz jariatzen eta betetzen da, zeuk moztu arte. Eta ezingo duzu brontzez edo burdinaz ebaki. Emakumeek hilero jaregiten duten odol eta soineko odoleztatuei ihes egiten die. Autore zaharrek horixe diote, baina lekuen ezagutzaileek kontatzen dute betunezko masa flotatzaileak besoz bultzatzen eta arrastatzen dituztela bazterreraino; gero, lurraren beroz eta eguzkiaren indarrez lehortutakoan, aizkoraz eta ziriz zatitzen dituztela, hageak edo haitzak bezala.

7. Handik ez urrun, behinola oparoak eta hiri handiek populatuak izan ei ziren lautadak oinaztuak jota erre ziren; eta lorratzak geratzen ei dira, eta lurrak berak ere, kiskali itxuran, indar emankorra galdu egin ei zuen. Izan ere, berez erne edo eskuz ereindako dena, nahiz belar edo lore edo ohiko eiteraino hazi, hautsetan ezabatzen da, beltz eta huts. Neuk, ostera, hiri ospetsuak antzina zeruko sutan kiskali zirela onartzeko prest egon arren, uste dut lurra lakuko hatsak pozoiturik dagoela, gainean dabilen airea andeatua dela eta horregatik laboreak eta udazken-uztak zoru eta eguratsak, biok berdin galgarri, usteltzen dituztela. Belio ibaia ere judear itsasora lerratzen da. Bokale inguruan

*lectae harenae admixto nitro in vitrum excoquuntur. Modicum id litus et egerentibus inexhaustum.*

*[8] Magna pars Iudaeae vicis dispergitur, habent et oppida; Hierosolyma genti caput. Illic immensae opulentiae templum, et primis munimentis urbs, dein regia, templum intimis clausum. Ad fores tantum Iudaeo aditus, limine praeter sacerdotes arcebantur. Dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium: postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus demere superstitionem et mores Graecorum dare adniscus, quo minus taeterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est; nam ea tempestate Arsaces desciverat. Tum Iudaei Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis—et Romani procul erant—, sibi ipsi reges imposuere; qui mobilitate vulgi expulsi, resumpta per arma dominatione fugas civium, urbium eversiones, fratrum coniugum parentum neces aliaque solita regibus ausi superstitionem fovebant, quia honor sacerdotii firmamentum potentiae adsu-mebatur.*

*[9] Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit templumque iure victoriae ingressus est: inde vulgatum nulla intus deum effigie vacuam sedem et inania arcana. Muri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit. Mox civili inter nos bello, postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten redacti: Iudaeos C. Sosius subegit. Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxit. Post mortem Herodis, nihil expectato Caesare, Simo quidam regium nomen invaserat. Is a Quintilio Varo obtinente Syriam punitus, et gentem coercitam liberi Herodis triper-tito rexere. Sub Tiberio quies. Dein iussi a C. Caesare effigiem eius in templo locare arma potius sumpsere, quem motum Caesaris mors diremit. Claudius, defunctis regibus aut ad modicum redactis, Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio*

bilduriko hondarrak beira ateratzeko egosten dira, nitroa nahasita. Hondartza txikia eta ustiatzaileentzat agorkaitza bera.

**8.** Judearik gehiena herrietan sakabanaturik dago. Hiriak ere badira. Jerusalem, nazioaren hiriburua. Bertan, aberastasun izugarriko tenplua; eta hiria, lehenengo gotorlekuekin itxia; ondoren, erret egoitza; tenplua, barruko gotorlekuen barruan. Juduarentzat, ateraino bakarrik dago sarrera; atalburutik urrun egoten dira, abadeak izan ezik. Ekialdea asiarren eta baita medoen eta pertsiarren ere esku egon zenean, esklaboen zatirik arbuigarriena izan ziren. Mazedoniarrak nagusitu zirenean, Antioko erregeari, haien sineskeria kendu eta grekoen bizimoldea eman nahi izan zienean, hain herri nazkagarria hoberantz aldatzea partoen gerrak eragotzi zion, Arsazesek garai hartantxe desertatu baitzuen. Orduan juduek, mazedoniarrak ahul, partoak oraindik gartzetxe (eta erromatarrak urrun zeuden), euren buruei erregeak ezarri zizkieten. Hauek, bulgoaren aldakortasunak jaurtirik, domeinua armeekin berreskuraturik, herritarren erbeste, hirien suntsitze, senideen, emazteen, gurasoen hilketa eta erregeek ohi dituzten beste gehiegikerietara oldarturik, sineskeria sustatzen zuten, abadetzaren ohorea agintearen oinarritzat hartzen baitzen.

**9.** Gneo Ponpeio izan zen juduak menperatu eta tenpluan garaipen eskubidez sartu zen lehenengoa. Harrezkero, egoitza jainko irudi orotarik hutsik zegoela eta misterioak hustuak zirela zabaldu zen. Jerusalemgo harresiak eraitsirik, santutegiak iraun zuen. Gero, gure artean gerra zibila zela, probintziak Marko Antonioren kontrolpera joan zirenean, partoen errege Pakoro Judeaz jabetu zen eta Publio Ventidiok hilarazi zuen, eta partoak Eufrates ondoraino atzeratu zituzten. Gaio Sosiok makurtu zituen juduak. Antoniok Herodesi entregaturiko erreinua Augusto garaileak handitu zuen. Herodes hilik, Zesarri ezer esan gabe, Simon zelako batek errege titulua bereganatu zuen. Siria gobernatzen zuen Kintilio Varok zigortu zuen, eta herria, menperatua, Herodesen semeek hiru zatitan gobernatu zuten. Tiberioren pean, lasaitasuna. Gero, Gaio Zesarrek bere irudia tenpluan ipintzeko agindu zienean, armak hartzea nahiago izan zuten; matxinada hori Zesarren heriotzarekin amaitu zen. Klaudiok, erregeak hilik edo erdi hutsera etorririk, Judea, probintzia gisan, erromatar zaldunen edo libertoen esku utzi zuen, zeintzuetarik Antonio Felixek, ankerkeria eta laxokeria oroz, errege-lana esklabo tankeran garatu

*exercuit, Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.*

*[10] Duravit tamen patientia Iudaeis usque ad Gessium Florum procuratorem: sub eo bellum ortum. Et comprimere coeptantem Cestium Gallum Syriae legatum varia proelia ac saepius adversa excepere. Qui ubi fato aut taedio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaue et egregiis ministris intra duas aestates cuncta camporum omnisque praeter Hierosolyma urbis victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello intentus quantum ad Iudaeos per otium transiit. Pace per Italiam parta et externae curae rediere: augebat iras quod soli Iudaei non cessissent; simul manere apud exercitus Titum ad omnis principatus novi eventus casusve utile videbatur.*

*[11] Igitur castris, uti diximus, ante moenia Hierosolymorum positis instructas legiones ostentavit: Iudaei sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri et, si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit; mox cessere hostes et sequentibus diebus crebra pro portis proelia serebant, donec adsiduis damnis intra moenia pellerentur. Romani ad obpugnandum versi; neque enim dignum videbatur famem hostium opperiri, poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine praemiorum. Ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante oculos; ac ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem arduam situ opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur. Nam duos collis in immensum editos claudebant muri per artem obliqui aut introrsus sinuati, ut latera obpugnantium ad ictus patescerent. Extrema rupis abrupta, et turres, ubi mons iuvisset, in sexagenos pedes, inter devexa in centenos vicinosque attollebantur, mira specie ac procul intuentibus pares. Alia intus moenia regiae circumiecta, conspicuoque fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata.*

baitzuen, Kleopatra eta Antonioreen biloba Drusila ezkontide harturik; Felix, beraz, Antonioreen bilobaren senar izan zen eta Klaudio biloba izan zuen.

**10.** Juduen pazientziak, oster, Gesio Floro prokuradorearen garairaino iraun zuen: haren pean gerra lehertu zen. Eta hura itotzen saiatu zen Zestio Galok, Siriako legatuak, zenbait gudu hartu zituen, mai-zago galtzaile. Patuz edo nazkaz hil zenean, Vespasianok, Neronek bidalita, zoriaz eta ospeaz eta laguntzaile bikainez baliaturik, bi ekitalditan lurralde osoa eta Jerusalemek beste hiri guztiak okupatu zituen, armada garailez. Hurrengo urtea, gerra zibilean murgildua, bakean joan zen juduei zegokienez. Italian bakea lorturik, kanporarekiko kezkak itzuli ziren. Amore eman ez zuten bakarrik juduak izateak haserrea areagotzen zuen. Aldi berean, Titok armadaburu jarraitzea mesedegarri iritzen zen, printzego berriarentzat zernahi on edo oker gerta baledi ere.

**11.** Hala, bada, esan dugunez, kanpamendua Jerusalemgo harresien aurrean ezarririk, legioak gudu-ordenan agertu zituen. Juduek lerroa harresien kontra-kontran hedatu zuten, abagune onean arriskatzeko asmoz, eta babesa eskura zutela, atzera egin behar bazen. Zaldizkoa, kohorte arinekin haien aurka bidalia, emaitza argirik gabe borrokatu zen. Gero etsaiek amore eman zuten eta, hurrengo egunetan, ate aurreetan maiz saiatzen ziren borrokan, harresien barrura egotziak izan arte, eten gabeko okerren ondorioz. Erromatarrek asaltora jo zuten, ez baitzen duin ikusten etsaien gosearen zain egotea; eta, gainera, arriskua eskatzen zuten, batzuek kemenez, gehienek harrokeriaz eta sari-gogoz. Titorentzat beretzat, Erroma eta agintea eta atseginak zeuden begi aurrean. Eta Jerusalem berehala eraisten ez bazuten, argi zegoen luze joango zela. Baina hiria, leku jagian, gotorlekuz eta eustormaz sendotua zuten, zeintzuekin lautadan ere behar adina babestuko baitziren. Izan ere, garaiera itzelean goratzen ziren bi muino harresi artoski zehiarrek edo barrurantz angeludunek ixten zituzten, erasotzaileen aldamenak tiropean gelditzen zirela. Haitza-ren mutur malkarra eta dorreak hirurogei oin goratzen ziren, mendiak uzten zuen lekuan, ehun eta hogeirenean bai maldetan, itxura harri-garrian eta dena maila berdinean, urrundik begiratuta. Beste harresi batzuk barruan, jauregi inguruan; eta Antoniar Dorrea, teilatu ikusgarrikoa, Herodesek Marko Antonioreen omenez hala deitua.

[12] *Templum in modum arcis propriique muri, labore et opere ante alios; ipsae porticus, quis templum ambibatur; egregium propugnaculum. Fons perennis aquae, cavati sub terra montes et piscinae cisternaeque servandis imbribus. Providerant conditores ex diversitate morum crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium; et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. Atque per avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi struxere muros in pace tamquam ad bellum, magna conluvie et ceterarum urbium clade aucti; nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat eoque seditiosius agebant. Tres duces, totidem exercitus: extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes [quem et Bargioram vocabant], templum Eleazarus firmaverat. Multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat: sed proelia dolus incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta. Mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi qui Eleazarum manumque eius obtruncarent, templo potitur. Ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret.*

[13] *Evenerant prodigia, quae neque hostiis neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. Visae per caelum concurrere acies, rutilantia arma et subito nubium igne conlucere templum. Apertae repente delubri fores et audita maior humana vox excedere deos; simul ingens motus excedentium. Quae pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur. Quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat, sed vulgus more humanae cupidinis sibi tantam factorum magnitudinem interpretati ne adversis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obsessorum omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta milia fuisse accepimus: arma cunctis, qui ferre possent, et plures quam pro numero audebant. Obstinatio viris feminisque par; ac si transferre sedis cogerentur, maior vitae metus quam mortis. Hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando*



**12.** Tenplua, gotorleku gisako, harresi eta guzti, lanez eta ahaleginez besteen gaineko; tenplua inguratzen zuten arkupeak eurak ere, bastioi bikain. Ur-iturri etengabea, mendiak lurpetik zulatuak, eta igerilekuak eta urmaelak, euria gordetzeko. Sortzaileek, ohituren berezitasunagatik, gerra ugari aurreikusi zuten: hortik zer guztiak setio kasurako, luzeena bazen ere; eta Ponpeiok asaltoan hartuak izan ondoren, beldurrrak eta esperientziak beste gauza asko erakutsi zieten. Eta Klaudioren garaiko diru-gosea bide, gotorlekugintzarako eskubidea erosi eta bakean gerrarako moduko harresiak eraiki zituzten, jende-uhol handiak eta beste hiri batzuen hondamenak hazita, makurgaitzenak hantxe abarotu eta, beraz, matxinoago jokatzeko baitzuten. Hiru buruzagi, hainbeste armada. Simonek harresien kanpoaldea, hedatsuena, hartu zuen bere gain; hiriaren erdigunea, Joanesek (Bargiora ere deitzen ziotenak); tenplua, Eleazarrek. Joanesek eta Simonek gizonterian eta armetan zeukaten indarra, Eleazarrek kokapenean. Baina euren artean guduak, traizioa, suteak izan ziren, eta gari erreserba handi bat erre egin zen. Gero Joanes, sakrifizioak egiteko itxuran, Eleazar eta haren tropa laurdenkatuko zituztenak bidalirik, tenpluaz jabetzen da. Horrela, hiria bi fakziotan banatu zen, harik eta, erromatarrek hurbiltzean, kanpo gerrak elkartasuna ekarri zuen arte.

**13.** Mirariak gertatu ziren, sineskeriaren menpeko, erlijioen aurkako jende hark ez biktimekin ez botuekin expiatzerik zilegi ikusten ez dituenak. Zeruan armadak elkar jotzen ikusi ziren, arma distiratsuak eta tenplua hodeien bat-bateko sutan argiztatzen. Santutegiko ateak tanpez ireki eta giza ahotsa baino indartsuagoa entzun zen, jainkoak bazihoazela. Aldi berean, bazihoazenen mugida handia. Hori gutxik ulertu zuen beldurgarritzat. Gehienak abadeen antzinako idatzietan zegoenaz konbentziturik zeuden: garai hartantxe izango zela Ekialdea nagusitu eta Judeatik etorriak munduaz jabetuko zirena. Hitz ilun horiek Vespasiano eta Titori jakinarazi zizkieten, baina bulgoa, giza grinena erara, patuen hainbesteko handitasuna euren alde ulerturik, okerrean ere ez zen egiara aldatzen. Setiatuen ostea, adin guztietakoa, gizon eta andre batera, seiehun milakoa izan zela jakin dugu. Armak, heltzeko gai ziren guztientzat, eta halako jendetza batentzat baino gehiago erakusten zituzten. Gizonen eta emakumeen burugogorkeria, berdina, eta kokalekuak aldatzera behartzen bazituzten, biziaren beldurrago ziren heriotzaren baino. Hiri eta jende horren aurka, Zesar

*impetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit: dividuntur legionibus munia et quies proeliorum fuit, donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres aut novis ingeniis struerentur.*

*[14] At Civilis post malam in Treviris pugnam reparato per Germaniam exercitu apud Vetera castra consedit, tutus loco, et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis adventu secundae et tertiae decimae et quartae decimae legionum; cohortesque et alae iam pridem accitae post victoriam properaverant. Neuter ducum cunctator, sed arcebat latitudo camporum suoapte ingenio umentium; addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus, Germanos fluminibus suetos levitas armorum et proceritas corporum attollit.*

*[15] Igitur lacessentibus Batavis ferocissimo cuique nostrorum coeptum certamen, deinde orta trepidatio, cum praealtis paludibus arma equi haurirentur. Germani notis vadis persultabant, omissa plerumque fronte latera ac terga circumvenientes. Neque ut in pedestri acie comminus certabatur, sed tamquam navali pugna vagi inter undas aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen quam pro tumultu caedes, quia non ausi egredi paludem Germani in castra rediere. Eius proelii eventus utrumque ducem diversis animi motibus ad maturandum summae rei discrimen erexit. Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam: Germani prosperis feroces, Romanos pudor excitaverat. Nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas acta.*

*[16] Postera luce Cerialis equite et auxiliariis cohortibus frontem explet, in secunda acie legiones locatae, dux sibi delectos retinuerat ad improvisa. Civilis haud porrecto agmi-*

Titok, lekuak ez baitzuen asaltorik eta gerra ekintza azkarrik uzten, lubetak eta manteleteak erabiliz borrokatzea erabaki zuen. Lanak legioen artean banatzen dira eta gudu-etena izan zen, hiriei erasotzeko antzinako era guztiak edo asmakuntza berriak abiarazi arte.

**14.** Bitartean, Zivil, Germanian Treviriko gudu okerraren ondoren armada berreginak, Vetera Castran kanpatu zen, tokiak babestua, eta hango gertaera baikorren gomutak barbaroen gogoaz susper zezan. Zerialek ingurura bertaraino jarraitu zuen, indarrak bibiderturik II., VI. eta XIV. legioen etorrerarekin. Eta kohorteak eta hegalak, aspaldi deituak, azkar ibili ziren garaipenetik aurrera. Buruzagietariko inor ez zegoen amorekor, baina zelai berez istiltsuen hedadurak apartatzen zituen. Zivilek eustorma bat erantsi zuen Rhenorekiko zeihar, eta traba horrekin ibaiak eurt egiten eta inguruetara zabaltzen zen. Halakoxea zen zorua, badaezpadako hondoz traidorea eta guretzat okerra: erromatar soldadua astuna baitzen armaz, eta igerian berdurti; germaniarrak, berriaz, ibaietara ohituak, armen arintasunak eta gorputzen altuerak gainean mantentzen zituzten.

**15.** Hala bada, batavoek erasotzean, borroka gutariko sutsuenek hasi zuten. Gero nahasmena sortu zen, hain zingira sakonek armei eta zaldiei tiratzean. Germaniarrak ezagun zituzten ibietatik jauzika mugitzen ziren, gure hegalak eta bizkarrak inguratuz, aurreaz ia inoiz arduratzeke. Eta ez zen gorputzez gorputz borrokatzen, lehorreango borrokan bezala, uretan batetik bestera ibiliz baizik, itsas gudan bezala, edo, bidean zerbait finkorik aurkitzen bazuten, indar guztiz harantz tiratuz, zaurituak zaurigabeekin, igeri zekitenak ez zekitenekin, elkarren galmenean tratatzen ziren. Hala ere, hilak anabasari zegokion baino gutxiago izan ziren, germaniarrak, zingiradia zeharkatzen ausartzeke, kanpamendura itzuli ziren eta. Gudu horren emaitzak bi buruzagiak azken ekintzaren erabakia azkartzera bultzatu zituen, alderantzizko gogo bulkadaz: Zivilek, zoriari tiratu, Zerialek lotsaizuna ezabatu. Germaniarrak, arrakastaz harroturik, erromatarrak, lotsaz amorroturik. Gaua barbaroen artean kantu eta zantzo joan zen, gutarrentzat, sumin eta mehatxu.

**16.** Biharamon egunsentian, Zerialek aurrealdea zaldizkoz eta kohorte laguntzailez betetzen du; legioak bigarren lerroan kokatu ziren; buruzagiak ustekabeetarako gizon hautak gorde zituen. Zivil, indarrak hedaturik barik, zirietan formatu zen: batavoak eta kugernoak eskui-

*ne, sed cuneis adstitit: Batavi Cugernique in dextro, laeva ac propiora flumini Transrhenani tenuere. Exhortatio ducum non more contionis apud universos, sed ut quosque suorum advehebantur. Cerialis veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentisque victorias; ut perfidum ignavum victum hostem in aeternum exciderent, ultione magis quam proelio opus esse. Pauciores nuper cum pluribus certasse, ac tamen fusos Germanos, quod roboris fuerit: superesse qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant. Proprios inde stimulos legionibus admovebat, domitores Britanniae quartadecimanos appellans; principem Galbam sextae legionis auctoritate factum; illa primum acie secundanos nova signa novamque aquilam dicaturos. Hinc praevectus ad Germanicum exercitum manus tendebat, ut suam ripam, sua castra sanguine hostium reciperarent. Alacrior omnium clamor, quis vel ex longa pace proelii cupido vel fessis bello pacis amor, praemiaque et quies in posterum sperabatur.*

*[17] Nec Civilis silentem struxit aciem, locum pugnae testem virtutis ciens: stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae, cineres ossaque legionum calcantis. Quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem clademque et dira omnia observari. Ne terrentur vario Trevirici proelii eventus: suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis praeda manus impediunt: sed cuncta mox prospera et hosti contraria evenisse. Quae provideri astu ducis oportuerit, providisse, campos madentis et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias. Rhenum et Germaniae deos in aspectu: quorum numine capesserent pugnam, coniugum parentum patriae memores: illum diem aut gloriosissimum inter maiores aut ignominiosum apud posteros fore. Ubi sono armorum tripudis—ita illis mos—adprobata sunt dicta, saxis glandibusque et ceteris missilibus proelium incipitur, neque nostro milite paludem ingrediente et Germanis, ut elicerent, lacescentibus.*

*[18] Absumptis quae iaciuntur et ardesciente pugna procursum ab hoste infestius: immensis corporibus et praelongis*

nean, ezkerra eta ibai inguruak Rhenoz handikoeok okupatu zituzten. Buruzagien exhortazioak ez ziren denen aurreko harengak bezala, norbere taldeen aurretik igaro ahala baizik. Zerialek erromatar izenaren aspaldiko aintza, antzinako eta berrikitako garaipenak zekartzan: puska zezatela betiko etsai traidore, koldar, garaitua; mendekua beharrezkoago zen gudua baino. Berriki, kopuru txikiagoan indar handiagoen aurka borrokatu eta, hala ere, germaniarrak deseginak izan ziren; horixe ei zuten indar. Gogoan ihesa, bizkarrean zauriak zeramatzenak gelditzen zirela. Gero, legio bakoitzari kinagarri propioak ezartzen zizkion, XIV.enekoei Britaniako bezatzaileak deituz; Galba VI. legioaren ekimenez egin zela enperadore; II.enekoei borroka hartantxe sagaratuko zituztela lehenengoz bandera berriak eta arrano berria. Ondoren, germaniar armadarantz aurreratuz, besoak luzatzen zituen: berreskura zezatela euren urertza, euren kanpamendua etsaien odolez. Denek alai oihu egin zuten, borroka gogoz baitzeuden bake luzearen ondorioz, edo bakearen maitasunez, gerrak ahiturik; eta sariak eta geroan atsedena ere itxaroten zuten.

**17.** Zivilek ere ez zuen armada isilean formatu, gudu-zelaia kemenaren lekukotzat inbokatuz: germaniarrak eta batavoak aintzaren oinartzean zebiltzala, legioen hautsak eta hezurak zapalduz. Erromatarrek begiak norantznahi zabaldu, gatibutza eta porrota eta izugarrikeria oro agertuko zitzaiola. Ez zitezela Treviriko guduaren hondamenaz ikara: han haien garaipenak berak kalte egin ziela germaniarrei, armei jareginik, eskuak harrapakian ezdeusten zituztela. Baina bat-batean haiei dena alde eta etsaiari aurka jarri zitzaielara. Buruzagiaren zuhertasunak aurreikusi beharrekoa jakina zela: zela urpetuak eta haientzat ezagunak, etsaiantzat zingiradi galgarriak. Rheno eta Germaniako jainkoak bistan zeudela; haien indarrez, hel ziezaiotela borrokari, emazteak, gurasoak, aberria gogoratuz. Egun hura edo arbasoen arteko loriatsue-na, edo ondorengoen aurrean lotsagarriena izango zela. Hitz haiek arma hotsez eta dantzaz onartuak izan zirenean (hala dute ohitura), gudua harri, bola eta beste jaurtigai mota batzuekin hasten da, gure soldadua zingiretan sartu gabe eta germaniarrak hura erakartzeko zirikatzuz.

**18.** Jaurtitzekoak agorturik eta gudua gogorturik, etsaiek sutuago eraso zuten. Euren gorputz izugarri eta lantza neurrigabeekin, flotatzen eta aldaroka zebilen soldadua josi egiten zuten urrundik. Aldi

*hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant; simul e mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructerorum cuneus transnavit. Turbata ibi res et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt suppressaque hostium ferocia proelium aequatur. Inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis eques mitteretur: solidum illa et Cugernos, quibus custodia obvenisset, parum intentos. Duae alae cum perfuga missae incauto hosti circumfunduntur. Quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsque Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset: ne eques quidem institit, repente fusis imbribus et propinqua nocte.*

*[19] Postera die quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Anno missa: Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit: Civili Chaucorum auxilia venire. Non tamen ausus oppidum Batavorum armis tueri, raptis quae ferri poterant, ceteris iniecto igni, in insulam concessit, gnarus deesse navis efficiendo ponti, neque exercitum Romanum aliter transmissurum: quin et diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quae morabantur, effudit. Sic velut abacto amne tenuis alveus insulam inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores, in quibus fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus; simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant inter gentis periculorum avidas.*

*[20] Tantumque belli superfuit ut praesidia cohortium alarum legionum uno die Civilis quadripertito invaserit, decimam legionem Arenaci, secundam Batavoduri et Grinnes Vadamque, cohortium alarumque castra, ita divisus copiis ut ipse et Verax, sorore eius genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent, nec omnia patranda fiducia, sed multa ausis aliqua in parte fortunam adfore: simul Cerialis*

berean, Rhenorantz eraikia zutela esana dugun diketik, brukteroen falka bat igerian sartu zen. Han gauzak nahastu egin ziren, eta kohorte aliatuen lerroa ezeztatua zenean, legioek erasora jotzen dute eta, etsaien oldarra geldiarazirik, borroka berdinu egiten da. Bitartean, desertore batavo bat Zerialengana doa, etsaien bizkarra promestuz, zaldieria zingiradiaren beste muturrera bidaltzen bazuten: han lur finkoa eta zaintza egokitu zitzairen kugernoak ez hain ernai zeudela. Desertorearekin bidalitako bi hegal etsai arretagabea inguratuz hedatzen dira. Oihuek ekintza horren berri eman zutenean, legioak aurrealdetik jotzen dute eta germaniar menperatuak Rhenoren bila zihoazen ihesi. Gerra egun hartantxe amaituko zatekeen, erromatar flota jazaritzen azkartu izan balitz. Zaldizkoa ere ez zen saiatu, bat-batean euri-jasa eta gaua gainean baitziren.

**19.** Biharamunean, XIV. legioa Galo Anniori bidali zioten, Goi Pro-bintzian. Zerialen armada X. legioak osatu zuen, Hispaniatik etorrira. Zivili kauoen errefortzuak iritsi zitzaizkion. Hala ere, batavoen gotorlekua armaz defendatzen ez baitzen ausartzen, eraman zitekeena azkar hartu eta gainerakoari su emanik, uhartera erretiratu zen, zubia egiteko untiak falta zirela eta erromatar armadak bestela ezingo zuela pasatu jakinik. Areago, Druso Germanikok eraikitako dikea ere apurtu eta Rhenori jaregin zion, zeina ubide erripean Galiarantz oldartzen zen, geldiarazten zuena aurrean eramanez. Hala, ibaia uxaturik bezala, uhartearen eta germaniarren arteko emari xumeak lur jarraiaren itxura egin zuen. Tutorrek eta Klasikok ere Rheno zeharkatu zuten, baita Treviriko ehun eta hamahiru senatarik ere, zeintzuen artean Alpinio Montano zegoen, Primo Antoniok Galieta bidali zuela lehenago esana duguna. Dezio Alpinio anaiak laguntzen zion; aldi berean, besteek, errukia sortuz eta opariekin, arrisku-gose zen jendearengan laguntzak biltzen zituzten.

**20.** Hainbesteko gerra falta zen, ezen Zivilek kohorteen, hegalen, legioen posizioak egun bakarrean esetsi baitzituen, armada lau zati eginik. X.aren posizioa Arenakon, II.enarena Batavoduron; eta Grinnes eta Vadari, kohorteen eta hegalen kanpamenduari, tropak halako eran zatiturik eraso zien, non berak eta arrebaren seme Verazek, hala-ber Klasikok eta Tutorrek, bakoitzak bere indarra garraiatzen baitzuen; eta ez dena lortzeko ustean, baizik, askotara ausarturik, zortea nonbait alde izango zutelakoan, eta Zerial ere, ez behar bezain ernai eta eten

*lem neque satis cautum et pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse medio intercipi. Quibus obvenerant castra decimanorum, obpugnationem legionis arduam rati egressum militem et caedendis materiis operatum turbavere, occiso praefecto castrorum et quinque primoribus centurionum paucisque militibus: ceteri se munimentis defendere. Interim Germanorum manus Batavoduri interrumpere inchoatum pontem nitebantur: ambiguum proelium nox diremit.*

*[21] Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus obpugnabant: nec sisti poterant interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus praefectus alae ceciderat, quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus. Sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna; praecipites Germani in amnem aguntur. Civilis dum fugientis retentat, agnitus petitusque telis relicto equo transnavit; idem Veraci effugium: Tutorem Classicumque adpulsae luntres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnae adfuit, et iussum erat, sed obstitit formido et remiges per alia militiae munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat, subitus consiliis set eventu clarus: aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent; hinc ipsi exercituique minor cura disciplinae. Et paucos post dies, quamquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.*

*[22] Profectus Novaesium Bonnamque ad visenda castra, quae hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat disiecto agmine, incuriosis vigiliis. Animadversum id Germanis et insidias composuere: electa nox atra nubibus, et prono amne rapti nullo prohibente vallum ineunt. Prima caedes astu adiuta: incisis tabernaculorum funibus suismet tentoriis coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare classem, inicere vincla, trahere puppis; utque ad fallendum silentio, ita coepta caede, quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani vulneribus exciti quaerunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste et strictis mucronibus. Dux semisomnus ac prope*



gabeko mezuen aurrean hara-hona lasterka, bitartean atzitua izan zitekeelakoan. X.enekoen kanpamendua egokitu zitzaientek, legio baten ganako asalto bihurria izango zela pentsaturik, nahastea zabaldu zuten, irtenak ziren eta zur mozten ziharduten soldaduen artean, kanpamenduko prefektua eta lehen mailako bost zenturioi akabatuz, zenbait soldadurekin batera. Gainerakoak gotorlekuetan babestu ziren. Bitartean, germaniarren kontingente bat Batavoduron hasita zegoen zubia apurtzen saiatzen zen. Gudu zalantzazkoa gauak eten zuen.

**21.** Grinnes eta Vadan arrisku handiagoa zegoen. Vadari Zivilek, Grinnesi Klasikok erasotzen zion. Eta ezin zioten eutsi, kementsuenak ere hilik, zeintzuen artean Brigantiko jausi baitzen, hegalarren prefektua, erromatarren leial baina Zibil osabaren etsai zela esana duguna. Baina Zerialek zaldizkoen indar hautatu batekin laguntzera jo zuenean, zoria irauli egin zen; germaniarrak ibaira bultzatzen eta jaurtitzen dituzte. Zivili, ihestunak atxikitzen diharduela, ezagutu eta jaurtigaiekin eraso diotenean, berak ere, zaldia utzirik, igerian zeharkatu zuen. Eskapu berdina Verazerentzat; Tutor eta Klasiko atrakaturik zeuden baltsa batzuek garraiatu zituzten. Eta erromatar flota orduan ere ez zen borrokan sartu; eta agindu zitzaion, baina beldurrak eta beste milizia-lan batzuetan barreiu zebiltzen arraunlariak eragotzi zuten. Zerialek, noski, asti laburra ematen zuen aginduak betetzeko, erabakietan bat-bateko eta emaitzan distiratsu. Zoriak laguntzen zion, arteek huts egiten ziotenean ere; hortik, bera eta armada diziplinaz gutxiago arduratzea. Eta, egun gutxitara, gatibutzaren arriskutik libratu arren, lotsaizunik ez zuen saihestu.

**22.** Legioek negua igarotzeko eraikitzen ari zen kanpamendua ikuskatzera, Novesio eta Bonarantz joanik, bueltan untzian zetorren, zutabea zabal, begiraleak ez adi. Germaniarrak horretaz ohartu eta segada ezarri zioten. Hodei-gau iluna hautatu eta, aldeko urak azkar eramanez, oholesira hurbildu ziren inork eragotzi gabe. Sarraskiaren lehen parte ari trikimailu batek lagundu zion: denda-sokak mozturik, oihalek estaltzen zituztela laurdenkatu zituzten. Beste talde batek flota puskatzen, kableak botatzen, untziak arrastatzen zituen. Eta, oharkaberako isilean bezala, sarraskia abiatutakoan, izu handiagoa sartzearen, dena oihuztatzen zuten. Soldaduek, zauriekin ernaturik, armak bilatzen dituzte, kaleetan zehar oldartzen, gutxi uniforme militarrez, gehienak soinekoak besoetan bildurik eta ezpatak zorrotik at. Buruzagia, erdi lo eta erdi biluz, etsaien errakuntzagatik salbatzen da, banderak izendatzen zuen

*intectus errore hostium servatur: namque praetoriam navem vexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiae Sacratae mulieris Vbiae. Vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tamquam iussi silere ne quietem eius turbarent; ita intermisso signo et vocibus se quoque in somnum lapsos. Multa luce revecti hostes captivis navibus, praetoriam triremem flumine Lupia donum Veledae traxere.*

*[23] Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi: complet quod biremium quaeque simplici ordine agebantur; adiecta ingens luntrium vis, tricenos quadragenosque ferunt, armamenta Liburnicis solita; et simul captae luntres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuvabantur. Spatium velut aequoris electum quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit. Causa instruendae classis super insitam genti vanitatem ut eo terrore commeatus Gallia adveniantes interciperentur. Cerialis miraculo magis quam metu derexit classem, numero imparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potioem. His flumen secundum, illi vento agebantur: sic praevecti temptato levium telorum iactu dirimuntur. Civilis nihil ultra ausus trans Rhenum concessit: Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat, cum interim flexu autumnii et crebris per aequinoctium imbribus superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit. Nec classis aut commeatus aderant, castraque in plano sita vi fluminis differebantur.*

*[24] Potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos imputavit Civilis; neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans, Veleadam propinquosque monebat fortunam belli, tot cladibus adversam, opportuno erga populum Romanum merito mutare: caesos Treviros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam; neque aliud Civilis amicitia partum quam vulnera fugas luctus. Exulem eum et extorrem recipientibus oneri, et*

pretoriar untzia atzematen baitute, buruzagia han zelakoan. Zerialek gaua beste toki batean igaro zuen, askok uste bezala, Klaudia Sakrata emakume ubioarekin txortan. Jagoleek euren desohorea buruzagiaren lotsaizunarekin zuritzen zuten, isilik egoteko agindu balitzaie bezala, haren atsedetik ez aztoratzeko. Tronpeta-hotsa eta deihadarrak hala etenik, eurak ere lotan murgildu ziren. Goizean goiz, harrapatutako untziekin bueltan zetozen etsaiek Lipa ibaian behera arrastatu zuten pretoriar trirremea, Veledarentzako opari.

**23.** Zivili itsas indarra erakusteko gogoak eman zion. Birreme eta ilara bakarrez eramatekoetarik zegoena hornitzen du, batel mordo bat gehitzen dio, hogeita hamar edo berrogeina gizonekoa, liburniketan ohi diren aparailuekin. Eta, gainera, batel atzituak bela gisako oihal koloretzu ez desatseginez hornituak ziren. Itsasune bat hautatu zuten, non Mosa ibaiaren ahoak Rheno ibaia ozeanoratzen duen. Eskuadra hura sortzeko helburua, jende haren berezko ergelkeriaz gainera, beldurbide horrekin Galiatik zetozen konboiak moztea zen. Zerialek, beldurturik baino harrituago, flota lerroan ezarri zuen, kopuruz txikiagoa, arraunlarien esperientzia, lemazainen antze, untzien tamainagatik indartsuagoa. Hauek ura alde zuten, haiei haizeak sakatzen zien. Hala, karelez karel pasatuz, arma arinen deskargan saiatu ondoren, banandu egiten dira. Zivil, ezer gehiagotara ausartu gabe, Rhenoren beste aldera atzeratu zen. Zerialek, batavoen uhartea ankerki arpilatuz, Zivilen lurrak eta basetxeak osorik uzten zituen, buruzagiek ohi duten amarru ezaguna bide zela, eta hara, bitartean, udazkeneko bihurgunean gainez eginik eta ekinozioko euri etengabeekin, ibaiak uharte zingiratsua eta beheara urez estali zuela laku itxuraino. Eta ez zeukaten flotarik ez hornidurarik, eta lautadan kokaturiko kanpamendua uraren indarrak barreiatzen zuen.

**24.** Zivilek bere buruari esleitu zion ezen legioak zanpatu izanak zitezkeela orduan eta germaniarrek nahi izan zutela, baina berak zuhertasunez menperatu zituela. Eta ez dabil egiatik urrun, erendizioa egun gutxi geroago etorri baitzen. Izan ere, Zerialek, isil-gutunetik bitartez batavoei bakea, Zivili barkamena agertuz, Veledari eta ingurukoei aholkatzen zien alda zezatela gerraren zoria, hainbeste hondamenez okertua, erromatar herriarekiko meritu oportuno batekin: treviroak suntsituak izan zirela, ubioak berkonkistatuak, batavoei aberria kendua. Eta Zivilen adiskidantzatik ez zela onik, zauriak, ihesak, malkoak besterik. Hura, erbesteratua eta arroztua, hartzaileentzat zama zela, eta bazuela aski

*satis peccavisse quod totiens Rhenum transcenderint. Si quid ultra moliantur, inde iniuriam et culpam, hinc ultionem et deos fore.*

*[25] Miscebantur minis promissa; et concussa Transrhena-  
norum fide inter Batavos quoque sermones orti: non proro-  
gandam ultra ruinam, nec posse ab una natione totius orbis  
servitium depelli. Quid profectum caede et incendiis legio-  
num nisi ut plures validioresque accirentur? Si Vespasiano  
bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri: sin populum  
Romanum armis vocent, quotam partem generis humani  
Batavos esse? Respicerent Raetos Noricosque et ceterorum  
onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem et viros indici.  
Proximum id libertati; et si dominorum electio sit, honestius  
principes Romanorum quam Germanorum feminas tolerari.  
Haec vulgus, proceres atrociora: Civilis rabie semet in arma  
trusus; illum domesticis malis excidium gentis opposuisse.  
Tunc infensos Batavis deos, cum obsiderentur legiones, inter-  
ficerentur legati, bellum uni necessarium, ferox ipsis sume-  
retur. Ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant et noxii  
capitis poena paenitentiam fateantur.*

*[26] Non fefellit Civilem ea inclinatio et praevenire statuit,  
super taedium malorum etiam spe vitae, quae plerumque  
magnos animos infringit. Petitio conloquio scinditur Naba-  
liae fluminis pons, in cuius abrupta progressi duces, et Civi-  
lis ita coepit: ‘si apud Vitellii legatum defenderer, neque  
facto meo venia neque dictis fides debebatur; cuncta inter  
nos inimica: hostilia ab illo coepta, a me aucta erant: erga  
Vespasianum vetus mihi observantia, et cum privatus esset,  
amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cuius epistu-  
lis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica  
iuventus Alpibus transcenderent. Quae Antonius epistulis,  
Hordeonius Flaccus praesens monebat: arma in Germania  
movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus  
in Pannonia \* \* \*.*

huts egina, Rheno hainbestetan zeharkatuz. Beste trikimailurik bazuten, batetik okerra eta errua, bestetik mendekua eta jainkoak izango zirela.

**25.** Agintzak mehatxuekin nahasten ziren, eta Rheno handikoen leialtasuna hautsirik, batavoen artean ere zeresanak sortu: ez zegoela hondamena gehiago luzatu beharrik, ez nazio bakarrak kanpora zeza-keela lurbira osoaren gatibutzarik. Legioen sarraski eta suteekin zer aurreratu zen gehiagori eta indartsuagoei deitzea besterik? Vespasianorengatik gerran hasi baziren, Vespasiano egoeraren jabe zen; baina armekin erromatar herriari esesten bazioten, gizateriaren zer zati ziren batavok? Begiratzeko berriro retoei eta norikoei eta beste aliatuen zamei. Eurei ez zitzaizela zergarik ezartzen, kemena eta gizonak baizik. Horixe zela askatasunetik hurbilena, eta, nagusiak hautatzea bazen, germaniarren emakumeak baino erromatarren printzeak jasatea ohoretsuago zela. Horrelakoak ziozen herriak, nobleek latzagoak: eurak Zivilen amorruek arrastatu zituela armetara; etxeko zorigaitzei harexek jarki ziela jendearen galmena. Orduan bihurtu zirela jainkoak batavoen arerio, legioak setiatuak, legatuak hilak zirenean, bakarrentzat beharrezko, eurentzat hondagarri zen gerrari heldu ziotenean. Azkeneraino iritsiak zirela, seneratzen hasten ez baziren eta buru errudunaren zigorrarekin damua erakusten ez bazuten.

**26.** Aldakuntza hori Zivili ez zitzaion oharkabea joan eta aurea hartzea erabaki zuen, hondamenen nazkaz ez eze, biziaren itxaropenez ere bai, zeinak sarritan gogo handiak darabiltzan. Elkarriketa bat eskaturik, Nabalia ibaiko zubia apurtzen dute, zeinaren hausturaraino buruzagiak aurreratu ziren, eta Zibil honela hasi zen: «Neure burua Vitelioren legatu baten aurrean defendatu behar banu, ez nire jokaerari barkamenik, ez hitzei federik zor litzaieke; dena genuke aurkako: hark hasitako etsaigoak neuk areagotu nituen. Vespasianori aspaldiko errespetua diot, eta partikularra zenean, adiskide deitzen ginen. Hori badaki Primo Antoniok, zeinaren gutunek eraman bainaute gerrara, germaniar legioek eta galiar gazteriak Alperik gaindi ez zezaten. Antoniok gutunez, Hordeonio Flakok pertsonan, horixe aholkatzen zidaten. Germanian mugitu nituen armak, Muzianok Sirian, Aponiok Mesian, Flavianok Panonian...



# *Aurkibidea*

ANALAK.....	7
HAMAHIRUGARREN LIBURUA .....	8
HAMALAU GARREN LIBURUA .....	66
HAMABOSGARREN LIBURUA .....	126
HAMASEIGARREN LIBURUA .....	196
HISTORIAK.....	226
LEHENENGO LIBURUA.....	228
BIGARREN LIBURUA.....	316
HIRUGARREN LIBURUA.....	408
LAUGARREN LIBURUA .....	492
BOSGARREN LIBURUA.....	558

